

L. ANNÆI SENECAE  
AD LVCILIVM  
EPISTVLARVM MORALIVM  
LIBRI I-XIII  
—  
AD CODICEM PRÆCIPVE QVIRINIANVM  
RECENSVIT  
ACHILLES BELTRAMI



BONONIAE  
IN AEDIBUS NICOLAI ZANICHELLI  
MCMXVI



L. ANNAEI SENECAE  
AD LVCILIVM  
EPISTVLARVM MORALIVM  
LIBROS I-XIII  
AD CODICEM PRAECIPVE QVIRINIANVM  
RECENSVT  
ACHILLES BELTRAMI



BRIXIAE  
TYPIS F. APOLLONII ET S.  
MCMXVI



ATHENAEO BRIXIANO

QVOD CIVICAE APVD DOCTOS VIROS HUMANITATIS DOCVMEN TVM


IN BIBLIOTHECA QVIRINIANA ADSERVATVM

SVO IN LVCEM PROFERENS SVMPTV

LABOREM MVNIFICE HONESTAVIT MEVM

GRATI ANIMI CAVSA

D



## PRAEFATIO.

Inter Senecae philosophi opera, quae quidem hodie supersunt, Epistulas morales Lucilio inscriptas et in XX libros distributas multis eminere nominibus constat. Quarum corpus non integrum ad nos pervenit: Gellius enim (N. A. XII 2, 3) Senecae iudicia quaedam<sup>1</sup> de Ennio, Cicerone<sup>2</sup> Vergilio ex libro « vicesimo secundo epistularum moralium, » quas ad Lucilium composuit » deprompta reprehendit. At illos, qui exstant, libros per medium aetatem legentium ac librarium gratia floruisse manu scripti, qui suppetunt, codices complures priorum tredecim praecipue librorum testantur, quamquam nullus supra saeculum nonum ascendit. Hanc vero supellectilem haud parvam quidem sed multis locis aut incertae fidei aut prorsus depravatam ut secernerent aestimarentque aut expolirent atque ederent, inde a renatis litteris impense enisi sunt viri docti, quorum operam fusius percensere ab huius praefationis indole ac finibus alienum foret, cum<sup>3</sup> praesertim ex eis, quae nuper O. Rossbach in commentatione « de Senecae philosophi librorum recensione et emendatione » (1) et O. Hense in utriusque epistularum editionis praefatione (2) subtiliter ac diserte disceptaverunt,

---

(1) Breslau, 1888, c. IV et alibi. Cf. etiam Berl. philol. Wochenschr. 1899, p. 614 ss. et p. 647 ss.: ibid. 1907, p. 1478; ibid. 1914, p. 490 ss.

(2) *L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistularum moralium quae supersunt* edidit OTTO HENSE: Lipsiae, 1898<sup>1</sup>, 1914<sup>2</sup>.

satis pateat, quid de manu scripta Senecae epistularum moraliū traditione res critica collegerit. Quae cum non medio-cribus et codicum et doctrinae subsidiis per Des. Erasmus, Fern. Pincianum, Fr. Modium, M. A. Muretum, I. Opsopoeum, Fr. Iuretum, Ia. Gruterum, Iu. Lipsium, I. Dalechampium et Th. De Iuges, Io. Fred. Gronovium, Fr. Ern. Ruhkopfum, Io. Schweighaeuserum, L. Ianum, C. R. Fickertum frueretur, recentiores ingeniosi viri permulti sive librorum manu exaratorum copia adiecta et ad pleniorē severioremq̄e conlationem et cr̄isin redacta, sive conjecturali emendandi opera acriore, interdum paulo audaciore facta, eam vel magis promoverunt, in primis O. Rossbach et O. Hense, quos supra laudavi, Fr. Haase, M. Haupt, Io. Nic. Madvig, E. Chatelain, Franc. Buecheler, Aem. Hermes, M. Cl. Gertz, P. Thomas, R. Muecke, G. Kroll, P. Wolters, G. Gemoll, G. Hess, alii.

Itaque, cum libri vetustiores, qui quidem usque ad hanc aetatem cogniti erant, Senecae epistulas non omnes, quae aetatem tulerunt, sed aliam alii partem exhiberent, harum corpus ante saeculum nonum aut non multo post in duo prope dimidia esse discissum, quorum altero epp. 1-88, reliquae altero continerentur, neque ante saeculum XII haec duo diversa volumina in unum denao coaluisse critici effecerunt. Annaeani vero operis recensio ita est constituta ut volumen prius codicibus potissimum Parisinī tribus n. 8540 (p) s. X in. (1), n. 8658 A (P) s. X (2), n. 8539 (Par. b, brevius b Hense<sup>a</sup>) s. XI (3), praeterea cod. Laurentiano plut. LXXVI 40 (L) s. IX ex. aut X in. (4) et cod. Veneto sive Marciano n. CCLXX Arm. 22,4 (V) s. IX/X (5) niteretur.

(1) Continet epp. 1-71,7 in.: in his autem desunt ep. 6,1 ~~segris~~  
— ep. 8,10 ~~auferri~~, ep. 51,1 *enim legi* — ep. 53,4 *dum uiam*:  
folia autem 31 et 32 ex alienae originis libro inserta exhibent  
ep. 121, 12 ss. et ep. 122. Cf. Hense<sup>a</sup>, praef. p. VI s.

(2) Continet epp. 1-88. Cf. Hense<sup>a</sup>, praef. p. VII s.

(3) Continet epp. 1-88: epistularum contextus incipit a versu  
antepaenultimo folii 2<sup>v</sup>, antiqua manus desinit verbis *protogore*  
*credo* ep. 88,45. Cf. Hense<sup>a</sup>, praef. p. VIII et adnot. ad p. 375,7.

(4) Continet epp. 1-65. Cf. Hense<sup>a</sup>, praef. pp. IX-XI

(5) Continet epp. 53-88. Cf. Hense<sup>a</sup>, praef. pp. XI-XIV.

Horum quidem perpetua conlatione usus est Hense<sup>1</sup> (1), alterius autem voluminis adhibuit codices Bambergensem V 14 (B) s. IX (2) et Argentoratensem C. VI. 5 (A) s. IX/X (3), quorum posterior cum Fickerti editione a Buechelero conlatus est, sed urbis postea a Germanis obsessae incendio absumptus perit. Huc scripturae quaedam accedunt ex libris undecimo saeculo inferioribus (5) alterum epistularum volumen aut utrumque exhibentibus depromptae, nominatim ex Harleiano 2659 s. XII, ex Velzensi a. 1416 aliisque paucis.

Quod vero ad rationem inter hos codices intercedentem attinet, posterioris partis codices praecipios B A ex uno fonte fluxisse Buechelero adsentitur Hense, qui prioris quoque partis codices vetustiores p P L V g Par.b arta cognatione inter se ita esse colligatos statuit ut non alter ab altero transcriptus sed ab eodem archetypo omnes deducti videantur. De recentioribus autem codicibus cum in proecdosi (praef. p. XXII s.) Hense opinatus esset nihil in eis inesse, ex quo archetypon a praestantioribus diversum pelluceret, in alterius vero editionis praefatione (p. XXVI) ad Rossbachii sententiam accedens eos non ad unum omnes ex paucis illis antiquioribus, qui tunc noti erant, originem duxisse iudicavit.

Quam librorum manu exaratorum condicionem haud infelicem cum Annaeano operi fata concesserint doctorumque conjecturae ad illud genuino nitori restituendum insigniter contulerint, epistularum tamen contextum haud paucis adhuc sordibus lacunisque laborare mirum non est, quae aut medela omnino careant aut a codicibus incertae fidei sationem aliquam saepe vix probabilem petant. Itaque Hense

(1) De codicibus autem Metensi (M) s. XI in., Vossiano F. 70, et Canoniciano lat. class. 279 unum eundemque efficientibus librum (O) s. X ut videtur, Guelferbytano-Gudiano 335 (g) s. X/XI, Arg. b conlato ab Oberino, quos Hense hic illic adhibuit, cf. ipsius praef. pp. XIV-XXI.

(2) Cf. FRANC. BUECHELERUM, *Senecae epp. aliquot ex Bambergensi et Argentoratensi codicibus ed.* (Bonnae, 1879) p. VI s., et Hense<sup>2</sup> praef. p. XXI s.

(3) Cf. Buechelerum, op. cit., p. V s., et Hense<sup>3</sup> praef. pp. XX et XXII ss.

auguratur (1), si quis unum alterumve exemplar vetustiorum antea neglectum vel parum cognitum adsciverit, insperati hinc auxili nonnihil esse futurum eorumque locorum numerum valde deminutum iri, ubi ad recentiores libros confugiendum sit. Quod et ipsi patefecerunt librorum P et Par.b lectiones plenius quam in proecdosi receptae et nunc magis magisque codex quidam confirmat aetate scripturaque insignis, quem Brixiae, unde sum, in bibliotheca publica Quiriniana inveni.

\* \*

Hic quidem liber, cui signum est B. II. 6, in membranis fere mm. 352 × 270 exaratus folia centum sexaginta septem praeter custodias continet in unum et viginti quaterniones octonum foliorum discripta, quorum vicesimus primo folio caret, postremum autem vicesimus alter haud dubie subsequebatur, qui cum revulsus sit, liber utramque epistularum partem complectens mutilus exstat et verbis *meum esse* (sic) *asperum* (2) est (ep. 120, 12) desinit.

Quae vero in hoc codice notabiliora essent quidque hinc de ipsius aetate atque origine colligendum videretur, fuse iam et quam maxima potui diligentia in *Rivista di Filologia e di Istruzione classica* (a. 1913) vol. XLI p. 549 ss. (3) perscutus sum. Nunc, ut summam breviter perstringam addens si quid mihi praeter ea, quae exposui, succurrerit, Quiriniani libri, quem Q voco, paginae tricenos versus habent, rarae undetricenos (97<sup>r-v</sup>, 98<sup>r-v</sup>, 103<sup>r-v</sup>, 104<sup>r-v</sup>, 132<sup>r</sup>, 133<sup>r-v</sup>), tricenos singulos duae (88<sup>r</sup> et 96<sup>r</sup>), quarum priori extremum

(1) Cf. ed. alt., praef. XXVI s.

(2) Syllabam extremam -um compendiose scriptam exhibit Quirinianus, sed typographicæ operæ sublevandæ causa in hac praefatione notas ubique explico, quas in commentario critico accurate describo.

(3) Cf. *Un nuovo codice delle Epistole morali di Seneca*, Torino, 1914, ubi in unum contraxi quae de Quiriniano codice disserueram in *Riv. di Filol. e di Istr. cl. a.* XLI (1913) pp. 549-78 et a. XLII (1914) pp. 1-32 et 455 s.

versum eadem manus ad lacunam supplendam addidit. Scripturae autem *insignia aliquatenus ita permixta obversantur*, ut carolinae forma rotundior magisque dilatata in prioribus 42 foliis, in reliquis inde a verbis *sternumenta singultus* (ep. 47, 3) ductus artior erectiorque in insularis scripturae modum emineat. In quibusdam vero foliis (113<sup>v</sup>, 123<sup>v</sup>, 144<sup>r</sup>, 158<sup>v</sup>) propter atramentum diffusum aut membranam erosam factum est ut nonnulla vocabula parum perspicua vel omnino obscurata sint; alibi tamen manus modo antiqua modo recens evanidas litteras redintegravit. Illud quoque inde a folio 43<sup>r</sup> notatu dignum est, saepe non in diversis tantum foliis sed etiam in una eademque pagina (cf. f. 58<sup>r</sup>, 10; 67<sup>r</sup>, 8; 79<sup>r</sup>, 17 alibi) scripturae densitatem, tractum, elegantiam, atramentum nonnihil variare usque ad f. 160<sup>r</sup>: a quo, scilicet a verbis *non minus esse pusillis* (ep. 115, 2), illius forma constantior pergit. At difficile est diiudicatu, utrum in Quiriniano diversarum manuum an unius manus diversis temporibus scribentis opera suspicanda sit. Mihi quidem Quirinianum saepius repetenti atque attente consideranti hoc magis magisque persuasum est, quod Carolus Cipolla in epistula humanitatis plena ad Hectorem Stampinium missa atque publici iuris facta in *Riv. di Filol. e d'istr. cl.*, a. XLII (1914) pp. 93-95, animadvertisit, scripturarum discrimina non eiusmodi existere, ut singulae partes ad singulos stilos ubique referendae videantur, nedum ab alio scripturae genere ad aliud transitus fiat, qualem doctissimus vir in tabula XXI operis inscripti *Codici Bobbiesi della Biblioteca Nazionale universitaria di Torino* (Milano, 1907) exhibet, ubi scriptura insularis saec. VI in eadem pagina a semiunciali ad cursivam formam transilit. Nihilominus in ea perstiterim sententia, ut aliam manum folia 1<sup>r</sup>-39<sup>v</sup>, aliam subsequentia scripsisse et inde a folio 40<sup>r</sup> duos saltem librarios operam navasse putem. De quibus incertum mihi est, utrum laborem alternum in hanc Quiriniani partem ambo impenderint, an ff. 40<sup>r</sup>-159<sup>v</sup> diversis temporibus alter, alter reliqua folia scripserit. Cum autem nulla usquam discrepantia cernatur, unde scriptura penitus inmutata evadat, et duos ex illis scribis emendandi munere etiam in parte non ab ipsis

exarata functos esse appareat, hinc et manus, quae Quirinianum scripserint, aequales aut non multum inter se distantes fuisse et codicem non ex vetustioribus libri frustulis serius suppletis atque conexis exstitisse, sed eius compagem antiquam esse colligas licet, cum praesertim etiam medallae aut depravationes a pluribus manibus profectae per totum librum patescant. Quarum opera modo diligens et salutaris modo perniciosa et inverecunda cum a Quiriniani aetate usque ad saeculum XV (1) pertineat et saepe multiplex in una eademque pagina ita versetur ut non ubique singulae manus facile internosci possint, has in varia genera sic distinguo ut *m. ead.* vel *pr.* manum quae codicis eam partem scripsit, ad quam lectio respicit, *Q<sup>1</sup>* manum alteram aequalem vel eiusdem prope aetatis, *Q<sup>2</sup>* manum ab ea aliquanto maiore temporis intervallo distantem, *m. rec.* manum recentiorem significet. Iuxta autem huiuscemodi emendationes aut interpolationes in Quiriniano, ut in reliquis libris fieri solet, satis multa occurunt, quae librarius veloci impetu abreptus cum male incohasset, postea erasit.

\* \* \*

Bibliothecae igitur Brixianae beneficio codicem habemus scripturae forma nobilem, cuius aetas quae sit atque origo quamquam nulla subscriptio monet, palaeographica tamen indicia et comparatio cum antiquioribus Annaeanarum epistularum moralium libris, quorum quidem specimina cum Quiriniano conferre mihi licuit, omnem in hac re dubitationem eximere videntur, ut ego in ea, quam memoravi, commentatione ostendere conatus sum et Carolus Cipolla assensus est suisque confirmavit argumentis. Nam carolina scriptura in maxima libri parte incertam, ut iam dixi, speciem praeferens atque ad insularem prope accedens litteras ita digestas saepe exhibet, ut verba magis conserta inter se et nexa quam

---

(1) In mea commentatione *Un nuovo codice cet.*, p. 34 lege: *durante il sec. XIV ed il XV.*

distincta sint. Praeterea vocalium formae quaedam antiquiores, quae hic illic in Quiriniano occurunt, non omnino obsoletae tunc fuisse videntur, quoniam ibi prodeunt, ubi scribam eas imitatum esse, quod non intellegereret, vix suspicari licet, sicut -a- formam *cc* (1) vel *ic* (2) exprimens aut *a* instar habens nisi quod ductum, quo litterae orbis clauditur, etiam in superiore parte aduncum praebet (3). Adde vocalem -e- per figuram & effectam (4), item -u- et -a- identidem inter se confusas, saepius *u* pro *a*, rarius *a* pro *u*, ita ut alicubi dubites, num *a* hiantibus ductibus scripta, non *a* interpretanda sit (5).

Nec minora antiquitatis vestigia in consonantibus deprehenduntur, ut hastula apice carens in *d* et *b*, *n* et *m* plane convexae, *n* grandis etiam in interiore vocabulorum syllaba (6), tractuum alter erectus in *r* infra versum saepissime plus minusve descendens, in *t* supra tractum alterum aut minime aut vix paululum ascendens. Huc accedunt grandes litterae modo capitales modo unciales modo litteris minusculis paulo maiores (7), nexus *rt* frequentes et *rs* praeter vulgationes *st* et *ct* (8), v vocalis supra versum addita emen-

(1) Cf. exempla in *Un nuovo codice cet.*, p. 8 s., quibus et alia addi possunt, ut f. 19<sup>r</sup>, 9 (ep. 19,7) exposita, f. 25<sup>r</sup>, 20 (ep. 24,11) longore cet. Interdum autem haec forma *cc* nixa est cum *e* vel &, unde scripturae *ce* = *ee* ut in f. 7<sup>v</sup>, 23 (ep. 9,10) quae ad commodum, et *c&=ae* ut in f. 27<sup>v</sup>, 12 (ep. 26,3) citati.

(2) Cf. exempla *ibid.*, p. 9 s.: *ic* correctum, ut ad *cc* accedat, vide etiam in f. 8<sup>v</sup>, 13 (ep. 9,20) *iam*, et alibi.

(3) Cf. exempla *ibid.*, p. 10: adde f. 39<sup>r</sup>, 14 (ep. 41,3) quadam, f. 75<sup>r</sup>, 12 (ep. 74,11) *pauca*, cet.

(4) Cf. exempla *ibid.*, p. 12, quibus alia multa addi possunt.

(5) Cf. exempla *ibid.*, p. 10: adde ep. 15, 1 *aeger* corr. ex *ueger*, 9 *stultam* corr. ex *stultum*; ep. 17,4 *hunc* pro *hanc*; ep. 19,16 *illam* corr. ex *illum*; ep. 20,2 *aut* corr. ex *uit*, 5 *exceptiunculam* corr. ex *-lum*; ep. 24,21 *solum* pro *solan*; ep. 29,10 *ultimo* pro *-am*; ep. 44,1 *primum* pro *-am*; ep. 45,8 *suum* pro *-am*; ep. 48,7 *malum* pro *-am*; ep. 59,1 *demonstrandum* pro *-am* cet.

(6) Cf. exempla *ibid.*, p. 15.

(7) Cf. *ibid.*, p. 7 s.

(8) Cf. *ibid.*, p. 17.

dationis causa (1), syllaba *et* haud raro etiam in media vocabuli parte per *α* vel *ε* expressa (2). Quamquam autem scripturae compendia pauca et simplicioris generis deprehenduntur, in exitu plura quam in tenore versuum, pleraque vulgaria, qualia in commentario critico passim exscripti, aliquid tamen et ipsa praebent, quod non praetereundum videtur, ut insignior nexus *n̄t* vel *n̄t* (= noster) (3), *q;* (= *que*) etiam in syllaba vocabuli interiore, tractus transversus aequum secans ad significandum non modo *-um* in syllaba *-rum* sed etiam *-us* in *-mus* et *-nus* adhibitus (4). Ceterum syllaba finalis *-us* perscripta plerumque, raro per compendium aut unco aut *s* litterae simile est notata (5). Neque illud omissendum est, ut vocem *est* aut totis litteris aut per *e* et superpositam lineolam, bis per notam *~*, sic syllabam *con* per *c* et superpositam lineolam interdum, nusquam per vulgarem notam numero 9 similem esse scriptam itemque syllabae *et* compendium ad numeri 7 instar nusquam in antiquae saltem manus scriptura apparere (6). Quod autem ad diphthongos *ae* et *oe* attinet, priorem alias litteris distinctis aut conexis alias per *ε* significatam, saepe *e* simplicem pro diphthongo aut hanc pro illa usurpatam, multo rarius *oe* et *e* confusas videmus (7). Qua in re nonnihil admirationis hoc habet, quod homo sane rudis correctoris munere inepte functus saepe *a* ex *ae* aut rasura aut punctis inde expunxit, ubi diphthongus et sententia et grammatica ratione poscitur, reliquit contra ubi *ae* locum *simplicis e* usurpat.

(1) Cf. ibid., p. 16.

(2) Cf. ibid., p. 6 s. et 17.

(3) Cf. exempla ibid., p. 19, adn. 1: adde ff. 55<sup>r</sup>, 25; 71<sup>r</sup>, 14; 89<sup>v</sup>, 2; 90<sup>v</sup>, 29; 93<sup>r</sup>, 8 ubi compendium correctum est in *nostri* (ep. 83, 6); 95<sup>r</sup>, 5 alia.

(4) Cf. ibid., p. 17 s.

(5) Quod ad notam instar *s* habentem attinet, praeter illa duo exempla, quae attuli in *Un nuovo codice* cet., p. 5 et 18 tamquam unica, unum alterumve occurrit.

(6) Cf. ibid., p. 18.

(7) Cf. ibid., pp. 13-15.

Insularis denique scripturae consuetudinem repetunt accentus quidam eam syllabam distinguentes, qua vocis sonus innititur aut inniti putabatur a librario, praecipue in verbis monosyllabis vel praefixis. Acuti enim accentus crassioris in parte inferiore, in superiore tenuioris exempla, quae protuli (1), aliis multis in Quiriniano passim occurrentibus cumulari possunt. Aliquanto autem rarius accentum quendam circumflexum supra syllabam longam cernas, ut in f. 2<sup>v</sup>, 21 (ep. 4,2) *formidant*, 30 (ibid., 4) *formido*, f. 3<sup>r</sup>, 14 (ibid., 7) *huic*, f. 4<sup>r</sup>, 19 (ep. 5,7) *incédunt*, f. 5<sup>v</sup>, 10 (ep. 7,6) *transitūr*, f. 13<sup>v</sup>, 25 (ep. 14,13) *uīs* alibi, aut supra syllabam quae longa perperam est habita, ut in f. 3<sup>r</sup>, 25 (ep. 4,9) *dūcēris*, et alibi.

Haec igitur omnia et interpungendi rationem (2) et verborum incertam divisionem consideranti mihi hic Quirinianus liber inter Brixianae bibliothecae codices vetustate notabiles locum eximium obtinere isque saeculo decimo non recentior visus est, quam opinionem Henricus Rostagno et Petrus Egidi docte ac benigne confirmaverunt. In epistula autem, quam supra laudavi, Carolus Cipolla ex mea descriptione atque ex tabulis huic adiunctis de optima libri aetate assensus est eumque saeculo nono exeunte vel decimo ineunte non inferiorem esse statuit. Ad cuius eruditissimi viri sententiam eo libentius accedo, quod ex E. Chatelainii *Paléogr. des class. lat.* tabulis CLXX 2 et 3, CLXXI 1 et 2, CLXXXIII 1 specimina vetustiorum librorum P, L, p, Par.b, B deinceps exhibentibus, si recte cerno, liquet cum ceteros, excepto Par.b saeculi XI qui notabilius differre videtur, tum maxime B saeculi IX cum Quiriniani scriptura congruere. Hoc testatur etiam Bambergensis libri imago, quam Franciscus Buecheler in tabula Annaeanis epistulis aliquot ex codd. Bambergensi et Argentoratensi editis adiecta delineandam curavit cum deperditi Argentoratensis saec. IX/X specimine (3).

(1) Cf. ibid., p. 16.

(2) Cf. ibid., p. 19 s.

(3) Bonnae, 1879.

quod et ipsum similitudinem cum Quiriniano perspicuam habere manifestum est.

Quod vero ex scripturae indole atque similitudine cum codice Vatic. lat. 5775, olim Monasterii S. Columbani Bobiensis, non sine aliqua dubitatione collegeram, Quirinianum librum ex Bobiensi illa officina prodisse (1), id coniectura valde probabili niti adseveravit C. Cipolla, cuius auctoritatem in Bobiensibus codicibus praecipuam summo esse firmamento in re alioquin incerta nemo non videt. Itaque me illud minus movet, quod Quirinianum nulla ex eis adnotationibus distinguit, quae in Bobiensium librorum pagina prima adscriptae esse solent, neque usquam eius mentio fit in illius monasterii librorum inventario, quod renovatum est anno MCCCCCLXI (2), aut in altero eiusdem bibliothecae indice, qui sub finem saeculi XVIII compositus et nuper a C. Cipolla in opere saepius laudato editus atque inlustratus est.

Quomodo autem ad Quirinianam bibliothecam codex nunc demum a tenebris vindicatus commigrasset, aliqua fortasse subscriptio docebat extremae paginæ addita. At nunc, cum ultimus quartus deperditus sit nec aliud certum exstet iudicium, vix statui potest, utrum liber ex Cardinalis Quirini stipe, qui litterarum amore ductus Italiam aliasque Europæ regiones peragravit et publicam bibliothecam a se Brixiae institutam Ottoboni Cardinalis libris auxit, an ex aliqui sublati monasterii thesauro aut civis munifici legato

(1) Cf. *Un nuovo codice cet.*, pp. 21-23. Inter Bobienses codices saeculi IX, quibuscum Quirinianus insignorem scripturae similitudinem habet, memorare iuvat etiam Ambrosianos A. 135 inf. «*Origenis explanationes in epistolam Pauli ad Romanos, cet.*» et B. 102 sup. «*Dungali adversus perversas Claudi Taurinensis Episcopi sententias*» continentur, quos Aloysius Grammatica, Ambrosianaæ bibliothecæ praefectus, mihi humaniter subiecit, et specimina duo membranarum exhibentum «*Abbreviationes de rebus Eboiensi monasterio pertinentibus*», quae C. Cipolla in tab. XLIX edidit.

(2) Cf. AM. PEYRON, *M. Tulli Ciceronis orationum pro Scavo, pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet.: Stuttgardiae et Tubingae, 1824, pp. 1-68.

advectus sit. Quantum tamen coniectura assequi licet, veri simile est ut alios multos ex Quirinianis codicibus manu scriptis sic Q penes Congregationis Oratorii Brixiani Patres olim fuisse, quorum domesticam bibliothecam anno MDCCXCVII abrogatam non mediocri rariorū librorum copia RR. PP. Sylvanus Bonfadius et Petrus Crotta locupletaverant (1). Cuius rei si quis certum testimonium in huius Congregationis chartis detexerit, vehementer gratulabimur: nunc satis habeamus de Quiriniani aetate et origine aliquid probabile potuisse iudicare.

\* \*

Quod vero exemplar antiquius Quiriniani codicis librario obversatum sit adumbrare si etiam difficilius erit, nemo mirabitur. Ut igitur audacioribus coniecturis parcamus, libri illius scripturam continuam fuisse Quiriniani verba testantur saepius conserta aut tam prave conflata distractave, praesertim in posteriore epistularum volumine, ut librarii insciati declarent et interpolationis instar haud raro habeant (2). Nec ubique ea, quae in exemplari inerant, exscriptorem intellexisse ex hoc appareat, quod interdum, ut in commentario critico adnotamus, verborum vel compendiorum formas delineando imitatur. De vitiorum autem generibus variis,

(1) Quam magna librorum supellex Oratorium Brixianum ornaverit atque ex eo ad Quirinianam bibliothecam migraverit, argumentatur Antonius Soncini, huius bibliothecae praefectus, tam ex eis quae leguntur in *Collectaneis de rebus Brixiae* a Bald. Zambonio perscriptis et in altero libro manu scripto qui sub titulo *Breve istoria dell'Antica Libreria della Congregazione* ab Oratori Patribus adseratur, quam ex praefatione operis quod inscribitur *Sulpicij Severi opera ad MSS. codices emendata notisque* cet. *illustrata studio et labore Hieronymi de Prato Veronensis* (Veronae, 1741, vol. I p. X): «Spectat hic codex ad Patres Congregationis Oratorii Brixiani, a quibus benigne in meos usus accepi et hunc et alias libros ex rarioribus, quibus et abundat et in dies magis, opera potissimum admodum Reverendi Patris Crottae, locupletatur bibliotheca ipsorum domestica».

(2) Cf. *Un nuovo codice* cet., pp. 20 et 23.

## XVIII

quae Quirinianus communia cum reliquis libris manu scriptis habet, difficile est dijudicare, quatenus ad librarii oculos, manum, arbitrium, quatenus ad exemplar, unde exscripterit, referenda sint. Quapropter verborum tritorum vel praenominum corruptelas interdum mirabiles, geminationes et iterationes, detruncationes et lacunas, litterarum adsimilations ad formam in vocabulorum exitu similem obtinendam vel sententiam falso accommodandam pertinentes aut alia de causa aut mero casu factas, particularum praecipue monosyllabarum permutations, litterarum, verborum, interdum sententiarum transpositiones, interpunctionis errores fusius percensere in rem non foret. In universum tamen considerantes paucis offendimur in utroque epistularum volumine interpolationibus, quas quidem prima manus fuderit, eaeque alios etiam vetustos codices plerumque vitiant, ut ep. 65,10 *pronuntia, quis tibi uideatur uerisimillimum dicere Q L V P Par.b, deinceps dicere pro dicat sed verbis non quis ucrissimum dicat iteratis Q L*; ep. 75,7 *verba didiceris adfiges tibi ita ut bis scripta Q V P Par. b*; ep. 110, 18 *verba quam pauper tu eras Seneca qui ista dixisti inculcata inter ipsi et controversiam in enuntiato Ioui ipsi controversiam de felicitate faciamus.* Quas et alias eiusmodi interpolationes recentioris manus nullum indicium exhibentes in Quirinianum ex libro antiquiore manasse non dubitaverim, cum primaria manus plus quidem diligentiae in prioribus epistularum libris quam in posterioribus praestet, sed plerumque et bona et vitiosa ex archetypo fideliter transtulisse videatur. Quamquam igitur, si quid male se incohasse aut perperam scripsisse animadverterat, identidem correctit, veri simile tamen non est conjecturam saepe ab ea esse temptatam, ut constructionem, quae ipsi minus recta appareret, adiectione aut mutatione aliqua fulciret. Atque etiam alii vel aequales vel a Quiriniani aetate propiores verecunda et plerumque recta emendandi ac supplendi ratione usi sunt: interpolandi contra libidinem recentiores manus ostendunt, quae ad novicos codices, unde pristinam scripturam inmutarent, plane confugientes errata audacter novando sustulerunt aut recta depravarunt aut mendosa, nedum correxerint, in peius deflexe-

runt (1). In hanc quidem operam complures, ut supra dixi, manus incubuerunt priora praesertim codicis folia correctiōibus ita vexantes ut, cum earum ubique dignoscendarum acribiam, in qua acquiescerem, assequi me posse spem depo- nere debuerim, ad eam quam maxime accedere pro meis viribus nisus sim et distinctionem, quam in *Un nuovo codice* cet. pp. 32 - 35 speciminis causa protuleram, in editione aliquantum commutaverim et laxioribus terminis circum- scripsirim. Hae autem manus, vetustiores potissimum, etiam in glossis interlinearibus et in scholiis figurisve margini haud raro impositis sui vestigia reliquerunt.

In rebus quidem orthographicis, quantum ex Q colligimus, licet aliqua ex librarii indole fluxisse suspicandum sit, a certa tamen lege etiam archetypon afuisse concedi oportet. Si enim vocabulorum formam consideramus, alia in incerto magis versari videmus ut *balineum* et *baln-*, *cludere* et *claud-*, *cotidie* et *cott-*, *intelligere* et *intelleg-*, *nactus* et *nact-*, *sequuntur* et *sec-*, *uinculum* et *uincl-* cet., aliorum formam certiorem praeponderare, ut *adolescens adolescentia* prae *adul-*, *alioquin* prae *alioqui*, *dii diis* prae *di dis*, *epistola* (saepe compendiose scriptum) prae *epistula*, *hi his* prae *ii iis* praesertim ubi pronomen relativum sequitur (cf. comment. crit., p. 36), *prehendere* et composita prae *prendere*, *urgeo* prae *urgeo*, *ualitudo* prae *ualet-*, *uinculum* prae *uincl-* cet.; *praeterea* *desit*, *desimus*, *perit*, *petit* cet. prae *desit* cet.

Ut vero praeteream si quid anceps in declinationis qui- buſdam casibus occurrit, ut in tertiae declinationis accusativis numeri pluralis tum in *-is* tum in *-es* desinentibus, item in genitivis numeri pluralis, ut *uoluptatum* et *uoluptatiū* cet., illud profecto notabile est praepositionum *ad*, *con*, *in*, *ob*, *sub* cet. formam in verbis vel nominibus minus sibi constare, ut *affectus* et *adf-*, *affero* et *adf-*, *compono* et *conf-*, *impetus* et *inp-* cet. Quamvis igitur, ut aliquid certi effici possit, praepositionum cum verbo compositarum diligentem rationem per totum codicem inire et adsimilationum ac

(1) Cf. *ibid.*, p. 34.

dissimilationum indices singillatim digerere necesse sit, attamen, nisi libro saepius perfecto et cum Hensii editione conlato fallor, summa in hac re exsistit varietas. Qua non moverer, cum codices magis librariorum quam scriptorum veterum in orthographia rationes fere exprimant, nisi reputarem proximum vero esse quod O. Rossbach argumentatur (1). Senecae temporibus « usum ita fluctuasse, ut etiam tum multo in usu essent formae non assimilatae, sed praevalerent assimilatae », nec utique esse credendum in rebus orthographicis « ad prorsus severam normam Senecam se applicavisse ». Itaque diu dubitavi, utrum certam editioni meae imponerem legem an Quiriniano me addicerem. Ut enim cogitanti mihi Alexandrinos quidem grammaticos analogiam esse secutos, consuetudinem vero auriumque suavitatem Pergamenos et ab horum disciplina Stoicos stetisse, Senecam ipsum ab analogia alienum fuisse veri simile appareat, ita non me fugit Quintilianum inter eos, qui analogiae « molestissima diligentiae perversitate » inhaerent (I. O. I 6, 17). Senecam fortasse vellicare voluisse. Cum autem mihi occurrerent quae de Annaeanae aetatis scriptorum consuetudine Remigius Sabbadini in commen-tatione *L'anomalia e l'analogia nell'ortografia latina* (2) docte disseruit, media quadam ratione uti animum induxi, qua, Quiriniani inconstantia plerumque servata, aliquas tamen scripturas, ut *asscribi, ammirari et ammiratio, ammittere, ammonere, obtare* et derivata, *optimus, ommittere, occupare, quemammodum* cet. reicerem et ubique scribe-re *adulescens et adulescentia, epistula* cet.

Sed ut ad archetypon sive huius apographon vetustius, unde Quirinianus exscriptus sit, revertar, licet de eius versibus atque paginis aliquid suspicari, quod a vero nimis abesse non videatur. Nam si inter supplementa egregia, quae Annaeanaarum epistularum contextui Quirinianus adquirit, unum ex insignioribus consideramus, scilicet ep. 82, *ii sed ille*

(1) Cf. O. ROSSBACH, *De Sen. phil. cet.*, p. 124 s.

(2) Cf. *Riv. de Filol. e d'istr. cl.*, XXXI (1903), p. 28.

*Rutilius, qui fortiore uultu in exilium, hoc statim sub oculos cadit, undeviginti syllabarum summam his verbis effici.* Atque eiusdem mensurae sunt in ep. 66, 32 verba *uirtuti*: *nihil enim aliud est uirtus quam recta ratio*, quae in ceteris libris mutila, in uno Q integra extare videntur. Obversatur igitur utrobique versus, quem archetypon suppeditabat, omiserant autem vel detruncarant librarii, qui libros V P Par.b exaraverunt? Hoc ut colligam, etiam Quiriniani lacunis quibusdam adducor paulo maioribus, quae neque in margine suppletæ sunt neque homoeocatarcto aut homoeoteleuto excusantur: in ep. 49, 3 verbis *quae tota — longioris spatii* duodequadraginta syllabarum spatum completur, huius vero dimidia pars in ep. 82, 18, si verbis *nisi cui totus animus incubuit atque adjuit*, quae desunt post *honeste fit* (1), alterum *nisi addideris*, quod ad sententiam apte quadrat. Nec latius patet lacuna in ep. 94, 49 *ex his est: et facit illa et ex illis ipse fit.* Deinde istud, si deinde tamquam bisylabum metimur. Quod si ad eas lacunas transimus, quas vel librarius vel eiusdem aetatis manus in margine supplet, exceptis hinc quoque et minimis et quae a perspicua causa sunt profectae, nonnisi unam invenio, quae a mensura illa aliquantum discedat. In epistula enim 76, 17 verba *cupiditates nostras irritant, depriment quoque animum et labefaciunt et cum videntur attollere*, quae Q<sup>t</sup> in margine inf. supplet, ex triginta tribus syllabis constant: at hoc spatii discrimen a continuae scripturae varietate originem duxisse mirum non est. In ep. 9, 12 autem Q pr., sicut L pr. et p P Par.b, lacunam viginti duarum syllabarum *propter se ipsam (ipsa Q) adpetenda sit.* Immo uero nihil magis probandum est exhibit, ubi tamen homoeocatarcton *propter se ipsam adpetenda sit — propter se ipsam expetenda est magnam vim habuisse liquet, etsi verba nam si intercedant.* In ep. 108, 16 lacuna *inde in omnem uitam unguento abstinemus, quoniam optimus odor in corpore est nullus: inde uino carens stomachus,* quae a Q<sup>t</sup> suppleta est in margine superiore, quamvis a per-

---

(1) Hic fortasse lacuna ex homoeoteleuto *fit — adjuit* orta est.

spicuo homoeocatarcto profecta sit (sequuntur enim verba *inde in omnem uitam balneum fugimus* cet.), hoc tamen notabile prae se fert, quod ex novem et triginta syllabis constat atque librarius a primo *inde* non ad alterum (*inde uino carens stomachus*), quod in parte versus interiore esse debebat, sed ad tertium (*inde in omnem uitam* cet.) transiluit ideoque tres versus ante eius oculos versatos esse patet, quorum primus et tertius cum ab adverbio *inde* inciperent, librarius, duobus prioribus versibus omissis, ad tertium *inde* aberravit.

Ex his igitur indiciis audacius non erit conicere undevicenarum fere syllabarum spatium antiquioris libri versus occupasse ideoque talem prope eorum mensuram fuisse, qualem Bambergensis codicis specimen a Chatelainio in tab. CLXXXIII 1 oblatum, cui Quiriniani scripturam simillimam esse adfirmavimus, ostendit. Cum vero, ut commentarius criticus subicit et iam Hense in proecdosi (p. XIX) animadvertisit, etiam alii codices vetustiores eiusdem prope mensurae lacunas et supplementa praebent, hoc magni momenti esse ad statuendam librorum cognitionem ex eodem archetypo proficiscentium nemo non videt.

Quot autem versus singulae antiquioris codicis paginae completerentur, ne ad hoc quidem argumentandum indicia idonea deficient, si animum ad eam textus perturbationem adverteris, quam in Quiriniani foliis 99 - 104 offendimus, cum totus locus a verbis *laboribus rusticis* (ep. 86, 5 m.) usque ad verba *non nascitur itaque* (ep. 87, 25 m.) transpositus sit in ep. 88, 4 post verba *et ad musicen*. Cum enim traiectam partem Quiriniani paginae septem non integrae (ff. 101<sup>r</sup>, 7-30; 101<sup>v</sup>; 102<sup>r-v</sup>; 103<sup>r-v</sup>; 104<sup>r</sup> usque ad v. 22) tricenorum versuum pleraeque, undetricenorum duae (f. 103<sup>r-v</sup>), contineant, versuum autem spatium fere ad vicinas septenas vel duodetricenas syllabas supputari possit, hinc efficitur illam textus partem octo antiquioris codicis paginas opplevisse tricenos senos<sup>7</sup> versus undevicenarum plerumque syllabarum complectentes. Quam computationem si etiam ad eam partem adhibemus, quae a verbis *ex malo bonum* (ep. 87, 25 m.) ad verba *et ad musicen* (ep. 88, 4 in.) pertinet ac paulo plus quam tres Quiriniani paginas occupat (ff. 99<sup>r</sup>,

27-30; 99<sup>v</sup>; 100<sup>r-v</sup>, 101<sup>r</sup> usque ad v. 7), illam intra quattuor libri antiquioris paginas stetisse colligimus. Haec autem duo folia cum in exemplari non post quattuor superiora, ut debebat, sed ante conglutinatur, ut videtur, collocasset, inde turba exstitit, quae Quiriniani librarium fugit et ad coniecturam de versuum numero in singulis antiquioris exemplaris paginis instituendam nobis aptam viam communivit.

\* \* \*

Ceterum hanc tantum, de qua locuti sumus, perturbationem deprehendimus in Quiriniano, quem sordes quidem nec multae nec notabiliores quam in alio quovis libro manu scripto vitiant, eximia autem scripturae forma et peculium egregiarumque lectionum copia insperatam multis Annaeani operis locis salutem adferentium dignum esse comprobant, qui a tenebris in lucem ac laudem dignam prodeat. Atque hoc Quiriniani momentum ad Senecae verba in aliquot mutilis aut quomodocumque incertis corruptisve locis restituenda eo augetur, quod unus inter vetustiores adhuc cognitos totum epistularum corpus, quale ad nostram aetatem pervenit, amplectitur, duabus tantum exceptis partibus, altera ab ep. 109, 17 *nondum exerceri uacat* ad ep. 110, 11 *nec enim nouis malis*, altera ab ep. 120, 12 *asperum est* usque ad finem, quae in revulsis foliis haud dubie inerant. Quod igitur ex traditionis condicione, qualem ceteri libri manu scripti cogitare iubebant, coegit O. Rossbach (1), magnae molis opus ante saeculum nonum in duo volumina discissum atque haec saeculo duodecimo coniungi denuo copta esse, id Quirinianus infirmat, si modo huius aetas, ut omnia admovent, recte est constituta.

Iam Hense, qui hanc dispertitionem « nono, ut videtur, saeculo » in proecdosis praefatione (p. III) factam esse opinatus erat, « decimo, ut videtur, saeculo » in editione altera

(1) Cf. O. ROSSBACH, *De Sen. phil. rec. cet.*, p. 32.

(praef. p. VI) eam adiudicavit. Quod vero Quirinianus legentis oculis subicit libri quarti decimi inscriptionem secus atque ceteras verba L. ANNAEI SENECAE EPISTVLARVM MORALIVM et in priore parte, qua libri XIII finis significatur, et in posteriore, qua sequentis libri initium signatur, exprimentem, scriptura et pagina minime mutata (1), id in eam potius me adducit sententiam ut, Annaeanum opus cum antiquitus bipertitum fuisset, per saecula in alias libros alterum utrum volumen aut partem aliquam corporis minorem, in alias utrumque volumen coniunctim esse transcriptum putem, ita tamen ut divisionis vestigium appareret: casu autem factum esse ut posteriorum exemplaria, quae quidem ante Quirinianum innotuerunt, recentiores prioribus essent. Omnia vero mihi suadent ut recentiores, quos § Hense vocat, si cum vetustioribus comparentur, ex eiusdem archetypi diversis exemplaribus manavisse et epigonos esse statuam sive eorum librorum qui corpus totum, sive eorum qui partem eius tradiderunt. Itaque nec ea necessitudo, qua Q et alii vetusti libros undecimo saeculo inferiores saepe contingunt, nec quicquid discriminis illos ab his seiungit, admirationem habet, cum ab antiquo fonte quidem non diverso utrique fluxerint, operae autem et studii, quo docti lectores lacunosos madososque locos redintegrare conati sunt, multo plura vestigia in recentioribus nimirum extant.

Sed etiam infra de hoc videbimus: nunc praetereundum non est in Quiriniano epistularum libros sua quemque inscriptione esse distinctos, exceptis I, XII, XIII, XVIII, XX: de libro autem XIX nihil certi conicere licet, cum propter lacunam ex avulso folio ortam et ab ep. 109, 17 ad ep. 110, 11 patentem mutilus principio sit. Quod folium non minus quam extremum quaternionem dissipatum esse quamvis valde sit dolendum, Quiriniani tamen beneficio etiam librorum IX-XI initia, quae quidem in P et Par.b nullo vestigio, maioris tantum intervalli scriptura vacantis indicio in V produntur ideoque

---

(1) Cf. comment. crit., p. 383, 13 s.

in incerto usque adhuc fuerunt, nunc ita definiri posse videntur, ut liber IX ab ep. 75, X ab ep. 81, XI ab ep. 84 incipiat.

In obscuro igitur manent librorum XII, XIII et XVIII initia, quorum neque in Quiriniano neque in reliquis vetustioribus libris ulla exstat inscriptio, si indiculum LIB. XVIII manu recentissima in A additum ante ep. 104, ut Hense testatur (p. 495, 14), excipias. Valedicendi autem formula, quam omittit Q, sicut L, in epistulae 52 clausula plane propter novi libri inscriptionem, recte deest in ep. 48, 5, de qua vide comment. crit., p. 150, 8. Epistularum vero inscriptions aut versum proprium aut versus, in quo praecedens epistula desinit, vacuum spatum aut et huius et sequentis versus extremas partes obtinent: desiderantur in epp. 106, 107, 108, 109 (de ep. 110, quae, ut dixi, initio caret, incertum est), 111, 112, 113, 114, 115, 117, 119, 120. Epistulae denique 75, unde liber nonus incipit, inscriptionem et ante et post libri titulum Quirinianus exhibet.

Itaque, ut virorum doctorum auctoritatem sequar, qui iam pridem manu scriptae supellectilis condicione adducti sunt, ut in critica de Senecae epistulis re instituenda priores 1 - 88 a posterioribus 89 - 124 disiungerent, nunc ad volumen prius circumspiciendum aggrediens pro meis viribus exquiram, quid rationis Quirinianus cum ceteris codicibus adhuc cognitis, vetustioribus potissimum, habeat quidque novae lucis Annaeano operi ad archetypon delineandum locosque corruptos aliqua ex parte restituendos afferat.

\* \* \*

In hac Quiriniani aestimatione ut ab eo iudicio profiscar, quod de codicibus ad partem epistularum priorem pertinentibus fecere qui in Annaeanas epistulas recensendas mentem praecipue intenderunt, et breviter primum perstringam, quid Hense ex suis atque Chatelainii, Buecheleri, Rossbachii, L. Radermacheri, C. Kalbfleischii, Henrici Lebègue, Guil. Krollii, P. Woltersii aliorumque curis subtilibus atque eruditis effecerit, ille vir doctus in proecdosis praefatione (pp.

XVII - XXX) sic statuerat, praestantiores libros ad unum idemque archetypon post Macrobi aetatem et ante aevi Carolingii doctrinam scriptum esse revocando: cum autem modo hic modo ille a primigenio libro proprius abesset nec ullo posset prorsus careri, difficile esse dictu, cui palma deferenda esset, libro tamen p, si primae tantum scripturae a manifestis quibusdam glossematis et mendis liberae ratio haberetur, auctoritatem aliquanto maiorem esse tribuendam: recentiores denique libros (s) nihil melius pleniusve exhibentes, quod archetypon a praestantioribus diversum proderet, ne dignos quidem esse, qui diligentius pertractarentur. In posteriore autem editione, cum librorum P et Par.b, ex quibus antea variarum lectionum specimen modo protulerat, integrum et continuam conlationem adhibuisset, eos communi vinculo cum optimis quam manifestissime esse colligatos et utrumque librum peridoneum esse animadvertisit ad minuendum eorum locorum numerum, ubi in proecdosi noviorum librorum testimonia advocaverat (1). Hos vero pluris quam antea faciens et aliquatenus, ut supra dixi, Rossbachio assentiens, qui fieri non posse obiecerat, ut iuxta antiquiores codices recensionem alteram fuisse negaretur haud parum diversam, cuius scripturae aliquot praestantiores et lacunarum nonnullarum supplementa in s superessent, non ad unum omnes ex paucis illis antiquioribus originem duxisse et, quamvis summa cautione in s adhibendis opus esset, his tamen in neutra epistularum parte prorsus careri posse concessit (p. XXVI).

Quem igitur locum quidque momenti in hac quaestione de Annaeanarum epistularum priore parte recensenda Quirinianus sibi vindicat? Hoc ut statuamus, ab epistulis 53-65 ordiamur, ubi librorum omnium vetustiorum, qui nobis hodie noti sunt, testimonia, praeter brevem lacunam codicis p in prioribus epistulae 53 tmematis, suppetunt. Qua ex conlatione primum patet mirabilis Quiriniani et Laurentianii (L) in bonis malisque concordia, cuius indicia perspicua iam in

---

(1) Cf. Hense<sup>a</sup> praef., p. IX.

libri sexti inscriptione deprehenduntur. Haec enim tam similis exstat in Q et L, ut alter liber L ex VEL correctum, alter L pro L exhibeat: aliquantum vero dissimilis legitur in V et P, deest in Par. b. Nec minus convenientiae deprehendimus in libri septimi inscriptione, quae prope similis etiam in p inest, deest cum salutationis formula in V P Par.b.

Huc accedit maxima congruentium lectionum copia, quarum testimonia ut excerpam, eas primum proferre videatur, quas utriusque codicis peculiares conlatio cum Hensii editione ostendit: ep. 53, 4 *fuisset* (*t* punct. Q), 6 *excepit*, 7 *quam ut in ulla (inullo) Q intellectus sui est, 9 subsicia] in marg. subsequens, 10 re ezero, 11 defatigat* (fort. etiam P pr.); — ep. 54, 4 *proderemus*; — ep. 55, 1 *Egestatione, 2 clauditur*, ibid. *Erat autem, 3 possit, 6 et ante exposita om. Q exp. L (1), ibid. sed illiricum (pro sed illi cum), ibid. pascitur (pro parcitur), 8 ergo (pro ego); — ep. 56, 2 *deprehensum, ibid. cogita tenuam (cogitate nuam) Q*, ibid. uellit ex uelit Q<sup>2</sup> L<sup>2</sup>, 5 *foras, 6 nisi supra vers., ibid. non (Non Q) pro nam, 7 somnum, ibid. propitius (ti punct. Q) pro proprius, 9 desiit; — ep. 57, 3 *insolito, 4 horrescit, 8 nec-quidem* (etiam m. rec. V); — ep. 58, 5 *quia cotidie, 6 ad te (adte Q), 7 hic (id rell. vett.) et sic § 20 hic (hoc rell. vett.), 8 dicebatur, 9 quidem (pro quid est)* et sic § 19 *idem (em compend. Q) pro id est, 19 quod (d punct. Q) tibi, ibid. et om. post docet, 23 currus (pro cursus), 31 humana errati (humanaerr- Q) pro humanae rati, ibid. consu-masset et, ibid. parat ausisset; — ep. 59, 1 *demonstrandum, 6 loquebantur idemque verbum post parabolis iteratum, inre mihi presentem (m extr. punct.) Q in remiki praesentem (m extr. exp.) L pro in rem praesentem, ibid. adducantur, 8 munitor intentus, 14 erectis, 18 supprema, ibid. desinet desineret; — ep. 60, 2 *impleuimus*; — ep. 61, 1 *uolumus, 4 plenius* pro *plenus* (sed in ep. 65, 7 *plenus Q, plenius L rell.*); — ep. 62, 1 *temporis om., 2 tempus aliquid* (*ad* supra scr. ante ali-****

---

(1) Cf. ep. 65, 2 *et post format* om. Q exp. L, 7 *ibi ante ipse* om. Q exp. L, 15 *ambigant* sed *m* punct. Q exp. L, 20 *id est ante iubes* om. Q exp. L<sup>2</sup>.

## XXVIII

*quid L) ; — ep. 63, 2 tristis ibi (pro tristis sibi), 4 et cum aliqua (litteris continuis Q) pro ut cum aliquo, 6 retractio, ibid. aceruitate, 11 dispoliatus, 14 quia anneum ; — ep. 64, 1 heri (etiam V sed ex corr.) bis, 2 sexti (etiam P sed ex corr.), 8 nouum ille erit, 10 semitam cedam ; — ep. 65, 3 est om. ante ex eo, 6 templum, 10 dicere pro dicat et continuo iterata verba genuina non quis (nonquis Q) uerissimum dicat, 16 euacuatio (pro euagatio), 18 adseptator quo Q, adseptatorquo L pr., ass-L<sup>2</sup> (pro adseptatorque), 21 illum (pro ullum), 22 bona (pro bono). Praeterea similis in orthographia ratio saepe in Q et L cernitur, ut ep. 53, 3 uergili, 4 psycrolutam ; — ep. 55, 2 uacie ; — ep. 56, 4 serarium ; — ep. 57, 3 feditas ; — ep. 58, 2 illicibusque, 6 dissertation, 23 ammiror Q (admiror L sed lineola super a addita), 26 comprimat ; — ep. 59, 11 agnoscimus, 12 obtorpuisset, 14 diis ; — ep. 64, 8 humor (etiam V<sup>2</sup> ut videtur) ; — ep. 65, 5 doriphoros. Interdum autem manus non primaria ita correxit ut aut discrepant quae similia in Q et L primo erant, aut congruerent quae discrepabant, sicut ep. 53, 1 maris languidus Q pr. L<sup>2</sup>, 4 nautis Q pr. et L, ibid. timere Q L<sup>2</sup> ; — ep. 55, 3 quoties bis Q pr. et L (item § 9 et alibi passim), 8 occupati Q pr. et L ; — ep. 58, 5 sit (pro situs) Q pr. et L, 9 animalis Q L<sup>2</sup>, 17 agit Q<sup>1</sup> L, 32 amphorem Q pr. et L ; — ep. 59, 7 sentient Q ex corr. et L, 9 tota Q et pr. L, 15 circumfusam Q pr. et L ; — ep. 60, 3 et (pro ut) uastissimorum Q et pr. L ; — ep. 61, 3 est repugnantiuolenti Q est repugnantii in uolenti L pr. ; — ep. 62, 2 At Q at L pr. (pro ad) ; — ep. 63, 2 uis Q pr. et L ; — ep. 64, 4 pateram Q L<sup>2</sup> (pro pecora), 8 hac pro ac Q et pr. L, 10 cleantithen quae Q et pr. L ; — ep. 65, 2 uersat et Q L<sup>2</sup>, 11 ponent Q et pr. L, 18 corpori Q L<sup>2</sup>, 21 quam aut Q et pr. L, 22 mecum Q pr. et L (pro metum).*

Hic quidem consensus singularis inter Q et L eo notabilior est quod, si cum eo comparentur lectiones quas Q a L diversas et cum singulis seorsum ex aliis veteribus libris communes habet, has multo pauciores atque ex obvia orthographiae similitudine plerasque profectas esse patebit, ut Q p in ep. 56, 3 chrysippum, ibid. Admehercules Q adme hercules p; ep. 58, 2 locum (corr. in lucum Q), 5 actium,

13 aliut (corr. in aliud Q), 34 quamius; ep. 59, 9 dispicio (etiam L<sup>2</sup>); ep. 65, 11 comprehendit, 20 dimisso: — Q V in ep. 56, 1 acerbissimas ex aceru- (item § 5 acerbissima ex aceru-), 2 balineo sed i punct., 7 sedicio, 13 imperitus; ep. 57, 8 obprimi; ep. 58, 9 aliquid (corr. in aliquod V), ibid. complectatur, 12 qua mutatum in quia bis, 20 uirgilium ex uerg-; ep. 59, 7 inquit (inquit V<sup>2</sup>); ep. 65, 19 inspectionem (etiam L<sup>2</sup>); — Q P in ep. 59, 2 nostram (etiam p pr.), 14 idem (pro id est); ep. 65, 7 id quod, 19 distincxerit, 22 compelle: — Q Par.b in ep. 54, 5 utrumque; ep. 55, 11 sic (c punct. Q); ep. 56, 5 affectus, 6 composit; ep. 57, 4 affectio, 8 affligi (L P corr. ex effl-); ep. 58, 36 afferam, 37 mortis moras (etiam L<sup>2</sup>).

Quoniam autem L cum ceteris probatissimis arto vinculo coniunctus est, mirum non erit si Q cum L simulque cum uno alterove ex ceteris antiquioribus codicibus saepe concordat; qua in re illud est notabile, consensum Q p L (1) aliquanto frequentiorem esse quam Q L V (2) aut Q L P (3) aut Q L Par.b (4). Quod si eas scripturas addimus, ubi Quirinianus cum L et pluribus aliis primariis libris convenit (5), et sive

(1) Cf. ep. 56,11 contemptus (concentus L<sup>2</sup>); ep. 58,2 asylum (pro asilum), 32 exspectat, 34 aliam (pro aleam); — ep. 59,6 ut et (utet Q), 12 tam (pro iam), 14 illud (pro illuc), 16 uellis (pro uelis); — ep. 60,1 quantum alii (quantumalii Q) pro quantum mali, 2 et terra et mari (et terra et mari Q) pascitur, — ep. 61,1 ergo (r erasa L); — ep. 64,3 cetera om. ante exanguia, 5 exerceatur (pro exercear), 7 ad me (adme Q); — ep. 65,15 quod om. ante facilis, 16 nunc, 23 ita (ista L<sup>2</sup>).

(2) Cf. ep. 55,5 cupiditatium (i tertia punct. Q); ep. 56,9 obirata (ober- L<sup>2</sup>); ep. 57,8 urguntur, ibid. nec-quidem (V ex corr.); ep. 58,29 voluptatis (-tes L<sup>2</sup>), 32 opperiri; ep. 59,4 imperitus, 12 persedere (persid- V<sup>2</sup>).

(3) Cf. ep. 53,4 uicesimo; ep. 56,9 compescunt; ep. 57,4 dispernit; ep. 58,23 eracitus, 32 exsorbet (P ex corr.); ep. 59,4 coepisse; ep. 61,3 componamus; ep. 63,3 tristitia.

(4) Cf. ep. 53,1 paucam illi (pro pauca millia); ep. 56,3 assidua; ep. 57,4 ad tristitiam; ep. 58,19 atque (pro ad quae), 31 octogenimum; ep. 59,7 his quos; ep. 60,1 dii; ep. 63,4 iocunda, 8 intelligimus (pro intellegemus); ep. 65,12 retulisti (s prior supra vers Q), 17 paeclarum (prae comprehend. Q, pre L).

(5) Cf. ep. 53,2 periit Q L, V ex corr., P Par.b; 3 obuertant Q L V, P pr., Par.b; 4 eripio Q L V, P pr., Par.b; ibid. me ferre (meferre Q) Q p L V Par.b; 6 punctiungulas Q L V, P pr., Par.b;

ex his sive ex superioribus locis varios gradus respicimus,  
quibus optimi Quirinianum contingunt, locum longe primum.

ibid. *ut talaria* Q p L, V ex corr., P pr., Par.b; 7 *capit aliquando* (om. et) Q L P Par.b; 8 *expurgescamus* (*Exp-* Q) Q L, V P pr.; 8 *digna te est* Q L V Par.b; 11 *dii* Q L V P; ibid. *sapienti* Q L P Par.b: — ep. 54,2 *agere* Q L V P Par.b; 3 *uicisse se* (*uicisse* Q) Q L V P; 4 *at ego* Q L V, P ex corr., Par.b; 5 *et extingui*mur (*extinct-* Q) Q L V P Par.b; ibid. *secuta* Q p L V P; 7 *inde expelli* Q p L, V ex corr., P Par.b: — ep. 55,1 *desimus* Q p L, V P pr., Par.b; 2 *fluctus enim* Q p L P; 4 *sollitus* Q p L V, P pr., Par.b; 5 *religauit* Q p L, V P pr., Par.b; 6 *cuius* Q p L, V pr., P Par.b; 7 *uaria* Q L V Par.b; 8 *dehis* Q Par.b, *de his* L V: — ep. 56,2 *sordalum* Q p L, V pr., P Par.b; ibid. *biberari* Q p L V M; ibid. *ex clustularium* Q p L V; ibid. *suam* Q L V P Par.b; 4 *essendas* Q L V P Par.b; 6 *tacita* Q p L V; 11 *contemsimus* Q, *contemps-* L ex corr., V P Par.b; 12 *introrsus* Q L V P Par.b; 12 *uirgilius* Q L V P Par.b; 13 *inter* Q p L P Par.b; ibid. *cum* Q p L V Par.b; *dieicit* Q L V P Par.b; ibid. *faciant* Q, p ex corr., L, V P pr., Par.b; 15 *syrenas* Q p L V P: — ep. 57,8 *diffugit* (*dif-* Q) Q L V P Par.b O; 9 *propriet* Q L, V pr., P Par.b; ibid. *quod non perit* Q L V P Par.b: — ep. 58,1 *cum* Q p L P Par.b; 2 *pluribus* Q p L, V pr., P Par.b; *intelligi* Q p L P Par.b; 3 *coisse* Q L V P; 6 *naturam* Q L V P<sup>2</sup>; 9 *retuli* Q p L Par.b; 11 *aliqua* (*pro aliquid*) Q L, V P pr., Par.b; ibid. *diducantur* Q p L V; 14 *impetum* Q L V P; 18 *hae* (*Hae* Q) Q L V Par.b; 25 *his* Q L V Par.b; 26 *natione* Q P L, V P pr., Par.b; 27 *inter ualla consti-*  
*tuimus* Q p Par.b, *intervallo* c. L V P; 30 *impleuit* Q L V P; 32 *tuto* (*pro puto*) Q p L, V P pr.; ibid. *exsiccat* Q L V Par.b; 34 *finienda* Q L, -de p, P pr., Par.b: — ep. 59,2 *aluum* Q p L V P, Par.b ex corr.; ibid. *ex nuptiis* Q L V P Par.b; 4 *homine ista* Q p L O Par.b; 6 *itaque* Q p L P Par.b; 8 *pacatum* Q L V P; 10 *impedisse* Q pr., p L, V pr., Par.b; 11 *adolatio* Q L, V P pr.; ibid. *tum maxime* Q p L V, P pr., Par.b; 12 *dum om.* Q p L V, P pr., Par.b; ibid. *assistere* Q L V P; 14 *erratas qui* Q L V P Par.b; 16 *mundi* Q p L, V P pr., Par.b ex corr.; ibid. *ergo ut* Q p L, V pr.; ibid. *esse quia si numquam* (*sinumq-* Q) Q L V, P pr., O Par.b; 17 *nanci* Q L, V pr., O: — ep. 60,1 *Quaeror* Q L V P; 2 *quasi ita* Q L V P Par.b; ibid. *implevit* Q L V P: — ep. 61,4 *in instrumento* Q, p pr., L V; ibid. *expecto* Q L P Par.b: — ep. 62,2 *quoque* Q L P Par.b: — ep. 63,4 *sicut* (*Sicut* Q) Q p L, V pr.; 6 *incolomes* Q L V P, Par.b pr.; 9 *habeant* Q L V P Par.b; 10 *his* Q L, V pr., Par.b; 14 *tamen* Q V P Par.b, *tanem* L: — ep. 64,3 *habent tantum* Q L V P Par.b; 10 *et zenone* Q L V P: — ep. 65,1 *ualitudine* Q L P Par.b; 3 *constat* Q L V P Par.b; 7 *idaean* Q p L V; 8 *statua* (om. est) Q L V P Par.b; 10 *uideatur ueri simillimum* (*uerisim-* Q) Q L V P Par.b; 15 *aufer* (*Aufer* Q) Q p L, V pr.; ibid. *peiora* Q L Par.b, V P pr.; ibid. *pacatur* Q L P, V pr., Par.b; 16 *ita* (*pro ista*) Q L P Par.b; ibid. *urguetur* Q L V P; 17 *quae intentione* (*quaeint-* Q) Q p L V; ibid. *defatigant* Q L, P pr., Par.b.

ex congruentium lectionum natura et copia Laurentiano deberi, reliquos haud multum inter se distantes sequi videmus ita ut cum ipso p similitudinem et proprius consensus Q p et frequens Q p L in bono lumine collocent, soleat autem Quiriniani ab optimae fidei libro discrepantia ad reliquos quoque veteres pertinere (1).

Propinquitatis igitur vinculo Quirinianum cum probatisimorum librorum familia coniunctum esse haec, quae dixi, plane testari videntur: non paucas tamen scripturas suas Q iam in epp. 53 - 65 suppeditat. In quibus quamvis orthographiae discrimina aliaque leviora omnia proferre et longum et parum utile foret, aliqua tamen exempla non praetereunda puto, quae notam aliquatenus singularem Quiriniano adiuntam produnt, ut ep. 53, 11 *futurum* (pro *interfuturum*): — ep. 54, 1 *innotum*; 4 *experitum*, i *erasa* (*expertum ex experitur VL<sup>2</sup>*): — ep. 55, 2 *sit* pro *scit*, et rursus *scit* pro *sit* ep. 58, 7 *alibi*; 5 *alio res* Q pr., *alias res* Q<sup>2</sup>; ibid. *uentris omni libidini*; 9 *quialiquando*; 10 *utique* (pro *utrique*): — ep. 56, 1 *conuentum* (pro *contentum*); ibid. *enumerare* (pro *et numerare*); 4 *hac* (pro *ac*: cf. ep. 58, 30; 59, 17 *alibi*); 6 *Nec exhibet* (pro *nox exh-*): — ep. 57, 8 *Quem ammodum* et ibid. *quemammet* sic fere semper; ibid. *tenuior*, om. *est* (*est etiam alibi saepe om. Q*): — ep. 58, 15 *naturam quaedam*; 17 *homo* (pro *hoc*); 21 *intus* (pro *intuens*); 22 *esse* (pro *est*) et sic *alibi* non raro; ibid. *uidimus* (pro *uidemus*); 23 *corpus* om. (fort. *necessarium non est*); 25 *inquis mihi* (pro *mihi inquis*); 35 *reservabit*: — ep. 59, 6 *sunt* pro *sint*, et sic mox *expandit* pro *expans-*

(1) Cf. ep. 56,4 *eredas* p, *essendas* Q rell. vett.; 11 *contempnimus* p, *contemsimus* Q, *contemps-* rell. vett.; 12 *introsus* p, *introrsus* Q rell. vett.; 13 *deicit* p, *deiecit* Q rell. vett.: — ep. 57,8 *effugit* p, *difugit* Q, *diff-* rell. vett.; 9 *preter* p, *propter* Q rell. vett.; ibid. *quod poterit* p, *quod non perit* Q rell. vett.: — ep. 59,14 *errras uix* p, *erras qui* Q rell. vett., 16 *esse et sinum quam p, esse quia si numquam* Q rell. vett.: — ep. 61,4 *faciunt* p, *faciente* (e punct.) Q, *facient* rell. vett.: — ep. 62,2 *optimo quocumque* p, *optimo quoque* Q rell. vett.; 14 *autem* p, *tamen* Q rell. vett. (*tamem* L): — ep. 64,3 *habent tum* p, *habent tantum* Q rell. vett.: — ep. 65,10 *uideatur uerissimum* p, *uideatur ueri simillimum* Q rell. vett.; 15 *placatur* p, *pacatur* Q rell. vett. (*pascatur* V ex corr.).

*dat; 7 equitemque qui* (pro *equitem qui*) ; *9 dispicio recte* ; *11 pendimus* ; *ibid. autdit* (pro *audit*) ; *ibid. liberarissimum pro liberal-* (cf. § 15 *liberarium* ; ep. 62, 1 *liberalia ex liberaria*, alibi) : — ep. 60, 2 *strumenta* : — ep. 61, 2 *et in senectute* (*et postea punct.*, sed haec particula etiam alibi modo recte modo perperam addit aut omittit Q (1) : — ep. 63, 6 *hac* (pro *haec*) *acria* : — ep. 64, 9 *suscipiendo* (pro *suspic-*) : — ep. 65, 1 *elatione* (pro *elect-*) ; *6 haec om.* (fort. *necessarium non est*) ; *9 propter om.* ; *22 uindictet* quae *scriptura vulgatae ducet praferenda* videtur.

At non raro factum est ut Quiriniani scripturam primo discrepantem ad reliquos veteres libros emendatorum manus concinnaverint (2) aut recta interpolaverint vel leviter errata in peius mutaverint, praesertim Q<sup>2</sup> et m. rec., ut ep. 57,4 *rationi* Q pr., *ratione* m. rec.; ep. 59, 5 *tumidi* Q pr., *tumidum* m. rec., 18 *luxuriosi* Q pr., *luxor-* Q<sup>2</sup>; ep. 65, 2 *sinemoueatur* (*ur compend.*) pro *si nemo moueat* Q pr., *si non moueatur* Q<sup>1</sup> (3) Quominus igitur Quiriniani congruentia cum Laurentiano saepe mirabilis nos adducat ut hos libros eiusdem aetatis transcriptos alterum ex altero putemus, obstant et lectio-nes Quiriniani propriae, quas modo attuli multisque aliis ex aliis epistulis augeri videbimus, et aliae ubi Q cum aliis co-

(1) Cf. ep. 63,13 *uix ei* (*et punct. recte*) *retractis*; ep. 65,3 *sit ex* (pro *fit et ex*), 19 *et materia et inverti* (*alterum et non quadrat*); 21 *et aspicio* (*et punct. recte*), alibi.

(2) Cf. ep. 53,2 *meum sed m* extr. *punct.*, *ibid. Aiebat ex Aiegebatur*, 3 *attingimus sed n* *punct.*, 4 *ulixem ex ulixest*, 10 *Idem ex idest* (*item in ep. 56,10, rursus autem id est ex idem in ep. 58,3*) : — ep. 54,1 *desinit ex desit*, 4 *fugit sed g* *erasa*, 6 *illud ex ille*, 7 *praeparatus ex paratus*, *ibid. eici est ex eiciem* : — ep. 55,2 *a recentii ex e rec.* (*primam scripturam praefero*), 10 *quemcumq;* *ex quemq;* — ep. 56,1 *inlisae ex inillis ae*, 3 *audiam ex audaciam*, 8 *putas ex putat*, 13 *ad omnem ex adeo nempe* : — ep. 57,1 *in crypta ex et cr.*, 5 *inspectionemq;* *ex inspectionem quae* (*quae et alibi saepe, rarius qui, pro que* Q pr.): — ep. 58,5 *inquis ex inquit* (*saepius inquit pro inquit* Q pr.), 22 *adiectione ex deiectione*, 32 *producere ex per-ducere* : — ep. 63,6 *Si ex Sed*, 16 *praemissus ex perm-* : — ep. 64,7 *praecludetur ex procl-* : — ep. 65,1 *coercerent ex cernerent*, 14 *solita ex soluta*, 20 *solutam ex solitam*, alibi.

(3) Cf. alia exempla in *Un nuovo codice cet.*, p. 34 adn. 5.

dicibus a L discedit aut primo discedebat. Iam enim aliquos locos supra percensuimus, qui in Q cum p aut V aut P aut Par.b seorsum congruunt: plures autem sunt scripturae, ubi Q a L ad alios veteres deflectit, ut ep. 53,7 (1) *se habet Q V P, habet se L pr.*; 11 *Ad Q pr. (ad P pr., Par.b), corr. in At (at p V), an L; ibid. quod Q P pr., Par.b, quo L: — ep. 54,1 graeco Q V P Par.b, graece L; 7 unde Q p P Par.b, ut L, V pr.: — ep. 55,2 arenis Q p P, har- L V Par.b (et sic *umore* Q pr., V P Par.b, *hum-* p L), 7 *elegisse* Q p V P Par.b, *egisse* L. Item in epp. 56–65 interdum aut L unum contra Q et reliquos veteres stare (2) aut ex his alias cum Q alias cum L conspirare videmus (3).*

\*\*\*

Hoc quidem de Quiriniano ad ceterorum vetustiorum codicum rationem epistulae 53–65 nos docent: quid vero reliqua prioris voluminis pars aperit? Quousque L patet, Quiriniani praecipuam cum hoc cognitionem eamque non modo peculiaribus scripturis sed etiam variarum lectionum margini

(1) In his quoque exemplis et deinceps plerasque orthographiae discrepantias omitto.

(2) Cf. ep. 56,2 *atque* L, *aqua* Q rell., 9 *in qua* L, *in quam* Q rell., 14 *quaecumque* L, *quemcumque* Q rell. (*quemcumque* p.), 15 *convitio* L, *conuictio* Q rell.; ep. 58,9 *modo* om. L, 10 *animum* L, *animam* Q rell.; ep. 64,6 *quae (a exp.)* L, *quem* Q rell.; ep. 65,7 *ad quos* L pr., *id quod* Q P, 19 *distinxerit* L, *distincx-* Q P, 24 *idem enim* L, *id est enim* Q rell.

(3) Cf. ep. 57,8 *affigi* Q Par.b, *effi-* L P pr.; ep. 58,6 *usia* Q V P Par.b, *graevis litteris* L (sic Q in margine), item 7 *to on*, 14 *inanima* Q p V P, *inanimentia* L, 37 *mortis moras* Q Par.b, *mortes meras* p V, L pr.; ep. 59,15 *conuiciis* Q V P Par.b, *conuicis* p L; ep. 60,1 *secuntur* Q p P; ep. 61,3 *et qui* Q p, V pr., *sed qui* L Par.b; ep. 63,14 *facta* Q p, Par.b pr., *fata* L V P, Par.b ex corr.; ep. 65,12 *ita (Ita Q)* Q V P Par.b, *ista* p L, 19 *inspectionem* Q V, *-one* p, L pr., P Par.b. Vide etiam ep. 63,6 *melle ex mella* Q, *mella ex melle* L, ibid. *placentia* sed *i* punct. Q, *placenta* sed post *t* supra scr. i L; ep. 65,5 *nisi hoc non fuisset* Q, *si hoc fuisset* sed post *hoc* supra scr. non L m. sec.

adscriptarum aut emendationum congruentia insignem permanere, ita tamen ut Q quibusdam scripturis vel propriis vel utique cum L discrepantibus distinguatur, satis probare videntur quae iam disserui (1) antequam altera Hensii editio in lucem prodiit. Ubi vero L deest, Quirinianum consideranti primum occurrit conspicua cum p similitudo, scilicet ab ep. 66 ad ep. 71,7 ubi Parisinus hic codex optimae fidei desinit: frequentes enim scripturae consensum Q p distinctum a V P Par. b praebent, ut ep. 66, 7 *multae plus species*, 9 *quid (Quid Q)* accedere, 14 et 15 *pars*, 15 *necesse est (Nec-Q)*, 18 *iacet*, 21 *perseuerauit ne quid*, 26 *sanum filium*, 44 *tristitia et acerba (tristitia et acerba p)*, ibid. *uirtutes* (sed te punct. Q), 53 *quod sic*: — ep. 67,5 *istorum*, ibid. *ne ab (neab p) ominandum quidem*, ibid. *sit sed*, 6 *periculo*, 10 *in promptus (s punct.) Q, in promptus p*, 12 *poenas*, ibid. *uulgis (s abrasa) Q, uulgis p*, 13 *parum autem (autem om. V P Par.b.)*: — ep. 68,3 *optior iners Q, optior in ers p*, 8 *ostenderim*, 13 *extinguat (ext - p)*: — similis libri octavi inscriptio in Q et p (om. V P Par. b): — ep. 70, 4 *quae (que p) scis*, om. *ut*, 5 *sit (Sit Q) simulata*, 6 *pertinet non Q pr., p. 8 commendauit*, 12 *optima est (obt-p)*, 15 *placet ut uiuet (uiue p)*, 19 *cumque incommodo*, 28 *ut scilicet*: — ep. 71,1 *nimas tardum est*.

Ceterum, quem locum in epp. 1-65 Laurentianus obtinet, eundem fere in epp. 71-88 Venetus sibi vindicat, sicut elucet ex eis, quae de librorum divisione supra exposui, atque e lectionum frequentia, ubi Quiriniani et Veneti consensus a ceteris libris discedit: ep. 71,18 *bonum om.*, 26 *se esse natum oneri ferendo*; — ep. 74, 1 *uitae beatae*, 9 *inuidendique (-quae Q)*, 13 *si timemur (in timenus corr. V) labor (Labor Q)*, 18 *tamquam*, 31 *audacter (aucd- Q)*, 33 *in corporibus insignis langorem (languorem V)*; — ep. 75,9 *ex ora est*; — ep. 76,4 *petentis Q V pr.*, 7 *quare autem*, 15 *ratio eius (eius om. P Par.b)*, 16 *ipsa bonum (ipsum bona P Par.b)*, 20 *torqui*, 29 *ac uocat (aduocat P Par. b)*, 31 *non est magnus (non est om. P Par.b)*; — ep. 77,9 *liquit (aliquid P Par.b)*; —

---

(1) Cf. *Un nuovo codice cet.*, pp. 36-45.

ep. 78,15 *illa*, 16 *predicationis* (s exp. V) et sic ep. 79,8 *magnitudinis*, 19 *nunc licet* (*non l.* P Par. b), ibid. *urgueret* (cf. ep. 80,7 *urguetur*), 22 *contingit*; — ep. 79,2 *ipsum ex se est* (V *ex corr.*), 10 *inferius*, 15 *quanto opere* (sed corr. in *quantop-* V), 16 *verba non satis* — *Epicurum leguntur in Q* V, om. P Par.b; — ep. 80,2 *contemptionem*, 7 *argis*; — ep. 81,4 *iudicii* (fort. etiam P pr.), 14 *omnia inter se*, 18 *gratuitum*, 19 *quo uolet*, 27 *esse gratus*; — ep. 82,12 *qui uitae*, 24 *pithio*; — ep. 83,1 *in pectus*, 4 *pharuius* (*h* et *i* punct. V), 10 *agit*, 14 *noctis partem* (*partis noctem* P Par.b), 15 *mersum et uino et madentem* sed prius et exp., 20 *ne cubiculum* (*necub-Q*), 21 *quid cum* (*quid curo* P Par.b); — ep. 84,8 *si magni uiri licenii* (*nec-* V), 11 *egerimus fusi* (*egerimus nisi* P Par. b); — ep. 85,8 *mitigata*, 28 *quod sit malum*, ib. *quod sit malum et quod non sit*, 38 *aptatus*; — ep. 86,4 *extructam*, 18 *pisatione*, 20 *radicescit Q* V pr., ibid. *iam* (etiam P Par.b); — ep. 87,1 *ascenderem*, 6 *et excutere* (et om. P Par.b), 11 *conticiscam* Q V pr., 19 *diuinum aliquid caeleste*, 24 *si remiseris* — *spoponderis*; — ep. 88,6 *serenae* (*serante* P Par.b), 23 *nostru autem (n. his* P pr., Par. b, n. has P<sup>2</sup>), 36 *usibus* (*usus* P, *usu ibi* Par. b), 39 *aristarchi* (*aristachi* Q) *notas*, 44 *et ait*.

Quod autem de L supra animadvertisimus, idem de V patet: non modo enim in epistulis 53-71, sed etiam in reliquis haud paucae suppetunt scripturae, ubi Quiriniani cum Veneto consensus ad alios veteres libros manat (1) aut, quod est

(1) Brevitatis causa singulis lectionibus notas illorum codicum non adscribo, in quibus idem atque in Q V legitur: hoc tantum animadverto, consensum Q V Par.b longe praeponderare. Cf. ep. 75,7 *verba didiceris adfiges tibi ita ut bis scripta*; — ep. 77,12 *in hoc punctum*, ibid. 14 *fungi seruili et*; — ep. 78,12 *cavere*; — ep. 79,13 *aliquando umbra*; — ep. 81,4 *tamen beneficiis donetur tamen quod*, ibid. *plus profuit*, 8 *pro eo debeat*, 22 *uitemus*; 32 *quam me beneficii uiolati pudere*; — ep. 82,13 *ut des*, 15 *utrum*; — ep. 83,9 *satis enim est*, 10 *qui sit*, 11 *noluit*, 15 *tiberius multa sua manu*, 18 *extendi*, 21 *explanata*, 26 *uillatur* (*uiolatur* Q<sup>3</sup>); — ep. 84,10 *esse nostrum*; — ep. 85,30 *Falsum est*; — ep. 86, 14 *patre familiae*, 16 *mihi hodie*; — ep. 87,41 *hanc* (*Hanc* Q); — ep. 88,11 *discere*, 31 *putes eius*. Illud autem non est praetereundum, quosdam occurtere locos, ubi Q et V a P et Par.b ad O aut M deflectunt, ut ep. 80,5 *coicitur* Q V O; ep 81,4 *pro eo debeat* Q V M; ep. 83,4

maius, Q a V recedens cum aliis veteribus consonat (1). Quapropter etiam de V colligere licet, quamvis arto vinculo cum Quiriniano coniunctus sit, alterum tamen ex altero non esse exscriptum; similitudinis autem cum Brixiano codice locum proximum a V, sed haud parvo intervallo, in epp. 71-88 ad Par. b, tertium ad P pertinere videbit quisquis varias lectiones in commentario critico recognoverit.

Verum ad Quiriniani genus pretiumque inter ceteros voluminis prioris codices delineandum haud minus ex usu est diligenter perpendere, quid rationis inter ipsum et novicos libros intercedat quibusve scripturis Annaeanum opus nunc primum eius beneficio ditetur. Itaque, si epistulas 53—65 respicimus, prope nullam in Q invenimus ex eis lectionibus, quas in his epistulis Hense cum in proecdosi ex s. advocasset, codicum P et Par.b auctoritate in editione altera corroboravit: unam autem scripturam deprehendimus eamque a manu recenti inventam, quae cum s. consonans neque in P neque in Par.b inest: ep. 58, 10 *animalia* Q pr. cum rell.

*inter duos in diuersum Q V O, ibid. ascendit Q V O, 15 quia bene illi Q V O (quia illi bene P Par.b M); ep. 84,1 studio Q V O; ep. 85,37 tunc (Tunc Q) enim Q V M; ep. 86,1 iudico Q V M; ep. 87,27 hic Q V M, et sic mox istud, 29 bonum non sunt diuitiae Q V M; ep. 88,45 coice Q V M.*

(1) Hic quoque brevitatis causa notae Q aut V non adicio eos codices, quibuscum alteruter convenit: animadverto tamen V fere ubique scripturam propriam exhibere, raro cum P aut Par.b aut M facere, Q contra in epp. 66-71 saepe cum p et aliis, in universum cum Par.b saepius quam cum P conspirare. Cf. ep. 66,23 et *seruorum* Q, *ex s. V*, 28 potest Q, *potes V*, 40 maius Q, *magis V*; ep. 68,5 *transit Q, traxit V*; ep. 71,15 *exilio* Q, *exhili V*; ep. 78,3 *nihil illi minus Q, nihil minus illi V, 28 quantumlibet Q, quantumlibet V*; ep. 79,8 *verba peruenieris — incremento* prave iterat V unus; ep. 80,1 *intrumpit Q, intrumpet V pr.*; ep. 81,3 *explicatum Q, explicandum V*, 14 *quod dederat Q, quod derata V*, 31 *cur quis Q, cur inquis V pr.*; ep. 82,21 *contentionem Q, contionem V*; ep. 83,7 *nec -quidem Q, ne -q. V*, 17 *his Q, iis V*; ep. 84,5 *adhibita Q, habita V*, 8 *intelligeretur Q, intellegetur V*; ep. 85,31 *quidam stoici Q, q. e stoicis V*, 34 *alioquin gubernatoris Q, alioqui gubernatis V*; ep. 86,4 *ex consuetudine Q, et c. V*; ep. 87,15 *uidemus Q, uidebimus V*, 16 *non consurgunt Q, nec c. V*, 25 *ex bono malum Q, ex malo bonum V*; ep. 88,14 *nec posse Q, non p. V*, 33 *quaerantur Q, quaeruntur V*, 45 *illam (m exp.) mihi Q, illi mihi V.*

vett., *animata* corr. m. rec. ex plerisque s (*animantia* rectius Hense ex uno s). Qua stipe certe spernenda moveri non debemus, cum multo maiora vereque egregia de suo penu alibi suppeditet Quirinianus, cuius discrimen hac in re a P et Par.b reliquae epistulae modo diluunt modo confirmant. Brixianus enim codex testimonium suum cum P et Par.b alterove horum ad noviciorum fidem augendam nonnumquam consociat (1); saepius tamen a s discedit in scripturis, quas etiam hi Parisini libri seorsum a p L V tradunt (2). Hinc

(1) Cf. ep. 12,5 *deuexa* (ex diu- Q<sup>1</sup>); ep. 19,1 *quotiens* (Q ex corr.); ep. 24,1 *tibi ipse*, 24 *at* (*At* Q) *in utrumque enim m.* (*at* vel *aut* recte seclusit Hense); ep. 25,4 *paratae sunt* (*at sunt* corr. in *sint* radendo Q); ep. 27,5 *troianos*; ep. 40,2 *philosophum* (Q ex corr.); ep. 43,3 *magnus es*; ep. 44,3 *hi maiores*; ep. 45,11 *demittat*; ep. 48,3 *aliquid*, 8 *aduocatus es*; ep. 50,2 *tenebricosam*; ep. 71,7 *quisquis*, 18 *illam* (Q ex corr.); ep. 76,29 *grata*, ibid. *ego*; ep. 79,9 *ex his*, 17 *frequentabit* (Q ex corr.).

(2) In percensendis per epp. 1-88 eis locis, ubi Q differt a P Par.b s vel a P s vel a Par.b s, brevitatis causa profero Quiriniani tantum scripturas, omisisse eis quas in editione plerumque receptas novicii suppeditant, et codicum notis, qui cum Quiriniano secedunt ab horum consensu cum P et Par.b vel cum altero horum: utrasque commentarius criticus subicit. Cf. ep. 7,8 *in te ipse* (praefero scripturae *in te ipsum* quam Hense ex Par.b et s recepit): — ep. 9,2 *referre*, 4 *in integro*, 16 *diis*, 17 *tulit*, 18 *stilboni ille*, 19 *se enim ipse* (praefero scripturae *se enim ipso* quam Hense ex Par.b et s recepit): — ep. 11,8 *diligendus* (praefero cum Hensio scripturae *eligidus* P Par.b s): — ep. 12,2 *arripio* (praefero cum Hensio scripturae *arripui* Par.b s), 11 *iurarant*: — ep. 13,12 *time-retur*, 14,8 *faciet*: — ep. 15,4 *quos libet* (scribo cum Hensio *quoius libet* ex Buecheleri emendatione), 8 *et hoc*, 16 *et quid*: — ep. 17,6 *quod promittitur* (recte): — ep. 18,4 *temperantius*: — ep. 19,3 *elegantiae*: — ep. 20,7 *discedit*, 13 *ego iudico*: — ep. 21,2 *nitet*, 7 *phy-toclea*, 9 *sequor*. *Pro eo*: — ep. 22,12 *circumaspicias*: — ep. 23,3 *deuitandas* (praefero cum Hensio scripturae *deuitanda* P s), 7 *quod sit istud* (praefero scripturae *quid sit i.* quam Hense in textu recepit ex P Par.b s): — ep. 24,20 *consumat* Q pr., *consumit* Q<sup>2</sup> deterius: — ep. 25,6 *aut alicuius* (scribo *alius cuius* ex Chatelainii emendatione): — ep. 26,10 *seruire didicit*: — ep. 27,4 *deligationem* Q pr., *dilationem* m. rec. deterius: — ep. 28,3 *concitatam et in-stigatam*, 7 *mallet*: — ep. 30,6 *quisquam aut*, 12 *diis*, 14 *haberet*, 16 *proprietores*: — ep. 31,3 *ut una illa* (praefero cum Hensio scripturae *ut una* P Par.b s), ibid. *preferenda*, 6 *magnus ille*, 9 *per deos*: — ep. 33,4 *adsignauimus*, 6 *carmini*, 9 *quid est quodarte*: — ep. 34,1 *his qui*: — ep. 35,4 *experiire*: — ep. 36,1 *ostendit*,

prefecto, qualis Quiriniani indoles sit, vel magis elucet, cum praesertim eis locis, ubi is Parisinorum stipi ad dubias lectiones comprobandas vel mendosas sanandas non favet, alii complures opponantur, quibus certiorem fidem ipse addit aut novum lumen nunc primum praefert. Haud rarae enim sunt scripturae, quae novicis codicibus traditae ac Parisinorum auxilio destitutae Quiriniani auctoritate commendantur; ep. 19,9 *elocuti*: — ep. 24,1 *scito sed s punct.* (*cito s recte*): — 48,9 *prodessent*: — ep. 66,7 *species sunt quae pro uite uarietate* (*quae om. rell. vett.*: cf. comm. crit. p. 217,6), 15 *in utraque enim re (in utraque etiam Haase: re deest in rell. vett.)*: — ep. 68,13 *exierunt* (*Q ex corr.*): — ep. 71,13 *dimitte* (*Q cum ed. Mentel.*): — ep. 73,5 *alios quoque*: — ep. 74,5 *ita nos* (*praefero cum Hensio<sup>1</sup> scripturae nos ita quam ex V P Par.b recepit Hense<sup>2</sup> Baehrensum secutus*), 8 *modo in hanc partem* (*om. V P Par.b*), 30 *et in ullo* (*et om. rell. vett.*), 33 *possis* (*cf. comm. crit. p. 274,15*): — ep. 75,6 *eloquentem* (*Q ex corr.*): — ep. 76,5 *ne tibi* (*cf. comm. crit., p. 283,3*), 29 *Respondebit*: — ep. 77,4 *nec hee* (*Q ex corr.: nec hae s*), 11 *tibi uidetur* (*Q cum ed.*

---

9 *incubent*: — 37,1 *deridebit se*, ibid. *ueri*, 4 *stulta*: — ep. 39,3 *temperauit*: — ep. 40,4 *regere potest*: — ep. 41,4 *credis*: — ep. 42,5 *quandam*: — ep. 44,5 *quis es*, 7 *summe*: — ep. 45,2 *mutare*, 3 *desertum*: — ep. 47,2 *incessit*, 10 *Illi tu cogitare*, ibid. *ex hisdem*, 17 *anicula te*: — ep. 48,2 *a te*, 11 *qui discentis*: — ep. 49,1 *coercitionem*, 6 *colligarat*: — ep. 50,9 *rege te*, ibid. *facilius quae*: — ep. 52,6 *expedita* (*om. et recte*), 10 *ingemescatis* (*quam scripturam recipio cum Hensio<sup>3</sup>*), — ep. 54,5 *secuta*: — ep. 56,2 *ex clustularium*, 3 *uestrum*, 6 *facita*, 13 *cum*, 14 *circumstrepit*: — ep. 58,7 *sed si ita recte*: — ep. 59,11 *tum maxime*: — ep. 60,2 *strumenta*: — ep. 63,10 *qui parum* — ep. 64,10 *et zenone*: — ep. 70,4 *uiuet*, 7 *nil*, 13 *aliquid genus*, 26 *Quare quare* — ep. 71,19 *quam saepe*, 23 *miseritus industri*: — ep. 72,4 *Incide*, 6 *eandem*, 7 *dant*: — ep. 74,14 *para nobis*, 17 *proprietas (proprietas Q) quidem*, 18 *ut deseratur*: — ep. 76,11 *homini*, 12 *eorum* (*recte*), 23 *positum* (*om. est*), 25 *mersantur*, 27 *erit*: — ep. 78,4 *metum*, 19 *post hoc* (*recte*): — ep. 79,2 *nimir*: — ep. 81,24 *illud*: — ep. 84,8 *exemplaria*: — ep. 87,5 *ad beneficia*. In noviciorum autem paucis scripturis, quas alii quam P ac Par.b veteres commendant, Q cum Parisinis consentunt, ut ep. 28,2 *ibidem Q p P<sup>1</sup> Par.b, idem L M s*; ep. 48,2 *id expedit Q p L P Par.b, idem e. M s*; ep. 70,8 *commendauit Q, commodabit M s*; ep. 76,19 *nec sit Q V P Par.b, ne sit M s*.

Ven. a. 1492) : — ep. 81, 21 *nemo sibi gratus est, qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere : qui ingratus est, miser erit?* (verba *qui alteri* — *ingratus est* om. V P Par.b); — ep. 82, 11 *sed ille quem (non Q) paupertas* — ep. 83, 2 *et id raro ; quid fecerimus, non cogitamus* (om. V P Par.b) : — ep. 85, 7 *libidinem sed non insanam* : — ep. 87, 20 *mittit, 24 si ut, 30 qui incommoda, 40 significaretur* : — ep. 88, 5 *quae quisquis ignorat* (cf. comm. crit., p. 371, 24), 12 *usu capi publicum : hoc, quod tenes, quod tuum dicas, publicum est* (verba *publicum* — *dicas* om. V P Par.b), 25 *Aliquod nobis praestat (prest - Q) geometria ministerium* (cf. comm. crit., p. 377, 17 s.), 41 *non uis cogitare* (cf. comm. crit., p. 382, 2).

Nec solum Quiriniani ope magis magisque necessitas tenuatur, qua ad recentiorum librorum testimonia est confugiendum, sed inter lectiones eius peculiares (1) egregiae quaedam eminent, quae aut locis nonnullis mutilis depravatisve medentur aut novum et insperatum habitum quibusdam scripturis, quae nullam adhuc dubitationem habuerunt, induunt. Qua insigniore stipe Quiriniani momentum inter vetustiores Annaeanarum epistularum libros quantopere auge-

(1) Inter lectiones Quiriniani proprias eas omitto, quas per spicuus error genuit; aliae vero, etsi gravioris momenti non sunt, nihil tamen absurdii habent aut a vero non abhorrente videntur, ut ep. 15, 10 *Tu te ipse*; ep. 25, 2 *perfecturus sim*; ep. 28, 6 *ubi quoque*; ep. 33, 7 *dicat iste*; ep. 35, 2 *praecipio (prec- Q)*; ep. 36, 3 *se dabit et in uetus state*; ep. 44, 2 *produxit*; ep. 55, 5 *alias res*; ep. 66, 12 *pugnans, 50 bona et exercita et fortia*, ep. 69, 6 *et exerce te*; ep. 70, 18 *Nullius meditatio rei*; ep. 71, 12 *de hoc cursu, 22 ferunt de uirtute s.*, 25 *non est mirum*; ep. 72, 2 *gignimus, 3 est parum idoneum, 5 fixum est*; ep. 74, 6 *honesto esse contentum*; ep. 75, 11 *ut ambitio nimia ac uetus et animum* (cf. comm. crit., p. 279, 27); ep. 76, 10 *Quid est in homine, 17 Ergo id unum bonum, 29 et ultimi*; ep. 78, 3 *Et in remedium, 4 multum autem (enim Q) mihi, 6 salus*; ep. 82, 10 *nec mala nec bona*; ep. 83, 27 *multo uino non ineptiari*; ep. 84, 2 *non scribere tantum, 6 accipimus (sic Q pr.)*; ep. 85, 10 *ut crudelitas ut nocentia impietas, 18 putabant, 23 non potest hoc nomen, 33 nisi rectam obrues*; ep. 86, 8 *apta*; ep. 87, 22 *diuitiae autem fiunt, fiunt enim (autem Q) ex avaritia, 29 incommodo uenient, 31 necesse nocet*; ep. 88, 2 *hoc est sapientia sublimem fortem magnanimum, 10 me docet, 12 Num quid ante auum t., ibid., potes expedire, 39 quaeram om., 40 Huius (om. rei), 45 proferunt.*

retur, iam ostendi (1) : quamvis autem multas ex his lectionibus Hense probans plerumque vel admirans, interdum in dubium vocans vel aspernans persecutus sit (2) et singulis locis commentarius criticus excussa summatim praebat et quantum novi occurrerit vel amplius animadvertisendum fuerit, subiciat, hic tamen aliquot ex eis revocare abs re non videtur : ep. 1,5 *superest. De homine moderato sat est* (correxi *superest. Da hominem moderatum : sat est* : cf. comm. crit., p. 2,14) : — ep. 6,3 *cum amicos* ; — ep. 7,5 *agatur* (sic Q pr., ut coni. Rossbach) : — ep. 42,2 *nequitaest* (ut coni. Hense) (3) : — ep. 48,1 *quae tam longa quam* : — ep. 65,22 *uindicet* : — ep. 66,23 *fluuida*, 32 *ergo et uirtus uirtuti* : *nihil enim aliud est uirtus quam recta ratio* (cf. comm. crit., p. 223, 26 s.), 44 *Idem enim finis*, 47 *Beatum autem diem agere* : — ep. 68, 14 *Non est tamen ut* : — ep. 70, 15 *possimus* (ut Erasmus<sup>2</sup>) : — ep. 71,7 *nisi qui omnia prior ipse* (*priori se* Q) *contempserit, nisi qui omnia bona exaequauerit* (cf. comm. crit., p. 249, 3), 21 *iacere in conuiuio malum est, iacere in eculeo bonum est* (ut coni. Wolters : cf. comm. crit., p. 253,3 s.) : — ep. 72,3 *Non cum uacaueris, philosophandum est, sed ut philosophheris, uacandum est* (cf. .comm. crit., p. 258,8 s.) : — ep. 75,1 *desidereremus, 7 quando tam multa disces* ? : — ep. 76,20 *et concupita uulgo et formidata*, ibid. *inuentus est, qui diuitias proiceret, inuentus est, qui flammis manum inponeret* (cf. comm. crit., p. 286,19 s.) : — ep. 77,17 *Quid est aliud, quod tibi eripi doleas? Amicos?* *scis enim amicus esse? Patriam?* (cf. comm. crit., p. 295, 1 s.) : — ep. 78,9 *longior impetus mora extinguitur* (cf. comm. crit., p. 299,1), 17 *fuit ferre, tulisse* (retulisse Q) *iucundum est* (cf. comm. crit., p. 300,17) : — ep. 81,8 *Non omnes esse grati sciunt; debere beneficium potest* (cf. comm. crit., p. 315,5) : — ep. 82,11 *sed ille Rutilius, qui fortiore uultu in exilium iit quam misis-*

(1) Cf. *Un nuovo codice cet.*, pp. 55-62.

(2) Cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, pp. 125-27, 604-08, 635-39. Cf. etiam O. Rossbach, ibid. p. 491 s.

(3) Cf. ep. 5,5 *luuriaest* Q pr. (sic etiam Buecheler et Hense<sup>1</sup>).

set (cf. comm. crit., p. 325,3-5) : — ep. 84,11 *si nihil egerimus nisi ratione suadente, nihil uitauerimus nisi ratione suadente* (verba *nihil uitauerimus* — *suadente* habet etiam unus s, om. rell. et vulgo edd. : cf. comm. crit., p. 342,13), ibid. *quam ne secum* : — ep. 86,18 *magna pars eius* : — ep. 87,13 *His* (ut coni. Koch) *respondebimus* : — ep. 87,26 *si aurum ex urna sustuleris, non ideo sustuleris, quia illic et u. e.* (cf. comm. crit., p. 366,14 s.).

\* \* \*

Quantum ad genuinum habitum nitoremque locis haud paucis reddendum hinc redundet, neminem fugit. Quod autem ad omnem prioris epistularum voluminis traditionem manu scriptam attinet, si Quiriniani lectiones, quas attigimus, universas animo complectimur, hunc librum loco sane excelso inter vetustiores (4) dignum esse et scripturis qui-

(4) Haec scilicet de Quiriniano colligo ad librorum vetustiorum rationem, quorum perpetuam conlationem Hense subicit. Quod ad alios attinet, quos hic vir doctus in praefatione attingit et in commentario critico obiter laudat, de M (etenisi) saeculi XI in. supra vidimus (p. XXXVII, adn. 2) cum huius libri utraque parte Quirinianum non congruere in quibusdam epistularum locis, ubi M noviciorum scripturam confirmat, atque hoc discrimen etiam in epp. 53-65 permanet, ubi quidem non de aliqua littera varie a librariis interpretata sed de re agitur, ut ep. 56,3 *uestrum Q nostrum* M, ep. 61,3 *inuolenti Q innuenti* M, ep. 65,16 *ne nunc quidem Q ne hoc q.* M. Incertus similitudinis gradus inter Quirinianum et Metensem deprehenditur in eis lectionibus, quas Hense<sup>2</sup> profert in praefatione (pp. XV-XVII); nam Q et M concinunt in ep. 66,1 *ad contemptum (ad contemnt- Q)*, ep. 68,9 *malo illa cum discesseris dicas*, ep. 74,28 *circundatur, 29 stabile grande*, ep. 78,4 *metum*, ep. 81,14 *omnia inter se, 27 esse gratus, 32 quam me benefici uiolati pudere*, ep. 83,9 *satis enim est*, ep. 84,1 *studio quare, 8 necenii (nic- Q)*, ep. 86,1 *iudico*, ep. 87,14 *his me*, ep. 88,34 *illi ne, 41 temporis tibi*, in reliquis dissident. Quiriniani autem fides maior eo probatur, quod ex Metensis scripturis ad ep. 81 pertinentibus, quibus Hense ibidem demonstrare studet, quam longe a pristica archetypi virtute liber ille declinaverit, Quirinianus duas tantum praebet, § 21 *formatumque* (corr. ex *forn-*) et § 23 *commemoratio delectat* (*dil- Q*): dubium est de § 7 *ubi alius iniuriam M pr., aliis in. Q pr.* (Cf. etiam *Un nuovo codice* cet., pp. 41 s. et 52).

Artiore autem vinculo cum O(xoniensi) Canoniciano 279 sae-

busdam magni ponderis ac raro interpolationem redolentibus, quas aut ipse unus aut aliquis etiam ex noviciis servavit, magnopere commendari videmus. Quominus autem Quiriniano originem a reliquis antiquioribus diversam statuamus, deterret profecto aperta atque interdum singularis cum optimis illis similitudo, quam eiusmodi esse patet ut perspicuum quidem vinculum cum fidissimo p prae se ferat, multo autem insigniore necessitudine cum L et V cohaereat, cum P denique et Par. b interpolatione magis laborantibus saepè discrepet, haud pauca tamen recentioribus tantum libris antea tradita confirmandi proprietatem communicet. At si archetypus idem fuisse cogitandum est, inde duas codicum familias originem duxisse suspicari oportet, quarum altera, quamvis cognationis cum altera vinculum proderet, complures tamen lectiones emendatores, quarum pars usque ad hanc aetatem in deterioribus tantum libris supererat, per saecula tradidit. In hanc quidem familiam ex paucis vetustioribus, qui hodie noti sunt, Q P et Par.b referendi videntur, ita tamen ut Q insignius quam P et Par.b ad probatissimos p, L et V accedens auctoritate magis valeat et inter codices totum Annaeanarum epistularum corpus complectentes principes et aetate et, nisi fallor, fide exstet. Atque hanc indolem

---

culi X, qui inter meliores libros referendus est, Quirinianus cohaerere videtur, quantum quidem ex codicis illius testimoniis colligere licet, quae Hense in praefatione (p. XVIII) et obiter in apparatu critico affert: nam prope ubique Q et O conspirant. Cf. ep. 54,1 *diu exspirat* (exp- O), ep. 57,8 *diffugit* (dif- Q), ep. 58,16 conphenditur Q cōprehend- O,20 *attendas*, ep. 59,4 *epistola* (compend. Q: item ep. 75,9), ibid. *homine ista*, 16 *esse quia si* (is O pr.), 17 *nancti*, ep. 65,7 *idaeas*, ep. 73,7 *nihil magis suum iudicat*, 75,14 *ambitionem*, 17 *inbecillum est*, ep. 77,18 *mediabulo laetacat* Q *media boletatione* O, ep. 83,4 *inter duos in diuersum*, 15 *bene illi cesserat*. Cf. p. XXXV, adn. I.

Quantum denique similitudinis Quirinianus cum A(rgentoratensi) C. VI. 5 saeculi IX/X in primis prioris partis epistulis (cognationem Q A vel magis in posteriore volumine eminere videbimus), in extremis cum Arg. b, necnon cum Guelferb. Gudiano 335 (g) saeculi X/XI exhibeat, commentarius criticus suo loco subicit. De ratione autem inter Quirinianum et Harleianum docebit potissimum altera epistularum pars: de Velzensi cf. Hense<sup>o</sup> praef., p. XXVIII s.

et coniunctionem tam cum vetustioribus quam cum recentioribus conspicuam etiam in posteriore epistularum parte Quirinianus, sicut in editionis huius volumine altero ostendemus, praestat ideoque vel magis confirmat inter vitia, quibus recentiores libri gliscente interpolatione deformati sunt, haud raro bonae ac sincerae scripturas ex antiquo fonte profectas nobis obversari, ut diserte docteque Hector Stampini de Catulli carminum codice Brixiano saeculi XV nuper comprobavit (1). Quod si vetustiorum librorum copia Quiriniano nunc ditata aliis deinceps exemplaribus augeatur, recentiorum cum his congruentiam magis magisque confirmatum iri veri simile est.

Quae cum ita sint, Quiriniano praecipue duce Annaeanarum epistularum editionem aggressus sum, ubi quicquid in hoc codice praestans vel omnino novum vel ad Senecae verba recte constituenda non inutile visum esset, legentibus proferrem simulque complures locos controversos pro meis viribus retemptatos exhiberem. (2) Atque hac in re, quamquam Hensii editione altera et luculento eius commentario critico potissimum nisus sum, non modo tamen priorem eiusdem docti viri non neglexi, sed etiam Frid. Haasii, C. R. Fickerti, Io. Schweighaeuseri, F. E. Ruhkopfii editiones assidue, identidem etiam superiores aut quae selectas epistulas continent, ante oculos habui. Praeterea, ut multas ex eis symbolis, quas ad interpretandum et emendandum ab aliis Annaeani sermonis studiosis datas Hense in commentario critico et praefatione laudat, ubicumque conjecturarum rationes singulas excutere necesse fuit, ipse inspexi, ita in primis et quae Hense post suam editionem de Quiriniani scripturis a me prolatis disseruit et quae O. Ross-

(1) Cf. HECTORI STAMPINI, *Il codice bresciano di Catullo, osservazioni e confronti*: Torino, 1916 (ex 'Atti della Reale Accademia delle Scienze di Torino' vol. LI).

(2) Ut autem Quiriniani codicis, ad quem praecipue haec editio respicit, quam accuratissima imago viris doctis obversaretur, in commentario critico ne leviora quidem praetermittenda putavi et volumini alias tabulas scripturae et novarum lectionum specimina exhibentes subieci.

bach in iudicio et censura de Hensii editione animadvertisit, mecum reputavi. Neque ea praeterii, quae R. Waltz in *Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes*, XXXVIII (1914), pp. 98-107, et Aloysius Castiglioni in schedis manu scriptis, quas mihi tradidit, de quibusdam Annaeanarum epistularum locis emendandis coniecerunt (1). Aliquid denique etiam ex Quiriniano codice A. IV. 4 epistulas 66-124, septuagesima quinta excepta, complectente sumpsi, quem q. voco et saeculo XIV non recentiorem declarat scriptura prorsus similis Chatelainii tabulae CIV, quae Ambrosiani codicis B. 26 sup. Tibulli carmina continentis specimen exhibet (2).

His igitur subsidiis et intenta saepiusque iterata Quiriniani inspectione fretus rem criticam ita institui, ut Brixianum codicem praecipue respicerem, non tamen serviliter sequerer; coniecturas autem hactenus ab aliis acciperem aut ipse proponerem, quoad optimorum librorum testimonia probabili emendationi nihil luminis praferrent; iudicium denique et de codicum lectionibus et de coniecturis ad Annaeani sermonis indolem et consuetudinem in primis referrem. Quot vero et quibus locis ab Hensii editione altera recesserim, ex eo indice appareat, quem editioni huic subicio. Quod si labori, ad quem suscipiendum doctorum virorum auctoritas de Quiriniani virtutibus eximiis mecum consentientium stimulos addidit, non omnino impar fuero, magnopere me iuvabit quicquid poteram eo contulisse, ut Annaeanae philosophiae atque elocutionis amatores hunc codicem in pretiosissima Quiriniana bibliothecae supellectile dehinc numerarent.

Insignem autem liberalitatem, qua Brixiani Athenaei rectores amplissimi Hu. Da Como, B. Castiglioni, C. Fornasini, F. Glissent, P. Da Ponte ceterique sodales operi huic eden-

(1) Cf. etiam G. GEMOLL, *Hermes* XLIX (1914), p. 621 s.

(2) De hoc quidem codice, ut de Q, cf. *Indicem codicum classicorum latinorum qui in bibliotheca Quiriniana Brixensi adseruntur*, editum in *Studi it. di Filol. class.*, Vol. XIV, 1906, pp. 41 et 69. Etiam librum q. diligenter excutere in animo mihi est, statim ut de Q munus absolvero.

do suffragati sunt, grato animo commemoro, itemque vi-  
ris doctis Hectori Stampini et Carolo Cipolla meas de  
codice in lucem vindicato curas benigno assensu prosecutis et  
Arnaldo fratri meo carissimo, cuius sapienti consilio sum  
adiutus, necnon Quirinianaæ bibliothecæ praefecto A. Soncini  
maximas gratias ago. Mentionem denique officinae praeter-  
mittere non possum, quae librum typis exscripsit et sol-  
lertem diligentiam adhibuit, ut haec editio decora exsisteret.

Scribebam Genuae mense Ianuario a. MCMXVI.

---



## CONSPECTVS SIGNORVM

### I. quae ab Hensio mutuatus sum:

<i>p</i>	cod. Parisinus n. 8540
<i>P</i>	cod. Parisinus 8658 A
<i>Par.b</i>	cod. Parisinus n. 8539
<i>L</i>	cod. Laurentianus pl. LXXVI 40
<i>V</i>	cod. Venetus sive Marcianus n. CCLXX
<i>M</i>	cod. Metensis 300
<i>O</i>	cod. Vossianus F. 70.1 et Canonicianus lat. class. 279
<i>g</i>	cod. Guelferb. Gudianus 335
<i>Arg.b</i>	(cf. Hense <sup>a</sup> praef. - p. xxs.)
<i>A</i>	cod. Argentoratensis C. VI. 5
<i>s</i>	codices saeculo XI inferiores;

### II. quae ipse induxi:

<i>Q</i>	cod. Quirinianus B. II. 6
<i>q</i>	cod. Quirinianus A. IV. 4
<i>Q pr.</i>	(vel <i>q pr.</i> ) pristina codicis lectio, quae postea mutata est
<i>ead. m.</i>	(vel <i>pr. m.</i> ) manus quae codicis partem scripsit, ubi lectio emendata inest
<i>Q<sup>1</sup></i>	manus aequalis Quiriniani vel eiusdem prope aetatis
<i>Q<sup>2</sup></i>	manus a Quiriniano aliquantum aetate distans
<i>m. rec.</i>	manus recens, saeculo XV non inferior
<i>punct.</i>	scriptura puncto vel punctis notata
<i>rell.</i>	(vel <i>rell. vett.</i> ) reliqui codices vetustiores
<i>vulg.</i>	vulgata scriptura.

Codicum autem, quibuscum Q congruit, notas ita subiungo, ut plerumque ii praecedant, quorum primaria scriptura cum Q conspirat: inter Q vero et reliquorum codicum notas inserere *cum soleo* ubi lectio similis aliquod levius scripturae vel orthographiae discriben exhibet, quo congruentia non infirmatur. Vocabulum denique *manus* de Q<sup>1</sup>, Q<sup>2</sup> et m. rec. usurpatum est ad significandam unam ex iis manibus, quae ad temporis spatium signo indicatum pertinent.

---



SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

I ta fac, mi Lucili, uindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur aut subripiebatur aut excidebat, collige et serua. Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo : quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per neglegentiam fit. Et si uolueris attendere, maxima pars uitae elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota uita aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium temporis ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori ? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus : magna pars eius iam praeterit. Quicquid aetatis retro est, mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere. Sic fiet ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inceris. Dum differtur, uita transcurrit. Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est: in huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit,

---

*Libri inscriptio desideratur, adest salutationis formula in Q p L P (LIBER PRIMVS in marg. sup. L<sup>o</sup>): utraque omissa est in A Par.b, sed duobus versibus vacuis relicta in A || 2 mi sed deinceps duae litterae abr., plane hi Q, mihi sed hi exp. p A | uindica Q pr., uendica Q<sup>1</sup> L Par.b || 8 uite Q || 12 preterit Q pr., ut videtur, cum A' P Par.b, preterit Q<sup>1</sup> cum L<sup>1</sup> et pr. p: praeterit Hense<sup>2</sup> quem sequor || 14 compl- sic Q Par.b || 15 manū Q sed lineola compendii rubro colore add. || 18 lubricae Q*

ex qua expellit quicumque uult. Et tanta stultitia mortaliū est ut, quae minima et uilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi, cum impetravere, patientur, nemo se iudicet quicquam debere, qui tempus accepit, cum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest redere. Interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista praeципio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum sed diligentem euenit, ratio mihi constat impensae. Non possum dicere nihil perdere, sed quid perdam et quare et quemadmodum, dicam; causas paupertatis meae reddam. Sed euenit mihi, quod plerisque non suo uitio ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit. «Quid ergo est? non puto pauperem, cui quantulumcumque superest. Da hominem moderatum: sat est.» Tu-

I ex qua] subaudi tamen nos || 3 imp- sic Q p P Par.b et, ut videtur, A pr. | cū inseruit Q | imp- sic Q L P || 7 precipio Q || 8 uenit Q L: rectius euenit A P Par.b | impense Q || 9 me inserunt post dicere aut post nihil nonnulli ε, transpositi ante dicere Hense, om. Q cum plerisque codd.. Huius quidem praetermissionis exempla apud Ciceronem ipsum non deesse constat: cf. et alios locos et de Orat. I 22, 101 dum mihi liceat negare posse quod non potero et fateri nescire quod nesciam || 12 ss. Virgulis distinguo verba Quid ergo — sat est quippe quae eius excusationem continere videantur, qui Senecae ignoscit sed non succurrit. Cuius schematis per subiectiōnē a Seneca crebro usurpati haud rara exempla etiam alii scriptores exhibent, ut Horatius in ep. ad Pis., v. 382 ss. Qui nescit, versus tamen audet fingere. 'Quidni? | Liber et ingenuus — ab omni.' Tu cet. || 14 supest. Dehomine moderato sat est. Tutamen Q. superest, sat est: t. t. vulgata. Verba Dehomine moderato quae unus Q exhibet, glossematis suspicionem prima specie movent, sed cf. ep. 49, 10 ubi scripturam de aequanimitate, quam tradunt et Q et p L P Par.b, recte Schweigaeuser mutavit in da aequanimitatem. Si autem cogitemus pronominis quicunque et similium absolutum usum iam inde a poetis augustae, quae dicitur, aetatis magis magisque invaluisse, (cf. ep. 80, 4 tu non concupisces quanticumque ad libertatem peruenire cet., et alibi), nihil obstabit quominus sic legamus 'Quid ergo est? non puto pauperem, cui quantulumcumque superest. Da hominem moderatum: sat est.' Tu tamen cet. Quae verba ut depravaret, eo facilius adductus est librarius, quod de hoc satis et eiusmodi locutiones usitaiae ei obversabantur. Quiriniani vero codicis additamentum Senecae stilo consentaneum quam apte in hunc locum

men malo serues tua, et bono tempore incipies. Nam ut uisum est maioribus nostris, || sera parsimonia in fundo est : tol. <sup>iv</sup>  
non enim tantum minimum in imo, sed pessimum rema-  
net. VALE.

5

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**x his quae mihi scribis, et ex his quae audio, bo- <sup>1</sup> Ep. II.  
nam spem de te concipio : non discurris nec locorum muta-  
tionibus inquietaris. Aegri animi ista iactatio est : primum  
argumentum compositae mentis existimo posse consistere  
<sup>10</sup> et secum morari. Illud autem uide, ne ista lectio aucto- <sup>2</sup>  
rum multorum et omnis generis uoluminum habeat ali-  
quid uagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innu-  
triri oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo fide-  
<sup>15</sup> liter sedeat. Nusquam est, qui ubique est. Vitam in pere-  
grinatione exigentibus hoc euenit, ut multa hospitia  
habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est his,  
qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia  
cursim et properantes transmittunt. Non prodest cibus <sup>3</sup>  
nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur ; ni-  
<sup>20</sup> hil aequa sanitatem impedit quam remediorum crebra  
mutatio ; non uenit uulnus ad cicatricem, in quo me-

*cadat, neminem fugiet || 1 incipias Q pr., incipies corr. m. rec.  
|| 2 nostris add. compendiose in exitu versus m. ead. Q*

*5 in epistulae inscriptione vix legitur LVCILIO Q || 6 his - his  
Q A L Par. b: iis - iis (vel is - is) Hense, cui assentirer ii (vel i) pro  
hi, iis (vel is) pro his saepe esse reponendum (cf. quod Hense adnotat  
in comment. crit. p. 2, 20 et in Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 637  
s.; cf. etiam O. Rossbachium, de Sen. phil. librorum rec. et em.,  
pp. 132-34, et M. C. Gertzium, L. A. Sen. diall., p. 437 alibi),  
nisi Q cum vulgata scriptura hi aut his prope ubique, praesertim  
ante qui, exhiberet ex Senecae aliorumque argenteae et posterioris  
latinitatis auctorum consuetudine (cf. St.-Schm.<sup>4</sup>, p. 621 s.) || 7 s.  
locorum mutationibus, litterae rum mu vix leguntur Q || 9 com-  
positae Q<sup>1</sup> ex composita || 15 hospicia Q || 16 nullas, a in ras. Q |  
his Q A L, iis sed h supra i priorem p || 20 aequae Q || 21 inter  
in quo et medic- m. rec. inseruit crebro Q*

dicamenta temptantur; non conualescit planta, quae  
saepe transfertur; nihil tam utile est, ut in transitu pro-  
sit. Distringit librorum multitudo: itaque cum legere  
non possis, quantum habueris, satis est habere, quantum  
legas. «Sed modo, inquis, hunc librum euoluere uolo, modo 5  
illum.» Fastidientis stomachi est multa degustare; quae  
ubi uaria sunt et diuersa, inquinant, non alunt. Proba-  
tos itaque semper lege, et si quando ad alios deuerti li-  
buerit, ad priores redi. Aliquid cotidie aduersus pauper-  
tatem, aliquid aduersus mortem auxili compara, nec mi-  
nus aduersus ceteras pestes; et cum multa percurreris,  
5 unum excerpere, quod illo die concoquas. Hoc ipse quo-  
que facio; ex pluribus, quae legi, aliquid adprehendo.  
Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum  
— soleo enim et in aliena castra transire, non tamquam 15  
transfuga, sed tamquam explorator —: «honesta, inquit, ||  
5 res est laeta paupertas.» Illa uero non est paupertas, si laeta  
fol. 2<sup>r</sup> est: non qui parum habet, sed qui plus cupid, pauper  
est. Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum  
in horreis iaceat, quantum pascat aut feneret, si alieno 20  
inminet, si non adquisita sed adquirenda computat?  
Quis sit diuitiarum modus, quaeris? primus habere  
quod necesse est, proximus quod sat est. VALE.

<sup>2</sup> sepe Q || 3 Distringit librorum Q pr. cum p A P Par. b. sed m. rec. corr. distrahit et super addidit aius (sic), eadem interpolatio in L a manu tertia, quae scripsit Distrait animum (imum super add.) || 6 stomachi, sed deinceps una littera abr. Q (videtur fuisse sto-  
machum) || 8 diuerti Q p A L Par.b. deuerti Hense ex P ubi i fort. ex e facta radendo || 10 comp- sic Q L || 14 nactus Q A L P Par.b. nactus Haase et Hense ex p | sū ex sit corr. Q || 16 in-  
quid Q || 17 verba laeta paupertas prope evanida Q || 18 verba  
cui cum paupertate — diues est, quae ex fine epistulae quartae  
perperam huc retracta post si laeta est offerunt p P Par.b. recte  
omittit Q cum A L<sup>1</sup> g | non ex nam corr. Q | verba hab& sed  
prope evanida Q || 20 alieno Q || 21 verba si non prope evanida Q  
|| 22 Quid Q | quaeris? Q, quaeris: (vel quaeris.) edd. inde a  
Fickerio. Interrogationis nota cum sententia et Senecae stilo con-  
venit: cf. epp. 9,6; 23,1 et alibi || 23 VALE evanidum Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

E pistulas ad me perferendas tradidisti, ut scribis, <sup>1</sup> Ep. III.  
 amico tuo; deinde admones me, ne omnia cum eo ad te  
 pertinentia communicem, quia non soleas ne ipse quidem  
<sup>5</sup> id facere: ita eadem epistula illum et dixisti amicum et  
 negasti. Itaque si prius illo uerbo quasi publico usus  
 es et sic illum amicum uocasti, quomodo omnes candidatos  
 bonos uiros dicimus, quomodo obuios, si nomen  
 non succurrit, dominos salutamus, hac abierit. Sed si <sup>2</sup>  
<sup>10</sup> aliquem amicum existimas, cui non tantundem credis  
 quantum tibi, uehementer erras et non satis nosti uim  
 uerae amicitiae. Tu uero omnia cum amico delibera, sed  
 de ipso prius: post amicitiam credendum est, ante amicitiam  
 iudicandum. Isti uero praepostero officia permiscent,  
<sup>15</sup> qui contra praecepta Theophrasti, cum amauerunt, iu-  
 dicant, et non amant, cum iudicauerunt. Diu cogita, an  
 tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuerit  
 fieri, toto illum pectore admitte: tam audacter cum  
 illo loquere quam tecum. Tu quidem ita uiue, ut nihil <sup>3</sup>

<sup>2</sup> Epistolas Q p A L P Par.b<sup>1</sup>; sic fere ubique epistola aut  
 huius verbi compendium Q || 3 verba ne omnia prope evanida Q || 5 ita  
 Q A L P Par.b: ita in Hense<sup>2</sup> ex conjectura Gertzii || 6 Itaq;  
 prope evanidum Q | sic Q p A L P Par.b: si corr. Hense | priore  
 Q p A L P Par.b: proprio Hense ex conjectura Gertzii. Mihi po-  
 titus videtur scribere priuo ex poetarum usu, quem Seneca plerumque  
 sectatus est || 11 satis sed s extr. super add. ead. m. Q || 12 uere Q  
 || post amicitiae recte om. Q verba errat et ille — quibus ipse non est  
 quae P et Par.b ex ep. 19, II huc perperam retrahunt leviter im-  
 mutata || 15 pcepta Q | theophrasti Q || 17 placuerit, t super add.  
 Q || 18 audacter Q P. Hanc formam Senecae consuetudini respon-  
 dere etiam alii epistularum ipsarum loci ostendunt (cf. epp. 7, 5;  
 10, 4; 74, 31; 93, 8 alibi). Perraro audacter occurrit, numquam in Q:  
 itaque audacter retineo, quamquam putidiusculam Senecae elocutionem  
 vellicasse videtur Quintilianus adfirmans 'audaciter' potius  
 dicere quam 'audacter' eos qui analogiae molestissima diligentiae  
 perversitate inhaererent (I 6, 17)

tibi committas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis: sed quia interueniunt quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris, facies: nam quidam fallere docuerunt, dum timent falli, et alii ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est, quare ego ulla uerba coram amico meo retraham? quid est, quare me coram illo non putem solum? Quidam quae tantum amicis committenda sunt, obuiis narrant et in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant: quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant et, si possent, ne sibi quidem credituri interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est: utrumque enim uitium est, || et omnibus credere et nulli, sed alterum honestius dixerim uitium, alterum tutius. Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria sed exagitatae mentis concursatio, et haec non est quies, quae motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio et languor. Itaque hoc, quod apud Pomponium legi, animo mandabitur: « quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse, quicquid in luce est. » Inter se ista miscenda sunt: et quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera: illa dicet tibi et diem fecisse se et noctem. VALE

25

---

§ illius Q p<sup>1</sup> L pr.: illi ius A P Par.b<sup>2</sup>: pro illi coni. ipsi van der Vliet, aliis sive alii Guil. Gemoll cui assentior || 6 ergo Q A L Par.b p pr. || 10 urit Q A L P Par.b, corr. ex urs erit p: urserit Hense || 15 reprehendas corr. Q<sup>1</sup> ex reprehandas || 16 ante quiescunt duae litterae abr. Q || 17 gaudes Q pr. cum p L<sup>1</sup>; m. rec. corr. gauđe (sic) | exagitate Q || 21 petent sed u supra e priorem scr. eadem m. Q || 24 fecisse se, alterum se super add. eadem m. Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

P erseuera ut coepisti et quantum potes propera, quo 1 Ep. IIII.  
 diutius frui emendato animo et composito possis. Frueris  
 quidem etiam dum emendas, etiam dum componis : alia  
 5 tamen illa uoluptas est, quae percipitur ex contemplatione  
 mentis ab omni labe purae et splendidae. Tenes utique 2  
 memoria, quantum senseris gaudium, cum praetexta posita  
 sumpsisti uirilem togam et in forum deductus es : maius  
 expecta, cum puerilem animum deposueris et te in ui-  
 10 ros philosophia transscriperis. Adhuc enim non pueritia  
 sed, quod est grauius, puerilitas remanet. Et hoc quidem  
 peior *res* est, quod auctoritatem habemus senum, uitia pue-  
 rorum, nec puerorum tantum sed infantum : illi leuia,  
 hi falsa formidant, nos utraque. Profice modo: intelleges 3  
 15 quaedam ideo minus timenda, quia multum metus affe-  
 runt. Nullum magnum, quod extrellum est. Mors ad te  
 uenit : timenda erat, si tecum esse posset; set necesse est  
 aut non perueniat aut transeat. «Difficile est, inquis, ani-  
 mum perducere ad contemptionem animae.» Non uides,

---

<sup>2</sup> quod *sed* d *punct.* Q: quod L || 3 comp-, et sic etiam  
 mox || 6 labē pure & splendide Q || 7 memoriā, *sed* à *punct.* Q  
 | pretexta Q || 10 transscrīperis Q p et pr. P Par.b (sed transcr.  
 P Par.b), transscrīperit vulgo: transscrīperis *praeferendum puto*,  
 cum enuntiatum *ep̄exegesin* contineat eorum quae *praecedunt* pue-  
 rilem animum 'deposueris *ideoque persona secunda concinne ser-  
 vetur*' || 12 peius (us *compend.*) *ex* peior corr. m. rec. Q, item L° et  
 m. rec. P Par.b, peius g: peior res *coni.* Gertz, hoc abl. proleptice  
*adhibito.* Gertzii *additamentum* res *reicit* et ad peior *subaudit* pue-  
 rilitas R. Waltz (cf. *Revue de philologie XXXVIII* 1914, pp. 98 ss.)  
 || 15 s. aff- *sic* Q || 16 Nullum magnum Q *cum rell. codd.:* nullum ma-  
 gnum malum Erasm. *idque commendavit* Madvig, *Adv. cr. II* p. 461:  
 nullum malum est magnum Hense ex *coniectura* Gertzii. Evidem  
 cum Ruhkopf, Schweigaeusero, Fickerto, Haasio *supplementum*  
 omitto, *quia* nullum magnum *idem valet* atque non est magnum  
 (*scil.* res *gravis* et *magni momenti*) || 17 Necesse est Q *cum rell.*  
*codd.:* *sed inseruit* Gertz, *set Hense* || 19 anime

quam ex friuolis causis contemnatur? Alius ante amici  
 fores laqueo pependit, alius se praecepit aucto, ne do-  
 minum stomachantem diutius audiret, alius ne reducere-  
 tur e fuga, ferrum adegit in uiscera: non putas uirtutem  
 hoc effecturam, quod efficit nimia formido? Nulli po- 5  
 fol. 3<sup>r</sup> test secura uita contingere, qui de producenda nimis  
 cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat.  
 5 Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo uitam relin-  
 quere, quam multi sic conlectuntur et tenent, quomodo  
 qui aqua torrente rapiuntur, spinas et aspera. Plerique 20  
 inter mortis metum et uitae tormenta miseri fluctuantur  
 6 et uiuere nolunt, mori nesciunt. Fac itaque tibi iucundam  
 uitam omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nul-  
 lum bonum adiuuat habentem, nisi ad cuius amissionem  
 praeparatus est animus; nullius autem rei facilius amissio 15  
 est, quam quae desiderari amissa non potest. Ergo aduersus  
 haec, quae incidere possunt etiam potentissimis, ad-  
 hortare te et indura. De Pompei capite pupillus et spado  
 tulere sententiam, de Crasso crudelis et insolens Par-  
 thus: Gaius Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno prea- 20  
 bere ceruicem, ipse Chaereae praestitit: neminem eo fortuna  
 prouexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permi-  
 serat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare  
 euertitur; eodem die ubi luserunt nauigia, sorbentur.  
 8 Cogita posse et latronem et hostem admouere jugulo tuo 25  
 gladium: ut potestas maior absit, nemo non seruus habet  
 in te uitae necisque arbitrium. Ita dico: quisquis uitam

---

1 amici Q. L. Par.b<sup>1</sup>, amicae vulg. || 2 precip- Q | etecto Q ||  
 5 efficit Q p L, efficit alii codd. et nonnulli edd. || 10 ante spinas  
 supra scr. p Q<sup>2</sup>, item p; per in marg. Par.b || 11 fluctuantur Q. L.  
 Par.b M recte || 12 iocundam Q || 15 prepar- Q || 16 que Q || 17 haec  
 Q L, hec p, omnia P Par.b || 18 te add. in extr. versu Q<sup>1</sup> || 19 s.  
 partus, sed h supra scr. Q<sup>1</sup> || 20 tribuno ex tribunu Q<sup>1</sup> | preb- Q  
 || 21 chereae Q | prestatit Q pr. cum L, corr. prestitit ead. m.  
 | fortuna ex forma eadem m. Q || 23 Momento ex Memento Q<sup>1</sup>  
 || 27 uite Q

suam contempsit, tuae dominus est. Recognosce exempla eorum, qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta ui aut dolo : intelleges non pauciores seruorum ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque, quam potens sit quem times, cum id, propter quod times, nemo non possit ?  
 At si forte in manus hostium incideris, uictor te duci iubebit : eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis et hoc nunc primum, quod olim patiebaris, intellegis ? Ita dico: ex quo natus es, duceris. Haec et eiusmodi uersanda in animo sunt, si uolumus ultimam illam horam placidi expectare, cuius metus omnes alias inquietas facit.

Sed ut finem epistulae inponam, accipe quod mihi hodierno die placuit; et hoc quoque ex alienis hortulis sumpturnum est. « Magnae diuitiae sunt lege naturae composita paupertas. » Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuat ? non esurire, non sitire, non algere. || Vt fol. 3<sup>v</sup> famem sitimque depellas, non est necesse superbis adsidere liminibus nec supercilium graue et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra. Parabile est, quod natura desiderat, et adpositum: ad superuacula sudatur. Illa sunt quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena litora inpingunt: ad manum est quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit, diues est.

<sup>25</sup> VALE.

---

i tuę Q | exemplum eorum Q L P Par.b: corr. Schweig-haeuser || 4 Inter Quid et ad te erasum est te || 8 intelligis Q || 12 epistolę Q || 14 Magnę Q | naturae ex natura corr. Q<sup>2</sup> || 16 statuat. Q, statuat ? vulgo codd. et edd. rectius. Interpunctionis variantis, quam Q exhibet, deinceps in eis tantummodo locis mentionem faciam, ubi aliquid momenti habere vel sententiae esse accommodatio videatur || 22 que Q || 23 litora Q pr., m. rec. supra scr. alteram t; littora p || 25 Vale add. Q<sup>1</sup> in ras.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. V. i    **Q**uod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo, nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere sed 5 conspici cupiunt, facias aliqua, quae in habitu tuo aut 2 genere uitiae notabilia sint. Asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum, et quicquid aliud ambitionem peruersa uia sequitur, euita. Satis ipsum nomen 10 philosophiae, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conueniat. 3 Non splendeat toga, ne sordeat quidem; non habeamus argentum, in quod solidi auri caelatura descenderit, sed 15 non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus, ut meliorem uitam sequamur quam uulgus, non ut contrarium: alioquin quos emendari uolumus, fugamus a nobis et auertimus. Illud quoque efficiamus, ut nihil imitari uelint nostri, dum timent, ne imi- 20 4 tanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem: a qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus, ne ista, per quae admirationem parare uolumus, ridicula et odiosa sint. Nempe propositum nostrum est secundum 25

---

4. tantum, tan *supra* scr. *ead. m.* Q || 7 uite Q | sint ex sunt radendo Q || 9 s. ambitionē peruersa Q p L P Par.b: ambitio peruersa corr. Haase, ambitio nempe perversa Hense ex conjectura Gertzii, librorum scripturam tuetur R. Waltz quem sequor || 11 phyl- Q || 12 caep- Q || 15 quo Q p L P Par.b, quod 5 || 16 frugalitatis ex fragil- corr. Q<sup>2</sup>, fragilitatis Par.b<sup>1</sup> | indicium ex iud- corr. *ead. m.* Q || 21 phyl- Q || 24 que Q | ridicula & odiosa Q sine ullo posterioris m. vel correct. signo || 25 propos- ex prepos- corr. Q<sup>2</sup> | est in ras. *ead. m.* Q

naturam uiuere: hoc contra naturam est, torquere corpus suum et faciles odisse munditias et squalorem || appetere fol. 4<sup>r</sup>  
 et cibis non tantum uilibus uti sed taetris et horridis. Quem- 5  
 admodum desiderare delicatas res luxuriaest, ita usi-  
 tatas et non magno parabiles fugere dementiae. Fru-  
 galitatem exigit philosophia, non poenam: potest autem  
 esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet:  
 temperetur uita inter bonos mores et publicos; suspiciant  
 omnes uitam nostram, sed agnoscant. «Quid ergo? eadem 6  
 10 faciemus, quae ceteri? nihil inter nos et illos intererit?» Plurimum: dissimiles esse nos uulgo sciat, qui inspexerit  
 proprius. Qui domum intrauerit, nos potius miretur quam  
 supellectilem nostram. Magnus ille est, qui fictilibus  
 sic utitur quemadmodum argento, nec ille minor est,  
 15 qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. Infirmi  
 animi est pati non posse diuitias.

Sed ut huius quoque diei lucellum tecum communi- 7  
 cem, apud Hecatonem nostrum inueni cupiditatum finem  
 etiam ad timoris remedia proficere. «Desines, inquit,  
 20 timere, si sperare desieris.» Dices: «quomodo ista tam  
 diuersa pariter eunt?» Ita est, mi Lucili: cum uideantur  
 dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena  
 et custodiam et militem copulat, sic ista, quae tam dis-  
 similia sunt, pariter incedunt: spem metus sequitur.  
 25 Nec miror ista sic ire: utrumque pendentis animi est, 8

<sup>1</sup> naturā.... naturā, *lineolam super add. Q<sup>3</sup>* || <sup>2</sup> ap&ere *Q* ||  
 3<sup>r</sup> uilibus *ex* uilibus, *ut videtur, corr. radendo Q*: uilibus *L<sup>1</sup>* |  
*certis Q p L<sup>1</sup> P Par.b, tetrī 5. An fuerit curtis?* || <sup>4</sup> delicatas  
*ex* dil- *Q<sup>2</sup>* | luxuriaest *Q pr., ut videtur; luxuriaeest fortasse corr.*  
*m. non prima, sed scriptura haud perspicua est* | ita *Q L*  
*P Par.b recte* || <sup>5</sup> dementiae *Q p L P Par.b, dementia est* 5  
 || <sup>6</sup> phyl- *Q* || <sup>7</sup> incompta, in *supra scr. ead. m. Q* || <sup>8</sup> Susci-  
*piant Q perperam* || <sup>9</sup> sed et agnoscant *prop. Castiglioni* || <sup>10</sup> nihil  
*supra scr. ead. m. Q* || <sup>11</sup> esse nos *sic Q L P Par.b recte* || <sup>13</sup> suppel-  
*lectilem Q L P Par.b* || <sup>18</sup> hae catonem *Q pr. | cupiditatum Q p<sup>2</sup>,*  
*cupiditatum alii* || <sup>21</sup> sunt *Q p L P Par.b: eunt Volkmann et*  
*Koch: cf. mox pariter incedunt* || <sup>25</sup> miror *ex minor corr. Q<sup>2</sup>*

utrumque futuri expectatione sollicitum. Maxima autem utriusque causa est, quod non ad praesentia aptamur, sed cogitationes in longinqua praemittimus. Itaque prouidentia, maximum bonum condicionis humanae, in malum uersa est. Ferae pericula, quae uident, fugiunt; cum effugere, securae sunt: nos et uenturo torquemur et prae-terito. Multa bona nostra nobis nocent: timoris enim tormentum memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantum praesentibus miser est. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

10

Ep. VI. i Intellego, Lucili, non emendari me tantum sed transfol. 4<sup>v</sup> figurari: || nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse, quod mutandum sit. Quidni multa habeam, quae debeant colligi, quae extenuari, quae adtolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod uitia sua, quae adhuc ignorabat, uidet. Quibusdam aegris gratulatio fit, cum ipsi aegros se esse senserunt. 2 Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mutationem mei: tunc amicitiae nostrae certiorem fiduciam habere coepisse, illius uerae, quam non spes, non timor, non utilitatis suae cura diuellit, illius, cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo, qui non

i expect- sic *Q* | sollicitum *Q* *L* *Par.b*, solliciti *p* *P* ex correct. idque commendavit Madvig, *Adv. cr. II* p. 462, adn. 1: praefero sollicitum, cui vocabulo activam plerumque vim tribuit Seneca || 3 prem- *Q* || 4 condit- *Q* *p* *Par.b* | humane *Q* || 5 Fere *Q* || 6 s. pret- *Q* || 9 pres- *Q* | Vale add. *Q'*

ii Intelligo *Q* *L* | transfigurari *Q* sed s supra scr. ead. m. || 12 Nec *Q* sed c supra scr. ead. m. | aut *Q* sed a supra scr. ead. m. || 13 que *Q* || 14 adt- sic *Q* || 15 argentum *Q* primo, im argumtum corr. *Q'* || 16 que *Q* | ignorabat *Q* sine ullo correct. signo, ut *L* || video *Q* *L'* perperam || 17 egris *Q* | ipsos *Q* *L* perperam || 19 nostre *Q* | fiduciam ex fud- *Q'* || 20 caep- *Q* | uere *Q* || 21 sue *Q* || 22 Multas, sed o supra a ead. m. *Q*

amico, sed amicitia caruerunt: hoc non potest accidere,  
 cum amicos in societatem honesta cupiendi par uoluntas  
 trahit. Quidni non possit? sciunt enim ipsos omnia habere  
 communia, et quidem magis aduersa. Concipere animo  
 s non potes, quantum momenti afferre mihi singulos dies  
 uideam. « Mitte, inquis, et nobis ista, quae tam efficacia 4  
 expertus es. » Ego uero omnia in te cupio transfundere, et  
 in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam: nec me ulla  
 res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni  
 ro sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia,  
 ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam: nullius  
 boni sine socio iucunda possessio est. Mittam itaque ipsos 5  
 tibi libros, et ne multum operae inpendas, dum passim  
 profutura sectaris, inponam notas, ut ad ipsa protinus,  
 is quae probo et miror, accedas. Plus tamen tibi et uiua  
 uox et conuictus quam oratio proderit: in rem praesentem  
 uenias oportet, primum quia homines amplius oculis quam  
 auribus credunt, deinde quia longum iter est per praec-  
 pta, breue et efficax per exempla. Zenonem Cleanthes 6  
 zo non expressisset, si tantummodo audisset: uitae eius  
 interfuit, secreta perspexit et obseruauit illum, an ex for-  
 mula sua uiueret; Platon et Aristoteles et omnis in diuersum  
 itura sapientium turba plus ex moribus quam ex uerbis

1 'amicitia corr. ex amicitiae radendo Q || 'caruerint Q P ||  
 2 amicos Q, animos codd. rrell. et edd.: preferendum mihi  
 videtur amicos, praesertim cum ad insequens comma sciunt enim —  
 aduersa subaudire praestet subiectum amici quam animi (ex contrario in ep. 19, II ad conciliandos amicos Haase et Hense, ad conciliandos animos Q cuius lectio hic quoque potior appareat)  
 || 3 non compend. post Quidni super add. ead. m. Q || 5 po-  
 test Q L | aff. sic Q | 6 efficacia Q || 7 omnia Q L' P Par.b  
 || 9 quam mihi Q L' P Par.b recte || 12 ioc- Q L Par.b | istos (pro ipsis) coni. G. Hess, Curae Annaeanae, 1887, p. 4 || 13 o-  
 pere Q || 18 s. pcepta Q || 19 cleantes Q L Par.b || 20 uite Q || 21 per-  
 spexit & obseruauit (ex obseruabit corr. Q') Q: perspexit, obser-  
 uauit vulgo. Particulae et vis epexegetica inest | ex super add.  
 ead. m. Q || 22 Platon Q pr., platonis Q<sup>o</sup> perperam | aristotilis Q L'  
 || 23 sapientium sic Q L' P Par.b

Socratis traxit ; Metrodorum et Hermarchum et Poly-aenum magnos viros non schola Epicuri sed contubernium fol. 5<sup>r</sup> fecit. || Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut prosis : plurimum enim alter alteri conferemus.

<sup>7</sup> Interim quoniam diurnam tibi mercedulam debeo, <sup>5</sup> quid me hodie apud Hecatonem delectauerit dicam. « Quae-ris, inquit, quid profecerim ? amicus esse mihi coepi. » Multum profecit : numquam erit solus. Scito hunc amicum omnibus esse. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

10

Ep VII. <sup>1</sup> Quid tibi uitandum praecipue existimes, quaeris : turbam. Nondum illi tuto committeris. Ego certe confitebor inbecillitatem meam : numquam mores, quos extuli, refiero. Aliquid ex eo, quod composui, turbatur ; aliquid ex his, quae fugaui, redit. Quod aegris euenit, quos longa <sup>15</sup> inbecillitas usque eo adfecit, ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica est multorum conuersatio : <sup>2</sup> nemo non aliquod nobis uitium aut commendat aut in-primit aut nescientibus adlinit. Vtique quo maior est <sup>20</sup> populus, cui miscemur, hoc periculi plus est. Nihil uero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo

<sup>1</sup>s. poliaenum Q || 2 scola Q L P Par.b || 4 pro sis Q pr., aliis super add. m. rec. || 5 qm̄, ut videtur, Q pr.; Q<sup>1</sup> supra scr. quantū || 6 apud Q || Queris Q || 7 profecerim ex profic- corr. m. rec. Q, proficerim L<sup>1</sup> | coepi Q L, om. P Par.b || 8 proficit Q L P Par.b, profecit s || 9 Vale add. Q<sup>1</sup>

<sup>11</sup> Quod Q L<sup>1</sup> | prec- Q | existimes Q L P Par.b, existimem s | queris. Q, quaeris ? Hense cum plerisque edd. ante Fickertum et Haasium. *Interrogationis nota*, quae post quaeris alibi apte quadrat (cf. ep. 2,6), hic recte omittitur, ne epistulae initium abruptius fiat || 12 committeris Q || 13 inbecillitatē ex inbecillicitē corr. Q<sup>1</sup> | post quos duea litterae abr. Q || 14 comp- sic Q Par.b. || 15 his Q L Par.b: iis Hense | redit sic Q L P | egris Q

desidere: tunc enim per uoluptatem facilius uitia subrepunt. Quid me existimas dicere? auarior redeo, ambitiōsior, luxuriosior, immo uero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum 3 incidi lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cōrō adquiescant: contia est. Quicquid ante pugnatū est, misericordia fuit; nunc omissis nugis mera homicidia sunt: nihil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi numquam 10 frustra manū mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus 4 et postulatiis praeferunt. Quidni praeferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores interfectoris iubent obici et uictorem in aliam detinent caedem; exitus pugnantium mors est: ferro et igne || res geritur. Haec fiunt, dum uacat harena. « Sed latrocinium 5 fecit aliquis, occidit hominem ». Quid ergo? Quia occidit, ille meruit ut hoc pateretur: tu quid meruisti miser, ut hoc 20 spectes? « Occide, uerbera, ure! quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? plagis agatur in uulnera, mutuos ictus nudis et obuiis pectoribus excipiant. » Intermisso est spectaculum: « interim iugulentur homines, ne nihil agatur. »

<sup>2 s.</sup> ambic- *Q L P* || 3 inhumanior, in *super add.* *Q<sup>1</sup>* || 4 meridianum, ri *super add.* *Q<sup>1</sup>*: meridianorum *O M*, *praeferit Rossbach* || 5 expectas *Q L<sup>1</sup>* || 6 contra *Q L<sup>1</sup>* *Par.b* cum *vulgata* || 9 expositi. Numquā *Q* || 10 manūmittunt, *lineolam super u priorem add.* *Q<sup>1</sup>* partibus *Q L* || 11 postulacitiis *Q pr.*, postulatitiis *Q<sup>1</sup>* | preferunt *Q* preferant *Q* || 13 morē *Q* || 15 interfectoris *Q L P Par.b*: interfectoris ε || 18 quid ergo occidit hominē *Q*, q. e. occidit h. *L P Par.b* (*sed it in ras L<sup>1</sup>*, occidet *ut videtur L<sup>1</sup>*). *Hense transposuit et scripsit* occidit hominem, quid ergo? quae immutatio ad sententiae perspicuitatem et vim multum conferre videtur | occidit ille, meruit *Fickerl, Haase, Hense* || 20 uerbera *ex uerbara corr. Q<sup>2</sup>* || 22 agatur *Q pr.*, confirmat emendationem *Rossbachii*, quam accepit *Hense*: agitur *Q corr. ead. m. et rell. codd.* | uulnera sic *Q L Par.b M*

Age, ne hoc quidem intellegitis, mala exempla in eos redundare, qui faciunt? Agite diis immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelem, qui non potest discere. 6 Subducendus populo est tener animus et parum tenax recti : facile transitur ad plures. Socrati et Catoni et Laelio 5 excutere morem suum dissimilis multitudo potuisset : adeo nemo nostrum, qui cum maxime concinnamus ingenium, ferre impetum uitiorum tam magno comitatu 7 uenientium potest. Vnum exemplum luxuriae aut avaritiae multum mali facit : conuictor delicatus paulatim eneruat 10 et mollit, uicinus diues cupiditatem inritat, malignus comes quamuis candido et simplici rubiginem suam adfricuit, quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus 8 est impetus? Necessus est aut imiteris aut oderis. Vtrumque autem deuitandum est : neue similis malis fias, 15 quia multi sunt, neue inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse, quantum potes ; cum his uersare qui te meliorem facturi sunt, illos admitte quos tu potes facere meliores : mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, 9 discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium, ut recitare istis uelis<sup>1</sup> aut disputare ; quod facere te uellem, si haberet isti populo idoneam mercem : nemo est, qui intellegere te possit. Aliquis fortasse, unus aut alter incidet, et hic ipse formandus tibi erit instituendusque ad intellectum tui. «Cui ergo ista dico?» Non est quod timeas, ne operam perdideris, si tibi didicisti.

---

<sup>1</sup> intelligitis Q L Par.b || 2 diis Q L P Par.b. || 6 mortem suam Q P Par.b: mentem suam *aut rectius* morem suum edd. *ex aliis codd.* Ex contrario mortē ex morē corr. Q<sup>1</sup> recte in ep. 24,15 || 11 mollit Q L Par.b; emollit P<sup>2</sup>, *praefertur a plerisque* edd. || 15 malis, s super add. ead. m. Q | 17 ipse Q L<sup>1</sup> P; ipsum Par.b s, *praeferunt Haase et Hense* || 23 mercē ex mercedem corr. Q<sup>1</sup> | intelligere recte, c super add. Q<sup>2</sup>: intelligerere (re exp. fort. L<sup>3</sup>) te L, intelligere te Par.b vulgo: emendare velim intellegere recte te, sed cf. mox ad intellectum tui et sub finem epistulae quem intellegant multi || 26 si tibi Q L P: si om. Par.b Hense<sup>2</sup>

Sed ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum <sup>10</sup>  
 quae occurrunt mihi egregie dicta || circa eundem fere sen- fol. 6<sup>r</sup>  
 sum tria ; ex quibus unum haec epistula in debitum sol-  
 uet, duo in antecessum accipe. Democritus ait : « unus  
<sup>5</sup> mihi pro populo est, et populus pro uno. » Bene et ille, <sup>11</sup>  
 quisquis fuit, — ambigitur enim de auctore — cum quae-  
 reretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret ad pau-  
 cissimos peruenturae, «satis sunt, inquit, mihi pauci, satis  
 est unus, satis est nullus. » Egregie hoc tertium Epicurus,  
<sup>10</sup> cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet :  
 «haec, inquit, ego non multis, sed tibi: satis enim magnum  
 alter alteri theatrum sumus. » Ista, mi Lucili, condenda <sup>12</sup>  
 in animum sunt, ut contemnas voluptatem ex plurium  
 adsensione uenientem. Multi te laudant : ecquid habes,  
<sup>15</sup> cur placeas tibi, si is es, quem intellegant multi ? introrsus  
 bona tua spectent. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**T**u me, inquis, uitare turbam iubes, secedere et con- <sup>1</sup>. Ep. VIII.  
 scientia esse contentum ? ubi illa praecepta uestra, quae  
<sup>20</sup> imperant in actu mori ? » Quid ? *quod* ego tibi uideor interim  
 suadere, in hoc me recondidi et fores clusi, ut prodesse  
 pluribus possem. Nullus mihi per otium dies exit : par-  
 tem noctium studiis uindico : non uaco somno, sed suc-  
 cumbo et oculos uigilia fatigatos cadentesque in opere  
<sup>25</sup> detineo. Secessi non tantum ab hominibus, sed a rebus, <sup>2</sup>

<sup>2</sup> occurrunt *Q L P*, occurrerunt *Par.b* *edd.* : *praefero* occur-  
 runt, *scil.* in mentem || 3 epistola *Q L P Par.b* || 5 pro populo,  
 po *super add.* *Q* : propulo *Par.b* || 6 s. quer- *Q* || 8 peruenture  
*Q* || 9 Egregie *Q* || 14 & quid *Q* *cum rell. codd.* : ecquid *Hense*  
*duce Erasmo* || 16 Vale *add.* *Q*

18 s. conscientiae *Q L* || 19 contentum *ex* contemtum *ra-*  
*dendo Q* | prec- *Q* || 20 Quid ergo *Q* : Quid? ego *vel* Quod ego  
*edd.* : *propono* Quid? *quod* ego

et in primis a meis rebus : posterorum negotium ago. Illis aliqua, quae possint prodesse, conscribo : salutares admonitiones, uelut medicamentorum utilium compositiones, litteris mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quae etiam si persanata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter, quod sero cognoui et lassus errando, aliis monstro. Clamo : « uitate quaecumque uulgo placent, quae casus adtribuit : ad omne fortuitum bonum suspicioi pauidique subsistite. Et fera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis ? insidiae sunt. Quisquis uestrum tutam agere uitam uoleat, quantum plurimum potest, ista uiscata beneficia deuitet, in quibus hoc quoque miserrimi fallimur : habere nos putamus, haeremus. In praecipitia cursus iste deducit: huius fol. 6<sup>v</sup> eminentis uitae exitus cadere est. || Deinde ne resistere quidem licet, cum coepit transuersos agere felicitas, aut saltim rectis aut semel ruere : non uertit fortuna, sed certi nulat et allidit. Hanc ergo sanam ac salubrem formam uitae tenete, ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonae ualitudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat : cibus famem sedet, potio sitim extinguat, uestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corporis. Hanc utrum caespes erexerit an uarius lapis gentis alienae, nihil interest : scitote tam bene hominem culmo quam auro tegi. Contemnite omnia, quae super uacuus labor uelut ornamentum ac decus ponit : cogitate nihil praeter animum esse mirabile, cui magno nihil ma-

---

5 non compendiose super addidit inter persanata et sunt eadem m. Q || 7 que cumq; Q || 10 s. insidię Q || 11 uestrum compendiose Q | uol& ex ual& Q || 14 heremus Q: habemur vulgo ante Schweighaeuserum, tuetur Rossbach, non improbat Hense | prec- Q | huius secl. Hess || 15 uitę Q || 16 caepit Q || 17 saltim Q L P M | fruere Q L | uertit Q cum rell. codd.: euertit editio Mentelini, quam scripturam laudant Madvig et Hense || 19 uitę Q || 20 bone Q || 21 extinguit ex extinguit corr. Q<sup>a</sup>: extinguit L<sup>1</sup> | 22 s. infesta corpori R. Waltz, praecente Erasmo || 23 cespes Q | uarius (us compend.) ex uariis corr. Q<sup>a</sup> || 24 alienę Q || 27 pret Q

gnum est. » Si haec mecum, si haec cum posteris loquor, 6  
non uideor tibi plus prodesse quam cum ad uadimonium  
aduocatus descenderem aut tabulis testamenti anulum  
inprimerem aut in senatu candidato uocem et manum  
5 commodarem? Mihi crede: qui nihil agere uidentur, maiora  
agunt, humana diuinaque simul tractant.

Sed iam finis faciendus est et aliquid, ut institui, pro 7  
hac epistula dependendum. Id non de meo fiet: adhuc  
Epicurum complicamus, cuius hanc uocem hodierno die  
10 legi: « philosophiae seruias oportet, ut tibi contingat  
uera libertas. » Non differetur in diem, qui se illi subie-  
cit et tradidit; statim circumagit: hoc enim ipsum  
philosophiae seruire libertas est. Potest fieri, ut me inter- 8  
roges, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam  
15 potius quam nostrorum: quid est tamen, quare tu istas  
Epicuri uoces putas esse, non publicas? Quam multi poetae  
dicunt, quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda?  
Non attingam tragicos nec togatas nostras: habent enim  
hae quoque aliquid seueritatis et sunt inter comoedias  
20 ac tragedias mediae. Quantum disertissimorum uersuum  
inter mimos iacet! quam multa Publilii non excaleatis,  
sed coturnatis dicenda sunt! Vnum uersum eius, qui ad 9  
philosophiam pertinet et ad hanc partem, quae modo  
fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro  
25 habenda: « alienum est omne, quicquid optando euenit. »  
Hunc uersum a te dici non paulo melius et adstrictius

8 ep̄la Q | adhunc sed n̄ punct. Q || 9 complicamus Q cum  
optimis codd., compilamus 5: cf. ep. 18, 14 || 10 phyl- Q | contin-  
guat Q pr., contingit corr. Q<sup>1</sup> perperam || 11 differetur Q, differtur  
vulg. || 12 phylosophiae Q || 16 Quem Q || 17 ante philosophis super  
add. a Q<sup>1</sup>, item L<sup>2</sup> || 18 tragicos Q || 19 haec quoq; Q L Par. b<sup>1</sup> |  
comedias Q L || 20 dissert- Q L M || 21 minimos Q | multi Q  
| pu/bili Q L | excaleatis Q pr., excalciatis corr. Q<sup>2</sup> || 22 di-  
cenda Q pr., dicendi corr. Q<sup>2</sup> perperam || 23 phyl- Q || 26 uersum  
Q cum rell. codd., sensum Buecheler et Hense<sup>2</sup>, sed hunc uersum  
idem significat atque tantundem | sed Q L P Par. b, et Muretus

fol. 7<sup>r</sup> memini: « non est tuum, fortuna quod fecit tuum. » || Illud etiamnunc melius dictum a te non praeteribo: « dari bonum quod potuit, auferri potest. » Hoc non imputo in solutum: de tuo tibi. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

5

**A** Ep. IX 1 *n* merito reprebeudat in quadam epistula Epicurus eos qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur Stilboni ab Epicuro et his quibus sumnum bonum uisum est 2 animus inpatiens. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno uerbo cito uoluerimus et inpatientiam dicere: poterit enim contrarium ei, quod significare uolumus, intellegi. Nos eum uolumus dicere, qui respuat omnis mali sensum: accipietur is, qui nullum ferre possit malum. Vide ergo, num satius sit aut inuulnerabilem animum dicere aut animum extra omnem patientiam positum. Hoc inter nos et illos interest: noster sapiens uincit quidem incommodum omne, sed sentit; illorum ne sentit quidem. Illud nobis et illis commune est, sapientem se ipso esse contentum: sed tamen et amicum habere uult 15 et uicinum et contubernalem, quamuis sibi ipse sufficiat. 3 Vide quam sit se contentus: aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit, si

2 preter- *Q* || 3 s. in solutum detuo *Q* cum *rell. codd.*: ante de tuo *suppl.* do *Gruterus*, dedi *Hense*. Malo librorum scripturam retinere, subauditio esto vel sit *ad de* tuo

6 epistola *Q L P Par.b* || 7 contentum *ex contemptum radendo Q* || 9 his *Q L*, iis *Haase et Hense* || 10 Inambiguitate *Q* || 11 aphantan *Q P M* || 13 intelligi *Q L Par.b* | *eum Q*, enim *Q pr.*, *fort. recite* | *quis Q* || 14 referre *Q p L*, ferre *P Par.b*: perferre *Chatelain, rev. de phil. I p. 105. Etiam in ep. 78, 14* quod acerbum fuit ferre retulisse iucundum est *Q*, q. a. fuit retulisse i. e. *rell. codd.*, ubi contextus postulat q. a. fuit ferre, tulisse (*vel pertulisse*) a. e. || 15 ut inu. *Q* || 21 & uicinū add. *Q* in extr. versu || 23 morbis *Q pr.*, sed u supra i punct. *ead. m. Q*

quis oculum uel oculos casus excusserit, reliquiae illi sua<sup>e</sup> satisfacent, et erit inminuto corpore et amputato tam laetus quam in integro fuit: sed quae si sibi desunt, non desiderat, non deesse mauult. Ita sapiens se contentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit. Et hoc quod dico «possit», tale est: amissum aequo animo fert. Sine amico quidem numquam erit: in sua potestate habet, quam cito reparet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam, protinus alteram faciet, sic hic faciendarum amicitarum artifex substituet alium in locum amissi. Quaeris, quomodo amicum cito facturus sit? Dicam, si illud mihi tecum conuenerit, ut statim tibi soluam quod debeo, et quantum ad hanc epistulam, paria faciamus. Hecaton ait: «ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneficiae carmine: si uis amari, ama.» Habes autem non tantum usum amicitiae ueteris et certe magnam uoluptatem, sed etiam initium et comparationem nouae. Quod interest inter metentem agricolam et serentem, hoc inter eum qui amicum parauit et qui parat.<sup>tol. 7v</sup>

---

I uel oculos *reicit Rossbach, fort. merito* | reliquię.... suę Q || 3 in integrō Q cum plerisque codd. Subest fort. interpolatio e praeced. inminuto quod cum librari legisset in minuto, addiderunt in etiam in altero comparationis membro. Hense dubitans proponit quam ante integro fuit | sibi Q p L P Par.b: si Buecheler et C. Watzinger, ubi Haupt: praefero si sibi || 8 repar&, re super add. ead. m. Q || 9 sic Q sed c super add. ead. m. || 11 facturus sit? Q: interrogatio notam, quae ad sententiam quadrat, habent etiam edd. ante Fickertum: cf. ep. 2,6 || 12 ut super add. ead. m. Q || 13 ep̄lam Q || 16-18 Habes — usum (m. punct.) — certe — comparationem Q cum p L P Par.b (scd in his usu — certae). Hense cum plerisque edd. ex conjectura Mureti habet — usus — comparatio (certae autem pro certe scribit Hense cum ceteris), unde probabilis quidem sententia fit, de orationis vero contextu deflectens. Ex contrario traditiam scripturam retinuerunt Fickert et Haase, quorum uterique probavit usu — certae, Haase autem supplevit inter ante initium. Potior mihi quidem videtur scriptura codicis Q, quam sic interpretor Si ita autem facis (scil. si amas), habes in tua potestate (cf. paulo ante in sua potestate habet, quam cito reparet) non tantum usum amicitiae veteris et certe magnam voluptatem (scil. quae certe est magna voluptas), sed etiam initium et comparationem novae (scil. novae ineundae et comparandae modum)

Attalus philosophus dicere solebat iucundius esse amicum facere quam habere, «quomodo artifici iucundius pingere est quam pinxisse.» Illa in opere suo occupata sollicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non aequae delectatur, qui ab opere perfecto remouit manum: iam fructu artis sua fruitur; ipsa fruebatur arte, cum pingeret. Fructuosior est adulescentia liberorum, sed infanta dulcior. Nunc ad propositum reuertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum uult, si nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat, non ad hoc, quod dicebat Epicurus in hac *ipsa* epistula, «ut habeat, qui sibi aegro adsideat, succurrat in uincula coniecto uel inopi», sed ut habeat aliquem, cui ipse aegro adsideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam uenit, male cogitat. Parauit amicum aduersum uincula laturum opem: 9 cum primum crepuerit catena, discedet. Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat: qui utilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet; circa eueros solitudo est, et inde amici fugiunt, ubi probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prudentium. Necessa est initia inter se et exitus congruant. Qui amicus esse coepit,

---

i phyl- *Q* | ioc- *Q* *L Par.b*, item mox *Q* *L* || 4 oblectamentum, am ex corr. *Q* || 6 suę *Q* || 7 adol- *Q* *L Par.b* | infanti adultior *Q* || 8 adpositum *Q pr.*, adpositum (pro compend.) *Q<sup>1</sup>* || 9 s. si nihil aliud *Q* cum fere omnibus codd., si ob nihil a. *Par.b*: si in nihil a. mavult Rossbach || 11 in hac ep̄la, om. ipsa *Q* || 16 verba quemadmodum coepit, sic desinet quae *Q* cum rell. codd. exhibet post male cogitat, *traicienda puto in sequens tmema post verba qui amicus esse coepit, ut videbimus infra* | aduersum *Q* cum aliquot codd., aduersus vulgo ante Fickertum || 17 *Hc* *Q* || 18 s. ass- sic *Q* || 20 circumse& *Q pr.*, circumsid& *Q<sup>1</sup>* || 22 m&um rel- *Q p L P Par.b* || 23 metum *Q* | prouidentium *Q p L P Par.b* || 24 s. Quiamicus esse (sse in ras) coepit (co add. m. rec.) quiaexpedit placebit *Q* cum rell. codd.: quia expedit, et desinet addidit Haase inter coepit

quia expedit, quemadmodum coepit, sic desinet: placebit aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam. « In quid amicum paras? » Vt habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti et obponam et impendam: ista, quam tu describis, negotiatio est, non amicitia, quae ad commodum accedit quaeque, quid consecutura sit, spectat. Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium; possis dicere illam esse insanam amicitiam: num quid ergo quisquam amat lucri causa? numquid ambitionis aut gloriae? Ipse per se amor omnium aliarum rerum neglegens animos in cupiditatem formae non sine spe mutuae caritatis accedit. Quid ergo? ex honestiore causa coit turpis affectus? « Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam adaptenda sit. » Immo uero nihil magis probandum est: nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam accedere, qui se ipso contentus est. || « Quomodo ergo ad illam accedit? » Quomodo fol. 8<sup>r</sup> ad rem pulcherrimam, non lucro captus nec uarietate for-

---

et quia. *Quem lacunae explendae conatum quamquam non sine causa probat Hense, malo tamen, nullo supplemento additio, huc transponere verba quemadmodum coepit, sic desinet quae codd. exhibent in tmemate praeced. post male cogitat. Illic enim supervacanea et prope molestia sunt: hic sententiam optime complent et verborum constructioni apte convenientiunt* || 2 precium Q || 3 preter Q | Inquit Q L, in quid P Par.b | paras Q L P Par.b : paro Ruhkopf, Haase, Hense ex aliis codd. At a lectione codicis Q optimis aliis libris commendata discedere dubito et verba In quid amicum paras quae Senecam stbi obici fixisse putandum est, virgulis includo Schweighausero duce qui coni. In quid, inquis, amicum paras? (cf. O. Rossbachium, de Sen. phil. librorum rec. et em., p. 36) || 5 obp- Q L pr., opp- L<sup>s</sup> | imp- sic Q | Istam Q cum Par.b, ista p P et corr. fort. ex istam L || 6 negoc- Q || 7 commodum ex commud- corr. ead. m. Q | Quae quicquid Q cum p L P<sup>t</sup> Par.b, quae quid 5: quaeque quid coni. Buecheler || 8 effectus Q L || 12 for/me Q || 13 mutue Q | onest- Q || 14 aff- sic Q P Par.b | inquis Q || 15 s. propter (propt̄ Q) seipsa adaptenda sit immo ueronihil magis probandum est in marg. Q<sup>t</sup> ut L<sup>t</sup> (ubi se ipsā ex se ipsa L<sup>s</sup>), om. p P Par.b || 16 nam] scil. et iniuria me ad quaestionem revocas, nam cet. | post se eras. m&, ut videtur, Q || 17 potest sic Q L P Par.b recte | 19 uaritate Q

tunae perterritus. Detrahit amicitiae maiestatem suam,  
 13 qui illam parat ad bonos casus. Se contentus est sapiens.  
 Hoc mi Lucili, plerique perperam interpretantur: sa-  
 pientem undique submouent et intra cutem suam co-  
 gunt. Distinguendum autem est, quid et quatenus uox  
 ista promittat; se contentus est sapiens ad beate uiuen-  
 dum, non ad uiuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus  
 est, ad illud tantum animo sano et erecto et despiciente  
 14 fortunam. Volo tibi Chrysippi quoque distinctionem in-  
 dicare. Ait sapientem nulla re egere, et tamen multis illi  
 rebus opus esse: « contra stulto nulla re opus est; nulla  
 enim re uti scit, sed omnibus eget. » Sapienti et manibus  
 et oculis et multis ad cotidianum usum necessariis opus  
 est, eget nulla re: egere enim necessitatis est, nihil necesse  
 15 sapienti est. Ergo quamvis se ipso contentus sit, amicis  
 illi opus est, hos cupit habere quam plurimos, non ut  
 beate uiuat: uiuet enim etiam sine amicis beate. Summum  
 bonum extrinsecus instrumenta non quaerit: domi colitur,  
 ex se totum est. Incipit fortunae esse subiectum, si quam  
 16 partem sui foris quaerit. « Qualis tamen futura est uita  
 sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam conie-  
 cutus, uel in aliqua gente aliena destitutus, uel in nauigati-  
 one longa retentus, aut in desertum litus eiectus? »  
 Qualis est Iouis, cum resoluto mundo et diis in unum  
 confusis paulisper cessante natura adquiescit sibi cogita-  
 tionibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit: in se  
 20  
 25

---

I perterritus sic Q P L recte || 2 suos pro bonos proposuit  
*Niemeyer* || 3 mihi Q cum P ubi hi eras. || 6 permittat Q,  
 promittat *rell. codd. rectius*: cf. ep. 11,7 nihil aduersus haec  
 sapientia promittit || 8 dispiciente Q L P<sup>i</sup> Par.b || 17 beatę et sic  
 mox Q || 19 fortune Q | subiectus Q p L P Par.b: corr. *Erasm.*<sup>2</sup>  
 || 24 est Q p L P Par.b M, et *Fickert et Haase*: non puto subau-  
 diendum futura, ut opinatur *Hense. Stoicorum dogma de mundi*  
*conflagratione et regeneratione significari a Seneca videtur* || 25 Ad-  
 quiescit Q (d super add. ead. m.) cum plerisque codd.: adquiescit  
*Volkmann* | tibi Q pr., sed s supra t ead. m. | agitationibus  
 Q L

reconditur, secum est. Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est et dicit uxorem [se contentus] et liberos tollit, se contentus est et tamen non uiueret, si foret sine homine uicturus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio : nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae. Quomodo solitudinis odium est et adpetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, saepe p[re]ferat : omne intra se bonum terminabit et dicet, quod Stilbon ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistula insequitur. Hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, || cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, numquid perdidisset, « omnia, inquit, bona mea mecum sunt. » Ecce uir fortis ac strenuus ! ipsam hostis sui uictoriam uicit. « Nihil, inquit, perdi »: dubitare illum coegerit, an uicisset. « Omnia mea mecum sunt »: iustitia, uirtus, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit.. Miramur

<sup>1</sup> illuc & Q P Par.b, illicet L<sup>1</sup> || 2s. se contentus est. Etdicit uxoremse contentus. & liberos tulit se contentus est./Et tamen Q. Sententiae hanc interunctionem, quam etiam vell. codd. exhibent, emendavit Madvig, op. cit. p. 463: est ante et liberos editores ante Schweigaeuserum, Madvig et Hense, om. Q cum plerisque codd. recte, ut putat etiam Bourgery. Mihi autem etiam se contentus ante et liberos insiticum et concinnitati contrarium videtur: tulit pro tollit etiam L, tolit (tulit corr.) p: est ante et tamen etiam L P Par.b M, om. p || 4 uiu& si fuerit Q L P Par.b M, uiueret si foret Haase et Hense ex p || 7 solitudo in Q, solitudo in p L P Par.b: solitudinis corr. Haupt || 9 app- sic Q L P || 12 stilboni ille Q p L || 13 epila Q: verba Stilbon — insequitur secl. R. Waltz || 16 verba ab extio (exicio Q, excidio ε) urbium quae secluserat Hense<sup>1</sup>, recte defendit Rossbach || 20 inter mea et mecum eras. est cū Q | Iustitia (id est om. Q L P Par.b) uirtus prudentia Q p L P Par.b: haec verba tamquam glossema secl. Hense Buechelerum seclusus (id est iustitia iam secluserat Haase)|| 21 est post ipsum Hense e p: om. Q L P Par.b | poss&. Miramur Q L P Par.b, possit. Et miramur p, defendit Chatelain, rev. de phil. I p. 105

animalia quaedam, quae per medios ignes sine noxa corporum transeunt: quanto hic mirabilior uir, qui per ferrum et ruinas et ignes inlaesus et indemnus euasit! Vides, quanto facilius sit totam gentem quam unum uirum uincere? Haec uox illi communis est cum Stoico: aequa et hic intacta bona per crematas urbes fert. Se enim ipse contentus est: hoc felicitatem suam fine designat. Ne existimes nos solos generosa uerba iactare: et ipse Stilbonis obiurgator Epicurus similem illi uocem emisit, quam tu boni consule, etiam si hunc diem iam expunxi. «Si cui, inquit, sua non uidentur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.» Vel si hoc modo tibi melius enuntiari uidetur — id enim agendum est, ut non uerbis seruamus, sed sensibus —: «miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo.» Vt scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum inuenies: «non est beatus, esse se qui non putat.» Quid enim refert, qualis status tuus sit, si tibi uidetur malus? «Quid ergo?, inquis, si beatum se dixerit ille turpiter diues et ille multorum dominus sed plurium seruus, beatus sua sententia fiet?» Non quid dicat, sed quid sentiat, refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod uerearlis, ne ad indignum res tanta perueniat: nisi sapienti sua non placent. Omnis stultitia laborat fastidio sui. VALE.

25

---

<sup>2</sup> transeunt *Q L P Par.b*, transeant *Hense e p* || <sup>3</sup> inlesus *Q* || <sup>6</sup> percrematas *Q*, per concrematas *vulg.* | ipse *Q p L' P*, ipso *Par.b* & *Hense et alii* || <sup>9</sup> epicurus *ex op-corr. Q<sup>2</sup>* || <sup>12</sup> hoc modo tibi sic *Q L P Par.b recte* || <sup>16</sup> natura *ex naturatu radendo Q* || <sup>17</sup> esse sequinon *Q pr., parum clare corr. m. rec. quae adscriptis in marg.* Non est beatus qui non credit se beatum. || <sup>20</sup> ille ante multorum *supra scr. ead. m. Q* || <sup>21</sup> sua sententiae *Q pr.*, ut *L* || <sup>22</sup> assidue *Q*, assidue *Par.b* || <sup>24</sup> plac& *Q pr.*, n *supra scr. ead. m.*

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

**S**ic est, non muto sententiam: fuge multitudinem, <sup>1</sup> Ep. X.  
 fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo, cum quo  
 te communicatum uelim. Et uide, quod iudicium meum  
<sup>5</sup> habeas: audeo te tibi credere. Crates, ut aiunt, huius  
 ipsius Stilbonis auditor. cuius mentionem priore epistula  
 feci, cum uidisset adulescentulum secreto ambularem,  
 interrogauit, quid illic solus faceret. « Mecum, inquit, lo-  
 quor. » Cui Crates « caue, inquit, rogo || et diligenter ad-  
<sup>10</sup> fol. 9<sup>r</sup>  
 tende: cum homine malo loqueris. » Lugentem timen-  
 temque custodire solemus, ne solitudine male utatur.  
 Nemo est ex imprudentibus, qui relinqu sibi debeat:  
 tunc mala consilia agitant, tunc aut aliis aut ipsis futura  
<sup>15</sup> pericula struunt, tunc cupiditates improbas ordinant;  
 tunc quicquid aut metu aut pudore celabat, animus  
 expromit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, ira-  
 cundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet  
 commodum, nihil ulli committere, non timere indicem,  
<sup>20</sup> perit stulto: ipse se prodit. Vide itaque, quid de te  
 sperem, immo quid spondeam mihi — spes enim incerti  
 boni nomen est — : non inuenio, cum quo te malim esse  
 quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo <sup>3</sup>  
 quaedam uerba proieceris, quanti roboris plena. Gratu-  
<sup>25</sup> latus sum protinus mihi et dixi: « non a summis labris  
 ista uenerunt, habent hae uoces fundamentum : iste homo

---

6 priore *Q* cum plerisque codd., <sup>i</sup> super add. *Q*<sup>3</sup> | epiae sed  
 e punct. *Q*: epistola *L P* || 7 adol- *Q L Par.b* | 8 facer&. *Q*  
<sup>|| 10</sup> cum — loqueris *Q Hense*: ne cum — loquaris *P Par.b*  
 | lugentem amentemq. *coni. Haupt* || 12 exprudentibus *Q pr.*, in  
 super add. *ead. m.* || 14 cupidates *Q* || 15 celabat *ex celebat corr. Q*  
<sup>|| 16</sup> exponit *Q* (expo *in ras.*) cum optimis codd., expromit *s* et *vell.*  
*edd. ante Ruhkopfum rectius* | irritat sic *Q L Par.b* || 19 perit, ii in  
*corr. Q pr. m.*; perit vulgo. *Recte suspicatus est formam perfecti*  
*Rossbach, qui proposuit perit, Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 493*  
<sup>|| 23</sup> quedam *ex quidem corr. ead. m. Q* || 25 hae *Q* sed ae *in ras.*

4 non est unus e populo, ad salutem spectat.» Sic loquere, sic uiue; uide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum ueterum licet diis gratiam facias, alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam ualitudinem animi, deinde tunc corporis. Quidni tu ista uota saepe facias? Audacter 5 deum roga: nihil illum de alieno rogaturus es.

5 Sed ut more meo cum aliquo munuscule epistulam mittam, uerum est, quod apud Athenodorum inueni: «tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo peruerteris, ut nihil deum roges, nisi quod rogare 10 possis palam.» Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima uota diis insurrrant: si quis admouerit aurem, conticiscent, et quod scire hominem nolunt, deo narrant. Vide ergo, ne hoc praecipi salubriter possit: sic uiue cum hominibus, tamquam deus uideat; sic loquere 15 cum deo, tamquam homines audiant. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep.XI. i **L**ocutus est mecum amicus tuus bonaे indolis, in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit. Dedit nobis 20 gustum, ad quem respondebit: non enim ex praeparato locutus est, sed subito deprehensus. Vbi se colligebat, uercundiam, bonum in adulescente signum, uix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum,

---

i ē unus epopulo Q cum L recte || 2 uoue Q L<sup>1</sup> || 3 diis Q L  
|| 4 s. deinde item prop. G. Gemoll (*Adn. cr. in L. A. Sen. epp. morales*, p. 6 s.): *expeties* tum item || 7 epistolam Q L P || 10 per  
uenier is Q || 12 diis Q L | amouerit Q p<sup>1</sup> Par.b || 13 conticiscent  
Q P L, conticescent p g sed ex conticiscent corr. g || 14 precipi Q  
18 bone<sup>2</sup> Q || 21 res pendebat Q, res pendebit p L<sup>1</sup> P Par.b,  
respondebit s | prep- Q || 22 Ibi Q cum L P Par.b || 23 uercundia  
Q L P | adolesc- Q Par.b || 24 post excutere una littera erasa Q  
| robur Q

quantum suspicor, etiam cum se confirmauerit et omnibus || uitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla fol. 9<sup>v</sup> enim sapientia naturalia corporis [aut animi] uitia ponuntur: quicquid infixum et ingenitum est, lenitur 5 arte, non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in 2 conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et aestuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt: haec nec disciplina nec usus umquam 10 excutit, sed natura uim suam exercet et illos uitii sui etiam robustissimos admonet. Inter haec esse et ruborem 3 scio, qui grauissimis quoque uiris subitus adfunditur. Magis quidem in iuuuenibus appetet, quibus et plus calor is est et tenera frons: nihilominus et ueteranos et 15 senes tangit. Quidam numquam magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem uerecundiam effuderint. Sulla tunc erat violentissimus, cum faciem eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompei: numquam non coram pluribus rubuit, utique in conditionibus. Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, et hic illum mire pudor decuit. Non 5 accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a nouitate rei, quae inexercitatos, etiamsi non concutit, mouet naturali in hoc facilitate corporis pronos: nam ut quidam

<sup>3</sup> verba aut animi, quae *Q* cum *rell. codd.* exhibet, tollenda recte putat Madvig, *op. cit.*, p. 464, quoniam 'et omni philosophiae et Stoicae vehementissime repugnant et totam disputationem revertunt': sicut (ita ut Buecheler) animi coni. Gloeckner || 9 concurrant *Q pr.*, sed u supra a ead. m. || 10 supra excutit add. prorsus *m. rec. Q* | illos *Q p L P Par.b.*: illo uitio sui corr. Schweighaeuser. Praefero illos uitii sui cum vett. *edd.* ante *Ruhkopfum* || 11 roborem *Q pr.*, sed u supra o *prōrem ead. m.* || 13 quidem ex quidam corr. *Q<sup>2</sup>* || 15 s. cū (super add. ead. m.) erubuerint *Q* cum *rell. codd.*: erubuerunt Schweighaeuser idque commendavit Madvig, *op. cit.*, p. 449, sed coniunctivum iterativum apud Senecam aliasque complures argenteae, quae dicitur, actatis scriptores invaluisse constat || 16 omnem ex hominem radendo *Q L* || 17 Sylla *Q L P* || 18 pompeii *Q pr.*, alteram i add. rubricator || 19s. conc- *Q*

boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis et cito in  
 6 os prodeuntis. Haec, ut dixi, nulla sapientia abigit: alioquin  
 haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet  
 uitia. Quaecumque attribuit condicio nascendi et corporis  
 temperatura, cum multum se diuque animus composuerit,  
 haerebunt. Nihil horum uetari potest, non magis quam  
 7 accersi. Artifices scaenici, qui imitantur affectus, qui metum  
 et trepidationem exprimunt, qui tristitiam repraesentant,  
 hoc indicio imitantur uerecundiam: deiciunt enim uultum,  
 uerba summittunt, figunt in terram oculos et deprimit.  
 Ruborem sibi exprimere non possunt: nec prohibetur hic  
 nec adducitur. Nihil aduersus haec sapientia promittit,  
 nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa ueniant, iniussa  
 discedunt.

8 Iam clausulam epistula poscit. Accipe equidem utilem 15  
 fol. 10<sup>r</sup> ac salutarem, quam te affigere animo || uolo: « aliquis uir  
 bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus,  
 ut sic tamquam illo spectante uiuamus et omnia tam-  
 9 quam illo uidente faciamus. » Hoc, mi Lucili, Epicurus  
 praecepit; custodem nobis et paedagogum dedit, nec inmerito:  
 magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistit.  
 Aliquem habeat animus, quem uereatur, cuius auctoritate  
 etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui  
 non praesens tantum, sed etiam cogitatus emendat! O

---

i boni Q cum r Ell. codd.: lenti pro boni coni. Haase, in-  
 moti Rossbach, boni tranquilliq. mavuli Hense | incitati ex - ate Q  
 || 2 prodentis (ex prudentis corr. Q<sup>1</sup>) Q L P Par.b, prodeuntis 5  
 || 4 que cumq; Q | attr- sic Q L P | conditio Q L P Par.b  
 || 6 h̄erebunt Q || 7 scenici (c priorem inseruit Q<sup>2</sup>) Q p L P Par.b  
 | quimitantur Q | aff- sic Q || 8 repres- Q || 10 summ- sic  
 Q L P || 13 iniussa (ante discedunt), in supra scr. Q<sup>1</sup> || 15 epistolae  
 Q pr., sed e posterior punct. | ante accipe supra scr. & Q<sup>1</sup> | equi-  
 dem Q p L Par.b, equidem P: et quidem Erasmus. Videtur re-  
 tineri posse equidem, quae particula iam apud Sallustium, pris-  
 corum scriptorum more, etiam cum persona non prima coniungitur  
 || 16 affigere sic Q L || 18 s. Spectant ante (ant exp.) — tamquam  
 illo in marg. Q<sup>1</sup> || 20 prec- Q | ped- Q || 22 habeam Q pr., sed t  
 supra m exp. scr. m. ead. | quem ex quam corr. Q<sup>2</sup> || 24 presens Q

felicem, qui sic aliquem uereri potest, ut ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem uereri potest, cito erit uerendus. Elige itaque Catonem: 10 si hic tibi uidetur nimis rigidus, elige remissioris animi uirum Laelium. Elige eum, cuius tibi placuit et uita et oratio et ipse animum ante se ferens uultus: illum semper tibi ostende uel custodem uel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant: nisi ad regulam praua non corriges. VALE.

10

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quocumque me uerti, argumenta senectutis meae ui- 1 Ep. XII.  
deo. Veneram in suburbanum meum et querebar de impensis aedificii dilabentis. Ait uilicus mihi non esse neglegentiae suae uitium, omnia se facere, sed uillam esse ueterem.  
15 Haec uilla inter manus meas creuit: quid mihi futurum est, si tam putria sunt aetatis meae saxa? Iratus illi proximam occasionem stomachandi arripio. « Apparet, inquam, has platanos neglegi: nullas habent frondes. Quam nodosi sunt et retrorridi rami, quam tristes et 20 squalidi trunci! Hoc non accideret, si quis has circumforderet, si inrigaret. » Iurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas uetulas

<sup>2</sup> comp- sic Q L || 6 oratione Q pr., sed ne punct. | antefurens Q pr. cum L, corr. ferens Q<sup>2</sup> | semper compend. super add. ante tibi Q<sup>1</sup>, semper tibi L P Par.b M, tibi semper vulgo

II uerti Q pr., uerto Q<sup>2</sup> || 12 quaerebar Q || 13 delabentis Q et fort. L pr., vulgo dilabentis rectius || 14 esse ueterem Q pr., super addito transpositionis signo, ueterem esse vulgo: praefero lectionem primam nostri codicis, qua et chiasmus efficitur et vitatur trimeter dactylicus catal. sed villam veterem esse. Clausularum quidem et interioris numeri legem apud Senecam nondum satis investigata esse animadvertisit Rossbach, Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 493 || 16 iam putria Muretus, Lebègue | saxam, m punct. Q || 18 inquā ex inquas corr. Q<sup>1</sup> || 19 nodosēsunt ex nodosūnt corr. ead. m. Q | retrorridi Q || 22 facere ex facer& corr. ead. m. Q

esse. Quod intra nos sit, ego illas posueram, ego illarum  
 3 primum uideram folium. Conuersus ad ianuam « quis est  
 iste? inquam, iste decrepitus et merito ad ostium admotus?  
 foras enim spectat. Vnde istunc nactus es? quid te  
 delectauit alienum mortuum tollere? » At ille « non co-  
 gnoscis me? inquit: « ego sum Felicio, cui solebas sigillaria  
 afferre: ego sum Philositi uilici filius, deliciolum tuum. »  
 « Perfecte, inquam, iste delirat: pupulus etiam delicium  
 meum factus est? Prorsus potest fieri: dentes illi cum  
 maxime cadunt. » ||

<sup>4</sup>  
 fol. <sup>10v</sup> Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea,  
 quocumque aduerteram, apparuit. Conpectamur illam et  
 amemus: plena *est* uoluptatis, si illa scias uti. Gratissima  
 sunt poma, cum fugiunt; pueritiae maximus in exitu decor  
 est; deditos uino potio extrema delectat, illa quae mergit,  
<sup>15</sup>  
 5 quae ebrietati summam manum imponit. Quod in se  
 iucundissimum omnis uoluptas habet, in finem sui differt.  
 Iucundissima est aetas deuexa iam, non tamen praeceps, et  
 illam quoque in extrema tegula stantem iudico habere suas  
 uoluptates: aut hoc ipsum succedit in locum uoluptatum,  
<sup>20</sup>  
 nullis egere. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reli-  
 6 quis! « Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere. »  
 Primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuueni:

<sup>1</sup> scit Q || 2 s. est iste inquam iste decrepitus Q L, etiam Hense<sup>2</sup>: est inquam iste d. p P Par.b || 3 hostium, h punct. Q || 4 foras ex faras corr. ead. m. Q | his (h punct.) tunc nactus es Q || 6 singillaria Q L<sup>1</sup>, n punct. Q || 7 aff. sic Q | uilici Q p L Par.b, uilici Haase et Hense ex P: cf. paulo ante uilicus || 8 delirat ex delerat Q P, delirat L sed i in ras., delerat p Par.b | populus Q L P Par.b || 9 meum ex mecum ra-  
 dendo Q || 12 auerteram Q L P Par.b || 13 plena (om. est) Q L<sup>1</sup> P<sup>1</sup> Par.b: fort. plenam || 15 Illaq; emergit ex Illaqueamergit, ut videtur, Q<sup>1</sup>: illa quae m. p P Par.b, illaque m. L. pr. || 16 imp-  
 sic Q || 17 iocundissimum Q L et sic mox iocundissima | ho-  
 minis Q L, hominis P Par.b, omnis Haase, Hense cum aliquot  
 codd. rectius || 18 deuexa ex diu- Q<sup>1</sup> L<sup>1</sup> | prec. Q || 19 tegula Q  
 p L<sup>1</sup> g P Par.b M Hense<sup>2</sup>, commendai Lebègue, regula vulgo edd.  
 || 21 aegere Q | cupiditates ex cupiditatis corr. Q<sup>1</sup>: cupiditatis L<sup>1</sup>

non enim citamur ex censu. Deinde nemo tam senex est, ut improbe unum diem speret. Vnus autem dies gradus uitae est: tota aetas partibus constat et orbes habet circumductos maiores minoribus. Est aliquis, qui omnes  
 5 complectatur et cingat; hic pertinet a natali ad diem extremum. Est alter, qui annos adulescentiae excludit: est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit: est deinde per se annus in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione uita componitur. Mensis artiore praecingitur  
 10 circulo: angustissimum habet dies gyrum, sed et hic ab initio ad exitum uenit, ab ortu ad occasum. Ideo Heraclitus, cui cognomen fecit orationis obscuritas, «unus, inquit, dies par omni est.» Hoc alius aliter exceptit. Dixit enim *alius* parem esse horis, nec mentitur: nam si dies  
 15 est tempus XX et IIII or horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet, quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum diem omnibus similitudine: nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non et in uno die inuenias, lucem et noctem, et in alternas  
 20 mundi uices plura facit ista nox alias contractior, alias

i citatur *Q pr.*, sed *m supra t posteriorem ead. m.* | excensum *Q*, excessum sed excess renovatum vel correctum manu *tertia L*, ex censu *p recte* || 2 impr- sic *Q Par.b* | gra/dius sed i punct. *Q* || 3 uitaeest ex uitaeest *ead. m.* *Q* || 4 om̄s *Q*, omnes *L*, omnis *Fickert, Haase, Hense* cum aliquot codd. || 6 adolescentiae *Q Par.b* | excludit *Q cum rell. codd.*: cludit *C. Brakman, Hense*: includit *Schweighaeuser, P. Thomas. Retinendum mihi videtur excludit* (scil. a ceteris aetatis orbibus) || 7 astringit *Q pr.*, sed d super as add. *ead. m.* || 9 comp- sic *Q Par.b* | prec- *Q* || 11 ad ex ab *ead. m.* ante occasū *Q* || 12 obscuritas ex obscuratas corr. *Q* | unus dies, inquit *Haase* || 12 exceptit *Q cum rell. codd.*, ex seclusit *Hense*, sed in 'Add. et corrig.' adnotat 'vereor ne frustra mutaverim quod libri offerunt exceptit' et recte consert ep. 82,2. Ceterum hunc excipiendi verbi usum etiam apud *Livium, Tacitum, Suetonium etc.* invenias || 14 alius suppl. *G. Gemoll* | pars est esse *Q*. || 15 xx & iii or *Q*, uiginti et iii or *L* || 17 similitudinem *Q pr. cum L<sup>1</sup>*, sed *m extremam transfixit m. rec.* || 18 enī super add. *Q* || 20 inter non et alias (sic *Q cum rell. codd.*) *Gronovius supplevit*

8 productior. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tamquam cogat agmen et consummet atque expletat uitam. Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, cum uino et illis funebribus epulis sibi parentauerat, sic in cubiculum fere-  
fol. 11<sup>r</sup> batur a cena, ut inter plausus || exoletorum hoc ad s symphoniam caneretur : βεβίωται, βεβίωται. Nullo non se  
9 die extulit. Hoc, quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus : « uixi et quem dederat cursum fortuna, peregi ». Crastinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit « uixi », cotidie ad lucrum surgit.  
10 Sed iam debeo epistulam includere. « Sic, inquis, sine ullo ad me peculio ueniet? » Noli timere : aliquid secum fert. Quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac uoce praeclarus, quam illi trado ad te preferendam? « Malum est in necessitate uiuere : sed in necessitate uiuere necessitas nulla est. » Quidni nulla sit? patent undique ad libertatem uiae multae breues, faciles. Agamus deo gratias,<sup>15</sup>  
<sup>20</sup>

---

alia (*scil. non aliud quam lucem et noctem*), *at vix subauditur enuntiati subiectum dies, ad quod referantur verba alias contractior alias productior. Maiorem lacunam suspicatus Buecheler coni.* non alia, licet dies sit (*vel cum nox sit*) alias contractior alias productior: *brevius Hense in alt. m. uices paria* facit ista nox alias contractior al. pr., *cui ex parte assentior, cum retinendum mihi videatur plura; nam* plura ista *idem valet atque* plura istorum (*scil. lucis et noctis*) genera, quod ad spatium non ad naturam eorum attinet || 2 consummet Q, sed prior in punct. perperam | Pacubius Q p L P || 3 usura suam coni. R. Volkmann || 4 parentauerit Q L P<sup>i</sup> Par.b, parentauerat g P<sup>i</sup> rectius || 5 caena Q || 6 bebiote bebiote Q L || 12 exsp- sic Q | dixi Q pr., sed t super add. Q<sup>i</sup> || 14 epistolam Q L P Par.b || 16 dixit, t punct. Q || 17 precl- Q | illi om. Q | Malum ex Multum corr. ead. m. Q, multum p || 19 sint Q L<sup>i</sup>


quod nemo in uita teneri potest: calcare ipsas necessitates licet. «Epicurus, inquis, dixit: quid tibi cum alieno?» Quod 11  
uerum est, meum est: perseuerabo Epicurum tibi ingerere,  
ut isti, qui in uerba iurant, nec quid dicatur aestimant,  
sed a quo, sciant, quae optima sunt, esse communia.

VALE.

EXPLICIT LIBER PRIMVS

---

1 teneri *ex* tenere corr. ead. m. Q || 2 inquit Q L, inquis p  
Par.b rectius || 3 mecum Q p L P Par.b, meum vulg. | iun-  
gere Q p L' P Par.b, ingerere supra scr. L<sup>o</sup> rectius || 4 isti ex  
ista corr. ead. m. Q | iurarant Q p L<sup>1</sup>, iurant P Par.b rectius | ne  
Q p L P Par.b | aestimant Q pr. recte, mutavit perperam in  
aestimant ead. m., ut videtur || 5 quaeq; Q, quaeq. L, quae 5 edd.  
7 EXPLICIT LIBER PRIMVS INCIPIT LIBER II Q L (SECVNDVS, litt. rubr. L),  
om. p P Par.b<sup>1</sup>



## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

Multum tibi esse animi scio: nam etiam antequam <sup>1</sup> Ep. XIII.  
 instrueres te praeceptis salutaribus et dura uincentibus,  
<sup>5</sup> satis aduersus fortunam placebas tibi, et multo magis, post-  
 quam cum illa manum conseruisti uiresque expertus es  
 tuas, quae numquam certam dare fiduciam sui possunt,  
 nisi cum multae difficultates hinc et illinc apparuerunt,  
 aliquando uero et proprius accesserunt. Sic uerus ille  
<sup>10</sup> animus et in alienum non uenturus arbitrium probatur:  
 haec eius obrussa est. Non potest athleta magnos spiritus <sup>2</sup>  
 ad certamen adferre, qui numquam sugillatus est: ille,  
 qui sanguinem suum uidit, cuius dentes crepuere sub  
 pugno, ille, qui subplantatus aduersarium toto tulit  
<sup>15</sup> corpore nec proiecit animum projectus, qui quotiens  
 cecidit, contumacior surrexit, cum magna spe descendit  
 ad pugnam. Ergo, ut similitudinem istam prosequar, <sup>3</sup>  
 saepe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te,  
 sed subsiluisti et acrior constitisti: multum enim adicit  
<sup>20</sup> sibi uirtus || lacessita. Tamen si tibi uidetur, accipe a me fol. <sup>11v</sup>  
 auxilia, quibus munire te possis. Plura sunt, Lucili, quae <sup>4</sup>  
 nos terrent, quam quae premunt, et saepius opinione

---

<sup>3</sup> etiam *Q vulg.*: et iam proponit Hense dubitanter <sup>|| 4</sup> prec. *Q*  
<sup>|| 8</sup> apparuerunt *Q* et, *ut videtur*, *L<sup>1</sup>*, apparuerint sed i *in ras.* *L<sup>3</sup>*  
<sup>|| 11</sup> obrussa *Q*, obrussa p *P Par.b* <sup>|| 12</sup> sugillatus *Q L*, sugg-  
*vulgo* <sup>|| 15</sup> proiecit ex *projicit corr.* *Q<sup>3</sup>* | quoties, *lineolam super*  
*add.* *Q<sup>3</sup>*, quoties *L<sup>1</sup>* <sup>|| 16</sup> contumacior *Q* <sup>|| 18</sup> sepe *Q* | superate *Q*  
*pr.*, *mutavit in superata m. rec. peius* <sup>|| 21</sup> que *Q* <sup>|| 22</sup> sepius *Q*

quam re laboremus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista, quae gemitus mugitusque exprimunt, leuia esse et contemnenda: omittamus haec magna uerba, sed, dii boni, uera. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus, cum illa, quae uelut imminentia expauisti, fortasse nunquam uentura sint, certe non uenerint. Quaedam ergo nos magis torquent quam debent; quaedam ante torquent quam debent; quaedam torquent, cum omnino non debeant. Aut augemus dolorem aut fingimus aut praecipimus. Primum illud, quia res in controversia est et litem contestatam habemus, in praesentia differatur. Quod ego leue dixero, tu grauissimum esse contendes: scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea uidebimus, utrum ista suis uiribus ualeant an inbecillitate nostra.

6 Illud praesta mihi, ut, quotiens circumsteterint, qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias, sed quid sentias, cogites et cum patientia tua deliberes ac te ipse interroges, qui tua optime nosti: quid est, quare isti me complorent? quid est, quod trepident, quod contagium quoque mei timeant, quasi transilire calamitas possit? Est aliquid istic mali, an res ista magis infamis est quam mala? Ipse te interroga: numquid sine causa 7 crucior et maereo et quod non est malum, facio? «Quomodo, inquis, intellegam, uana sint an uera, quibus angor?»

---

<sup>2</sup> hac corr. ex haec radendo Q || 4 dei Q L<sup>1</sup> | boni ex bona corr. ead. m. Q. || 5-7 verba Illud tibi — non uenerint secludit Haase, relegari ad finem tmematis septimi vult Schultess | 5 prec- Q | nescis Q || 6 imm- sic Q p || 9 quā debent quedā torquent in margine Q<sup>1</sup> || 10 s. p̄cipimus Q: aut praecipimus aut fingimus mavult G. Hess || 12 in presentia Q || 17 presta Q | quotiēs, lineolam super add. Q<sup>2</sup>, quoties L<sup>1</sup> || 18 nonquid ex nunquid corr. Q<sup>2</sup> || 19 pac- Q || 20 quia Q sed a punct. || 21 isti ex iste corr. Q<sup>1</sup> | compl- sic Q<sup>1</sup> || 22 quoq; Q pr, quodque m. rec. perperam || 24 mala, ma in ras. Q | nunquid Q || 25 mereo Q P Par.b || 26 intelligam Q L Par.b

Accipe huius rei regulam: aut praesentibus torquemur aut futuris aut utrisque. De praesentibus facile iudicium est: si corpus tuum liberum et sanum est, nec ullus ex iniuria dolor est. Videbimus quid futurum sit: hodie nihil negotii  
 5 habet. « At enim futurum est. » Primum dispice, an certa argumenta sint uenturi mali: plerumque enim suspicio-  
 nibus laboramus, et inludit nobis illa, quae conficere bellum solet, fama, multo autem magis singulos conficit.  
 Ita est, mi Lucili: cito accedimus opinioni: non coar-  
 10 guimus illa, quae nos in metum adducunt, nec excutimus,  
 sed trepidamus et sic uertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum exuit castris, aut  
 quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. || Nescio  
 15 quomodo magis uana perturbant: uera enim modum suum habent; quicquid ex incerto uenit, conjectuae et pauentis animi licentiae traditur. Nulli itaque tam perni-  
 ciosi, tam inreuocabiles quam lymphatici metus sunt:  
 ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Inquiramus  
 20 itaque in rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali: non statim uerum est. Quam multa non expectata uenerunt! quam multa exspectata nusquam comparuerunt!  
 Etiam si futurum est, quid iuuat dolori suo occurtere?  
 25 satis cito dolebis, cum uenerit: interim tibi meliora pro-  
 mitte. Quid facies lucri? tempus. Multa interuenient, quibus uicinium periculum uel prope admotum aut subsi-

---

i presentibus *Q*, et sic in seq. versu de pres- || 3 liberum ē./sanum est *Q*, liberum est sanum est p *L P Par.b*: liberum et sanum est corr. *Madvig*; liberum est, sanum [est] *maxvlt Rossback* | ex iniuria *in ras.* *Q* || 4 dolor est, videbimus *interpungendum pulat Madvig, ita ut apodus a videbimus incipiat*: dolor est. Videbimus *Q* | negocii *Q* || 8 cficit, c supra scr. ead. m. *Q* || 10 Illaq; *Q* || 15 conjecture *Q* || 17 lymphatici *Q* sed h supra vers., item *L* || 19 inre *Q* cum *L* ubi in marg. t inrē || 20 s. non expectata uenerunt (runt compend.) quā multa supplevit in marg. *Q* || 21 exp- sic *Q* || 23 dolebit *Q* p *L P Par.b*, dolebis s || 25 periculum ut *Q L Par.b P*, p. aut (sed a supra versum) p, et ex ut radendo corr. *P*, uel ex ed. *Veneta* n. 1492 fol. 4<sup>v</sup> *Hense et alii*, quos sequor, cum praesertim

stat aut desinat aut in alienum caput transeat: incendium ad fugam patuit; quosdam molliter ruina depositus; aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est; aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna leuitatem. Fortasse erit, fortasse non erit: interim non 5  
 12 est. Meliora propone. Nonnumquam nullis apparentibus signis, quae mali aliquid praenuntient, animus sibi falsas imagines fingit: aut uerbum aliquod dubiae significatio-  
 nis detorquet in peius aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est, et cogitat non quam iratus ille 10  
 sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa uitiae est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest:  
 hic prudentia prosit, hic robore animi euidentem quoque metum respue: si minus, uitio uitium repelle, spe me-  
 tum tempera. Nihil tam certum est ex his, quae timentur, 15  
 ut non certius sit et formidata subsidere et sperata deci-  
 pere. Ergo spem ac metum examina, et quotiens incerta erunt omnia, tibi faue: crede quod mauis. Si plures habebit sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina et perturbare te desine, ac subinde hoc in 20  
 animo uolue, maiorem partem mortalium, cum illi nec sit quicquam mali nec pro certo futurum sit, aestuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi, cum coepit impelli,  
 nec timorem suum redigit ad uerum. Nemo dicit: «uanus auctor est, uanus haec aut finxit aut credidit.» Damus 25

---

*etiam alibi ut pro uel habeat Q: uicinum uel prope admotum malum aut coni. O. Rossbach || 4 mala ex mola corr. Q<sup>1</sup> || 6 apar-*  
*|| 7 pre nun/tient Q p (-cient p) L Par.b || 12 timeretur Q L<sup>1</sup>*  
*Par.b, timeatur corr. ex timeretur p, timetur ex P (ubi tur in ras.)*  
*et 5 Fickeri, Rossbach et dubitantes Hense cum edd. superioribus, quos*  
*sequor, cum indicativus commendetur vi particulae si causali (= si*  
*quidem) || 14 repelle sic Q P || 15 tempora ex tempora corr. Q<sup>2</sup>,*  
*tempora Par.b || mentitur Q || 17 quoties lineolam super add. Q<sup>3</sup>,*  
*quoties L<sup>1</sup> || 18 mauis ex maius corr. ead. m. Q || 19 habebis Q L*  
*P Par.b, habes corr. ex habis p: habet Madvig. Praefero habebit, quod*  
*legitur in antiquioribus quibusdam editionibus, ut Romana et Mureti*  
*|| 21 post illi una littera erasa, c ut videtur Q || 23 caepit Q | imp-*  
*sic Q Par.b || 24 s. uanus auctor est. uanus est aut (auctor est.*

nos ferendos: expauescimus dubia pro certis: non seruamus modum rerum: statim in timorem uertit scrupulus. Pudet me ibi sic tecum loqui et tam lenibus te <sup>14</sup> remediis fociare. Alius dicat: « fortasse non ueniet. » Tu <sup>12v</sup> fol. <sup>12v</sup>  
<sup>5</sup> dic: « quid porro, si ueniet? uidebimus uter uincat: fortasse pro me uenit, et mors ista uitam honestabit. » Cicuta magnum Socratem confecit. Catoni gladium adserorem libertatis extorque: magnam partem detraxeris gloriae. Nimium diu te cohortor, cum tibi admonitione magis <sup>15</sup>  
<sup>10</sup> quam exhortatione opus sit. Non in diuersum te a natura tua ducimus: natus es ad ista, quae dicimus. Eo magis bonum tuum auge et exorna.

Sed iam finem epistulae faciam, si illi signum suum <sup>16</sup> impressero, id est aliquam magnificam uocem perferendam <sup>15</sup> ad te mandauero. « Inter cetera mala hoc quoque habet stultitia: semper incipit uiuere. » Considera quid uox ista significet, Lucili uirorum optime, et intelleges, quam foeda sit hominum leuitas cotidie noua uitae fundamenta ponentium, nouas spes etiam in exitu inchoantium. Cir- <sup>17</sup>  
<sup>20</sup> cumspice tecum singulos: occurrent tibi senes, qui se cum maxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negotiandum parent. Quid est autem turpius quam senex

---

uanus est aut *in ras.* Q) Q L M Par.b: uanus auctor est, uanus haec (haec *ex P.*) aut *Hense, cui assentior* || 1 referendos Q p L<sup>1</sup> P Par.b : referentibus *nonnulli* s, rei (*vel timori*) ferendos *Haase*, aurae f. *Buecheler*, rumori f. (*vel referenti f.*) proponit *Hense*: *sufficere videtur* ferendos *quod coniecit Haupt* (*cf. ep. 9,2 referre pro ferre et adnot., quamvis huic verbo alia ibi vis subiecta sit*). *Fort.* auri ferendos || 2 uenit Q p L<sup>1</sup>, uertit *Hense, praeente Haasio* || 3 ibi Q *cum prope omnibus codd.*: *tui Haupt*, si uis *Madvig*, *Lucili (vocat.) Hense*, et O. *Rossbach*, sed ibi *idem valet atque in eiusmodi re* | &iam Q L<sup>1</sup> || 4 fociare *sic Q L P Par.b* || 7 *Socratem mavult Hense* | *confecit Q p L P*, fecit s: *fecit corruptum ex effecit suspicatur Hense*, sed magnum Socratem confecit *idem significat* atque Socratem abripuit, magnum fecit || 10 exort- Q L P Par.b || 13 epistole Q, epistolae L || 17 significet *ex signifi- cat corr. ead. m.* Q || 20 occurrent Q *sed re in ras.* || 21 perecr- Q || 22 autem compendiose *supra scr. ead. m.* Q, om. p.

uiuere incipiens? Non adicerem auctorem huic uoci, nisi esset secretior nec inter uulgata Epicuri dicta, quae mihi et laudare et adoptare permisi. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

Ep. X. III. i F ater insitam esse nobis corporis nostri carita-<sup>5</sup>  
tem; fateor nos huius gerere tutelam. Non nego indul-  
gendum illi, seruiendum nego: multis enim seruiet, qui  
corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud  
2 omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tamquam  
propter corpus uiuere debeamus, sed tamquam non possi-<sup>10</sup>  
mus sine corpore: huius nos nimius amor timoribus  
inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis obicit.  
Honestum ei uile est, cui corpus nimis carum est. Aga-  
tur eius diligentissime cura, ita tamen, ut cum exiget  
ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignes sit.<sup>15</sup>  
3 Nihilominus, quantum possumus, euitemus incommoda  
quoque, non tantum pericula, et in tutum nos reduca-  
mus excogitantes subinde, quibus possint timenda de-  
pelli. Quorum tria, nisi fallor, genera sunt: timetur  
inopia, timentur morbi, timentur quae per uim poten-<sup>20</sup>  
tioris eueniunt. Ex his omnibus nihil nos || magis concutit,  
fol. 13<sup>4</sup> quam quod ex aliena potentia impendet: magno enim  
strepu et tumultu uenit. Naturalia mala quae retuli,  
inopia atque morbi, silentio subeunt nec oculis nec

6 huius compend. super add. Q<sup>2</sup> || 8 illud ex illum corr. ead.  
m. Q || 15 mittendum in ignes sit Q L, aliter alii codd. : mittend-  
um et in ignes sit comi. R. Muecke || 16 euite/mus Q, mus  
compend. corr. Q<sup>2</sup>, sed etiam Q pr. videtur scripsisse mus || 17 qnaeq;  
Q, quaeque p L P Par.b, quoque s || 18 s. post depelli una litt.  
rasa Q, item Par.b || 20 timetur.... timetur, lineola super add.  
posterioris Q || 22 imp- sic Q || 23 retuli sic Q p L Par.b || 24 inopia  
Q P Par.b, inopiae L | morbum pr. Q L, morbi corr. Q<sup>2</sup>; inopiae  
a. morbi Fickert alii, inopia a. morbus Haase, Hense. Praefero cum  
Schweigaeusero inopia a. morbi

auribus quicquam terroris incutiunt: ingens alterius mali pompa est, ferrum circa se et ignes habet et catenas et turbam ferarum, quam in uiscera inmittat humana. Cogita 5  
 hoc loco carcerem et cruces et eculeos et uncum et adac-  
 tum per medium hominem, qui per os emergeret, stipitem  
 et distracta in diuersum actis curribus membra, illam tun-  
 nican alimentis ignium et inlitam et textam, et quicquid 6  
 aliud praeter haec commenta saeuitia est. Non est itaque  
 mirum, si maximus huius rei timor est, cuius et uarietas  
 10 magna et apparatus terribilis est. Nam quemadmodum  
 plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit  
 — specie enim uincuntur qui patientia restitissent —: ita  
 ex his, quae animos nostros subigunt et domant, plus  
 proficiunt, quae habent quod ostendant. Illae pestes non  
 15 minus graues sunt, famem dico et sitim et praecordiorum  
 suppurationes et febrem uiscera ipsa torrentem. Sed  
 latent, nihil habent quod intentent, quod paeferant: haec  
 ut magna bella aspectu paratuque uicerunt. Demus itaque 7  
 operam, abstineamus offensis. Interdum populus est, quem  
 20 timere debeamus; interdum si ea ciuitatis disciplina  
 est, ut plurima per senatum transigantur, gratiosi in  
 eo uiri; interdum singuli, quibus potestas populi et in  
 populum data est. Hos omnes amicos habere operosum  
 est, satis est inimicos non habere. Itaque sapiens num-  
 25 quam potentium iras prouocabit, immo [nec] declinabit,

---

<sup>2</sup> cathenas Q || 4 aec- Q || 5 p *supra addidit eadem m.*  
*ante os Q || 6s. tonicam Q || 7 et ante quicquid seclusit Haase,*  
*om. nonnulli codd. Etiam in Q librarius cooperat scribere quicquid*  
*(om. et), ut testatur q erasa ante & quicquid || 8 preter Q | commenta Q*  
*| seu- Q || 11 agit ex agat corr. Q || quod Q || 12 paciente Q*  
*pr., patien Q<sup>2</sup>, patientiae aut rectius patientia edd. ex alii codd.*  
*|| 13 ex his Q L P Par.b : ex iis (vel is) Hense | 14 qui/habent Q P*  
*Par.b | Ille Q | pestes, priorem s *supra scr. ead. m.* Q || 15 & sitim Q*  
*cum rell. codd., om. Fickert et Haase | prec- Q || 16 supp- Q L Par.b*  
*|| 17 pref- Q || 18 paratuq; Q L P Par.b : apparatuque Hense ex*  
*p ubi ap *supra versum* || 25 immo necdeclinabit (corr. ex declinavit*  
*ead. m.) Q cum p L<sup>1</sup> et P Par.b pr.: nec recte secludunt aut*

8 non aliter quam in nauigando procellam. Cum peteres Siciliam, traeicisti fretum. Temerarius gubernator contempsit austri minas — ille est enim, qui Siculum pelagus exasperet et in uertices cogat —; non sinistrum petit litus, sed id, a quo propior Charybdis maria conuoluit. At 5 ille cautior peritos locorum rogat, quis aestus sit, quae signa dent nubes; longe ab illa regione uerticibus infol. 13<sup>v</sup> fami cursum tenet. Idem facit sapiens: || nocituram potentiam uitat, hoc primum cauens, ne uitare uideatur. Pars enim securitatis et in hoc est, non ex professo eam 10 petere, quia, quae quis fugit, damnat. Circumspiciendum ergo nobis est, quomodo a uulgo tuti esse possimus. Primum nihil idem concupiscamus: rixa est inter competitores. Deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit: quam minimum 15 sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum uenit, aut admodum pauci. Plures computant quam oderunt: nudum latro transmittit; etiam in obsessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex pracepto ueteri praestanda sunt ut uitentur: odium, 20 inuidia, contemptus. Quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit: difficile enim temperamentum est, uerendumque, ne in contemptum nos inuidiae timor transferat, ne

---

*omittunt edd., quia, ut adnotavit Fickert 'negatio ferri nequit propter sequentia': immo vero d. proponit Hense || i silicium Q || 4 petit Q cum rell. codd.: petiti scriptis Schweigaeuser, cuius sententiam sequens scribo petit || 5 sed itaquo Q L M P Par.b, sed id quo vulgo: sed id, quoi Madvig, sed id, a quo Hense et P. Thomas rectius | prior Q | charybdys (h supra scr. ead. m.) Q || 6 estus Q || 8 faciat Q L, faciat vulgo: faciat — vitet Castiglioni || 11 petere Q cum rell. codd.: fugere comi. Muretus, non petere Haase, quem mire aberrasse ait Madvigius, op. cit., p. 465 adn. i || 14 comp- sic Q L || 18 comp- sic Q L || 20 prec- Q | prestanda ex prestante corr. Q || 21 hic Q pr., sed o supra i scr. ead. m. || 22 monstrauit Q L | temperamentum ex tempor- corr. Q<sup>2</sup> || 23 contentū nos Q, contemptum nos P | inuidia & timor Q, p pr. L P Par.b: corr. Muretus | transferat ex transeat corr. ead. m. Q*

dum calcare nolumus, uideamur posse calcari: multis  
 timendi attulit causas timeri posse. Undique nos re-  
 ducamus: non minus contemni quam suspici nocet. Ad 11  
 philosophiam ergo confugiendum est: hae litterae, non dico  
 apud bonos, sed apud mediocriter malos infularum loco  
 sunt. Nam forensis eloquentia et quaecumque alia popu-  
 lum mouet, aduersarios habet: haec quieta et sui negotii  
 contemni non potest, cui ab omnibus artibus etiam apud  
 pessimos honor est. Numquam in tantum conualescet  
 10 nequitia, numquam sic contra uirtutes coniurabitur, ut  
 non philosophiae nomen uenerabile et sacrum maneat.  
 Ceterum philosophia ipsa tranquille modesteque tractanda  
 est. « Quid ergo?, inquis, uidetur tibi M. Cato modeste 12  
 philosophari, qui bellum ciuile sententia reprimit? qui  
 15 furentium principum armis medius interuenit? qui aliis  
 Pompeium offendentibus aliis Caesarem simul lacescit  
 duos? » Potest aliquis disputare an illo tempore capes- 13  
 senda fuerit sapienti res publica. Quid tibi uis, Marce  
 Cato? iam non agitur de libertate: olim pessumdata  
 20 est. Quaeritur, utrum Caesar an Pompeius possideat rem  
 publicam: quid tibi cum ista contentionе? nullae partes  
 tuae sunt: dominus eligitur. Quid tua, uter uincat? potest  
 melior uincere, non potest non peior esse, qui uicerit.  
 Vltimas partes attigi Catonis; sed ne priores quidem anni  
 25 fuerunt qui sapientem in illam rapinam rei publicae

---

i calca/ri Q p L P Par.b, calcare s | noluimus ex uoluimus  
 corr. Q<sup>2</sup>, noluimus L || 4 phyl- Q | littere Q || 6s. alia ars po-  
 pulum maluit Buecheler || 7 nego/ciui Q || 11 phylosophyē Q  
 || 12 phyl- Q | tranquilla Q | modesteq; ex modestoq; corr. ead.  
 m. Q || 13 M in margine Q<sup>1</sup>, in textu spatiū vacuum: tibi met  
 cato p || 14 phyl- Q || 20s. rempublicā. (lineolam super add. m. rec.)  
 Quid Q, remp. quid (qui P<sup>1</sup>) L P Par.b, rem. praequid p: rem  
 p. Hense<sup>3</sup> || 22 quid tu (post tu addidit interrogations notam m.  
 rec. Q) alter Q p L (aliter sed i erasa L): quid tua, uter Lipsius  
 || 24 Vltimas, s supra scr. ead. m. Q | catonis ex cot. corr. ead.  
 m. Q | ne priores (nepriores Q), quidem Q L P Par.b M, nec  
 priores Haase et Hense<sup>3</sup> ex p, ubi c supra vers. || 25 p erasa ante  
 publicae (ex publica corr. Q<sup>1</sup>) Q, rei p. L P Par.b Hense<sup>3</sup>

fol. 14<sup>r</sup> admitterent. Quid aliud || quam uociferatus est Cato et  
 misit irritas uoces, cum modo per populi leuatus manus  
 et obrutus sputis exportantium extra forum traheretur,  
 14 modo e senatu in carcerem duceretur? Sed postea uide-  
 bimus, an sapienti opera *rei p.* danda sit: interim ad 5  
 hos te Stoicos uoco, qui a re publica exclusi secesserunt ad  
 colendam uitam et humano generi iura condenda sine ulla  
 potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos  
 15 mores nec populum in se uitiae nouitate conuertet. « Quid  
 ergo? utique erit tutus, qui hoc propositum sequetur? » 10  
 Promittere tibi hoc non magis possum quam in homine  
 temperanti bonam ualitudinem, et tamen facit tempe-  
 rantia bonam ualitudinem. Perit aliqua nauis in portu:  
 sed quid tu accidere in medio mari credis? Quanto huic  
 periculum paratus foret multa agenti mollientique, cui 15  
 ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando inno-  
 centes: quis [ne] negat? nocentes tamen saepius. Ars ei  
 16 constat, qui per ornamenta percussus est. Denique consi-  
 lium rerum omnium sapiens, non exitum spectat. Initia in  
 potestate nostra sunt: de euentu fortuna iudicat, cui 20  
 de me sententiam non do. « At aliquid uexationis afferet,  
 aliquid aduersi. » Non damnatur latro, cum occidit.

---

3 &portandus *Q* cum *p* *P Par.b*, et portandis, u *supra i exp.*  
*L*: exportandus *Pincianus*, portantium *S. Linde*, et portentis *P. Hauch*; exportantium (*vel ecportantium*) *anter*, *deinde* et expor-  
 tibus *coni. O. Rossbach*, cuius priorem emendationem *prae-*  
*fero* | extra *ex* extra corr. *Q<sup>1</sup>* || 4 assenatu *Q*, a senatu *L P*, e  
 senatu *p rectius*, esse natu *Par.b* || 5 ansapientiora (sapienti. ora *p*)  
 opera per/denda (per add. *in spatio vacuo in fine versus Q<sup>1</sup>*;  
 -danda *p<sup>1</sup>*) sint *Q cum p L*, an sapientiora opera perpendenda  
 sunt *Par.b*: corr. *Madvig praeceunte Pinciano* (an sapienti opera  
 iam *O teste Rossbachio*) | ad hoste (hostes corr. *m. rec. perperam*)  
 stoicos *Q cum L P Par.b* (*os P<sup>1</sup> Par.b*; *te, e L<sup>1</sup> ex corr.*) || 6 qui  
 a re/publica *Q*, qui a re *p*. *Hense<sup>2</sup> ex L P Par.b* (*quia Par.b*)  
 || 10 sequitur *Q L<sup>1</sup>* (*in marg. t sequetur L<sup>1</sup>*) || 12 temperanti *Q pr.*  
 (*temperante corr. m. rec. perperam*) *L<sup>1</sup> P Par.b* | facit tempe-  
 rantia ad bonam valitudinem *coni. A. I. Kronenberg*) || 13 portu  
*ex* porto corr. *ead. m. Q* || 15 fore (scil. credis) *coni. Buecheler*,  
 erit *Hense* || 17 quisne *Q in exitu versus*, ne plane ex ditto graphia  
 cum prima syllaba insequentis negat || 21 aff- sic *Q* || 22 damnatur

Nunc ad cotidianam stipem manum porrigit. Aurea <sup>17</sup>  
te stipe implebo, et quia facta est auri mentio, accipe  
quemadmodum usus fructusque eius tibi esse gratiior  
possit. « Is maxime diuitiis fruitur, qui minime diuitiis  
indiget. » « Adde, inquis, auctorem. » Vt scias quam benigni  
simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est aut  
Metrodori aut alicuius ex illa officina. Et quid interest <sup>18</sup>  
quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget diuitiis, timet  
pro illis; nemo autem sollicito bono fruitur: adipere  
<sup>19</sup> illis aliquid studet. Dum de incremento cogitat, obli-  
tus est usus; rationes accipit, forum conterit, kalenda-  
rium uersat: fit ex domino procurator. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**M**os antiquis fuit usque ad meam seruatus aetatem, <sup>1</sup> Ep. XV  
<sup>15</sup> primis epistulae uerbis adipere: ‘si uales bene est, ego  
ualeo.’ Recte nos dicimus: ‘si philosopharis, bene est.’  
Valere enim hoc demum est; sine hoc aeger est ani-

---

*Q cum rell. codd.: damnat proposuit Gronovius: damnatur retinuit Fickert et, dum locum explicare conatur, ibi tamen sane argutam et obscuram brevitatem esse roncedit. Haase interpongit Non damnatur latro, cum occidit? et lacunam signal. Plura addidisse Senecam etiam Hense putat, fortasse non necessario, ut mihi videtur: nam verbis Non damnatur — occidit et sententia confirmatur Initia — iudicat et respondetur monenti At aliiquid — aduersi, cum subaudiendo addi possit fortuna eum poena eximere potest || 4 minime, a' teram in scr. Q' supra litteram abrasam || 5 adde Q, etiam L' in marg., L' ex corr., et de L, ede p P Par.b. Lectio adde (scil. stipi, id est sententiae, auctoris nomen) neglegenda non videtur, quamquam magni est ponderis etiam lectio ede quam potiorem habent edd. | inquit Q L p' || 6 sumus Q p L P Par.b, simus 5 | prop-ex prep-corr. Q' || 9 sollicitus Q M' et, ut videtur, L', sollicito vulg, rectius || 11 s. kalendarium (i supra scr. Q') Q, -arum L'*

*13 SAL Q || 15 epistolae Q || 16 phyl- Q || 17 enim Q L P Par.b; autem p, Haase, Hense, prasfero enim, quia hoc enuntiatio probatur untecedens Recte nos dicimus — bene est et confirmatur philosophia veram valitudinem contineri | aeger ex ueg-corr. Q*

mus : corpus quoque, etiam si magnas habet uires,  
 2 non aliter quam furiosi || aut phrenetici ualidum est. Ergo  
 fol. 14<sup>v</sup> hanc praecipue ualitudinem cura, deinde et illam secun-  
 dam, quae non magno tibi constabit, si uolueris bene  
 ualere. Stulta est enim, mi Lucili, et minime conueniens 5  
 litterato uiro occupatio exercendi lacertos et dilatandi  
 ceruicem ac latera firmandi : cum tibi feliciter sagina  
 cesserit et tori creuerint, nec uires umquam opimi  
 bouis nec pondus aequabis. Adice nunc, quod maiore  
 corporis sarcina animus eliditur et minus agilis est. 10  
 Itaque quantum potes, circumscribe corpus tuum et animo  
 3 locum laxa. Multa secuntur incommoda huic deditos  
 curae : primum exercitationes, quarum labor spiritum  
 exhaust et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus  
 reddit ; deinde copia ciborum subtilitas impeditur. Ac- 15  
 cedunt pessimae notae mancipia in magisterium recepta,  
 homines inter oleum et uinum occupati, quibus ad uotum  
 dies actus est, si bene desudauerunt, si in locum eius,  
 quod effluxit, multum potionis altius in ieuiuio iturae reges-  
 4 serunt. Bibere et sudare uita cardiaci est. Sunt exercita- 20  
 tiones et faciles et breues, quae corpus et sine mora  
 lassent et tempori parcant, cuius praecipua ratio ha-  
 benda est : cursus et cum aliquo pondere manus motae  
 et saltus uel ille, qui corpus in altum leuat, uel ille,  
 qui in longum mittit, uel ille, ut ita dicam, saliaris 25

2 frenetici (r *supra addidit ead. m.*) Q cum p L P Par.b  
 || 3 prec- Q | secundam ex secundum corr. ead. m. Q || 6 lit-  
 terato ex litteroto corr. ead. m. Q || 15 imp- sic Q P || 16 pes-  
 sime Q || 19 quodefluxit Q, quo defluxit L, quod efluxit P |  
 inieuiuio Q L' : in seclusis Hense Madvigium securus, at in ieuiuio  
 apte convenit ei significationi quam Madvigi desiderat 'quod  
 ieuiu sunt', op. cit., p. 465 : ieuiu Fickert, Haase, Rossbach ex s;  
 in uenas ieuiunorum proponit Hense. Fort. in ieuiunos | iture Q  
 || 20 s. exercitationes, ta *supra* ser. Q' || 22 prec- Q | 25 salutaris  
 Q p L Par.b, saltaris ex salut- radendo fecit P : saliaris corr.  
 Erasmus

aut, ut contumeliosius dicam, fullonius: quoius libet ex his  
 elige usum rudem, facilem. Quicquid facies, cito redi a cor- 5  
 pore ad animum; illum noctibus ac diebus exerce: labore  
 modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus,  
 5 non aestus impediet, ne senectus quidem: id bonum  
 cura, quod uetustate fit melius. Neque ego te iubeo 6  
 semper imminere libro aut pugillaribus: dandum est ali-  
 quod interuallum animo, ita tamen ut non resoluatur,  
 sed remittatur. Gestatio et corpus concutit et studio  
 10 non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui,  
 possis audire, quorum nihil ne ambulatio quidem uetat  
 fieri. Nec tu intentionem uocis contempseris, quam ueto 7  
 te per gradus et certos modos extollere, deinde deprime.  
 Quid si uelis deinde quemadmodum ambules di-  
 15 scere? Admitte istos, quos noua artifia docuit fames:  
 erit qui gra|dus tuos temperet et buccas edentis obseruet fol. 15r  
 et in tantum procedat, in quantum audaciam eius patientia  
 et credulitate produxeris. Quid ergo? a clamore protinus  
 et a summa contentione uox tua incipiet? usque eo  
 20 naturale est paulatim incitari, ut litigantes quoque a  
 sermone incipient, ad uociferationem transeant: nemo  
 statim Quiritium fidem implorat. Ergo utcumque tibi 8  
 impetus animi suaserit, modo uehementius fac [uicinis]

---

1 fullonius *Q L<sup>1</sup> P Par.b* | quos lib& *Q p L<sup>1</sup>*, quod libet *P Par.b*:  
 quoius libet *Hense ex conjectura Buecheleri* || 2 usum rude/facile  
*Q L* (rudē facilē *L<sup>1</sup>*) *P* (*m erasa ex usum*) *Par.b*, usum rudem  
 facilem *Hense ex p*: rudi facilem *coni. G. Gemoll*; quod libet ex  
 his elige. usu redde facile *Haase*, quod libet ex his elige usurus  
 ex facili *Madvig*. Fortasse quas libet ex his (*scil. exercitationibus*)  
 elige ad usum rudi faciles || 5 imp- *Q L P* || 7 imm- corr. ex imm- *Q*  
 || 9 Gestatio, tio ex corr. *Q* || 14-18 verba Quid si uelis — pro-  
 duixeris *transposuit Haase post* sed ut exerceat, sed recte adversatur  
*Madvig* || 17 ut tantum *Q*, et in t. rell. codd.: fort. *particulae* ut  
 consecutiva vis subest | patientiae crudelitate *Q L<sup>1</sup>* (*pati- L<sup>1</sup>*),  
 patientiae (*pac- Par.b*) credulitate *p P Par.b*: corr. *Lipsius* || 18 ad  
 sed d *erasa Q* | protinus ex potius corr. ead. *m. Q* || 22 impl-  
 sic *Q L P* || 23 uicinis 'adscripsert, qui convicuum perperam accepit  
 de litigantibus: nec de vitiis agitur (uiciis s)' adnotat *Hense*.

conuicium] modo lentius, prout uox quoque te hortabitur, in id latus. Modesta, cum receperis illam reuocarisque descendat, non decidat; media oris tui abeat nec indocto et rustico more desaeuiat. Non enim id agimus, ut exerceatur uox, sed ut exerceat.

9 Detraxi tibi non pusillum negotii: una mercedula et manupretium ad haec beneficia accedet. Ecce insigne praeceptum: «stulta uita ingrata est, trepida, tota in futurum fertur.» «Quis hoc, inquis, dicit?» idem qui supra. Quam tu nunc uitam dici existimas stultam? Babae et Isionis? Non ita est: nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe numquam satiatura praecipitat, quibus si quid satis esse posset, fuisse, qui non cogitamus, quam iucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse nec ex *re* fortuita pendere. Subinde itaque, Lucili, quam multa sis consecutus recordare: cum

*Sed conuicium quoque expungendum puto: nam verbis uicinis conuicium lectoris cuiusdam prave interpretantis adnotatio contineri videtur || 1 uox tequoq; Q cum p (te supra versum) L P, uox quoque te Par.b, vulgo || 2 in id latus Q p (ex corr. p) L, recte accepit Hense praeunte Buecheleri: et latus Par.b, vulgo: hortabitur. In elatis coni. Madvig. Fort. in id latus coniungendum est cum hortabitur et locutio ex gladiatorio sermone sumpta est | recipies Q cum plerisque codd.: praefero receperis ex p teste Fickeri | reuocaris quae Q, reuocabisque ε || 3 Mediatoris/sui habeat Q L' P, mediatoris habeat p, moderatoris sui temperamentum habeat Par.b, vulgo: media oris uia abeat Hense ex conjecturis Madvigi et Buecheleri, medium oris uim habeat G Hess. Malo scribere media (subaudi via ut saepe apud Senecam) oris tui abeat | et (& Q) hoc Q p L' P, nec Par.b, vulgo || 4 deseun- Q. || 6 Detraxit Q p L P Par.b, detraxi g complures edd. || 7 unum grecum Q cum aliquot codd., retinuit Hense, ante quem praealterant munus gratum vel munus graecum edd.: unum pretium Madvig (qui probat Detraxit), manupretium O. Rossbach, cui nimia arte sic explanare unum graecum conatus esse Hense videtur 'qua supra graeca artifia et negotia detraxit' || 8 prec- Q | est trepida Q L' P Par.b, est et trepida Haase et Hense ex p || 9 idest Q ex prava compendii ē interpretatione || 10 stultam ex stultum ead. m. Q | babae et (& Q) isioialis sic Q L Par.b || 12 prec- Q || 14 ioc- Q Par.b || 15 fortuita Q pr. L, fortuito corr. Q<sup>2</sup>, fortuna vulgo: propono ex re fortuita*

asplexeris, quot te antecedant, cogita, quot sequantur. Si uis gratus esse aduersus deos et aduersus uitam tuam, cogita, quam multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? Tu te ipse antecessisti. Finem constitue, quem 11  
 5 transire ne uelis quidem, si possis: discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam adsecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et implerent: nunc haurientium sitim concitant. Mittantur speciosi apparatus: et quod futuri temporis incerta sors uoluit,  
 10 quare potius a fortuna impetrem, ut det, quam a me, ne petam? Quare autem petam? oblitus fragilitatis humanae congeram? in quid laborem? Ecce hic dies ultimus est: ut non sit, prope ab ultimo est. VALE.

fol. 15v

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

15 Liquere hoc tibi, Lucili, scio, neminem posse beate i Ep. XVI.  
 uiuere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiae studio et beatam uitam perfecta sapientia effici, ceterum tolerabilem etiam inchoata. Sed hoc, quod liquet, firmandum et altius cotidiana meditatione figendum est: plus operis  
 20 est in eo, ut proposita custodias quam ut honesta proponas. Perseuerandum est et adsiduo studio robur ad-

i quot (*ex quod corr. ead. m. Q*) te *Q L<sup>1</sup> Par.b*, quod (*que sed e in ras P<sup>2</sup>*) te *P* | 4 te ipse *Q cum plerisque codd., sed in marg. tu add. ead. m.*, unde tu te ipse quod *hyperbaton ad enuntiatam significantiam haud parum confert* || 5 nepossis quidem si uelis *Q cum p L<sup>1</sup> P Par.b: traeget Hense, praeante Gerizio* || 6s. *adconsecutis Q, adsecutis p ut videtur, Par.b, assecutis (ass ex corr. L<sup>1</sup>) L P* || 7 *impl- sic Q L P* || 8 *amientium Q p<sup>1</sup> P* | *imitantur Q L P Par.b, immit- p: corr. Madvig* || 9 *quid Q p L P Par.b, quod M<sup>1</sup>: fort. quicquid* || 10 *imp- sic Q L* || 11s. *humane Q* || 12 *inquit Q p L (corr. ex inquit p), in quid Par.b, inquit P: congeram in quid laborem?* *Fichert, Koch, Hess: congeram? in quid laborem?* *Hense* || Ecce, ce *supra ser. Q<sup>2</sup>*.  
 15 *beatae Q* || 18 *inchoata Q pr., inchoatā G<sup>2</sup>*.

dendum, donec bona mens sit quod bona uoluntas est.  
 Itaque tibi *opus* apud me *non est* pluribus uerbis ut  
<sup>2</sup> adfirmantis nec tam longis : intellego multum te profecisse.  
 Quae scribis, unde ueniant, scio : non sunt facta nec colorata. Dicam tamen quid sentiam: iam de te spem <sup>5</sup>  
 habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias uolo :  
 non est, quod tibi cito et facile credas. Excute te  
 et uarie scrutare et obserua : illud ante omnia uide,  
<sup>3</sup> utrum in philosophia an *in ipsa uita* profeceris. Non est  
 philosophia popularē artificium nec ostentationi paratum : <sup>10</sup>  
 non in uerbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur,  
 ut cum aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur  
 otio nausia : animum format et fabricat, uitam disponit,  
 actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet  
 ad gubernaculum et per ancipitia fluctuantum dirigit <sup>15</sup>  
 cursum. Sine hac nemo intrepide potest uiuere, nemo  
 secure : innumerabilia accidentū singulis horis, quae con-  
<sup>4</sup> siliū exigant, quod ab hac petendum est. Dicit ali-  
 quis : « quid mihi prodest philosophia, si fatum est ? quid  
 prodest, si deus rector est ? quid prodest, si casus imperat ? <sup>20</sup>  
 Nam et mutari certa non possunt et nihil praeparari

<sup>2s.</sup> aut adfirmatis nec tā/multum longis Q cum L, aut  
 adfirmatis nec tam longis p P Par.b M. Multorum acumen exer-  
 cuerunt haec verba plane corrupta: haud adfirmandum nec tam  
 longis coni. Schweighaeuser et Fickert: ut adfirmantis nec tam longis  
 Haase qui inserit non opus est post Itaque : (iam Erasmus sup-  
 pleverat opus non est post uerbis), aut affirmatione iam nil opus  
 Madvig et Hense (adff- Hense): aut adfirmatis tam longis nil  
 opus P. Hauck : hanc (scil. bonam voluntatem) adfirmantis nego  
 iam opus esse Rossbach: aut affirmatione tam longa non opus est  
 S. Linde. Evidem accedo ad Haasii emendationem, sed excidissem  
 opus ante apud et non est (fi ē) post me puto. Videtur autem multum  
 quod Q exhibet ante longis, iteratum esse ex inseqq. i. multum  
 te profecisse || 3 intelligo Q L Par.b | profecisse ex profic- Q<sup>2</sup>,  
 profecisse L<sup>1</sup> p corr. || 5 sententiam quod (qd Q) iam Q p L  
 P Par.b, quid sentiam iam <sup>5</sup> || 8 uariae Q || 9 phyl- Q | an  
 ipsa, om. in Q L<sup>1</sup> | profeceris ex profic- Q L || 10 phylosophya Q  
 || 14 omissenda Q L || 15 dirigit Q p L Par.b, derigit Hense || 17  
 securę Q || 19 phyl- Q || 21 prep- Q

potest aduersus incerta, sed aut consilium meum deus occupauit decreuitque quid facere<sup>m</sup>, aut consilio meo nihil fortuna permittit. » Quicquid est ex his, Lucili, uel 5 si omnia haec sunt, philosophandum est: siue nos in exorabili lege fata constringunt, siue arbiter deus uniuersi cuncta disposuit, siue casus res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Haec adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter: haec docebit, ut deum sequaris, feras 10 casum. Sed non est nunc in hanc disputationem trans- 6 eundum, || quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio fol. 16<sup>r</sup> est, aut si fatorum series inligatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur: illo nunc reuertor, ut te mo- neam et exhorter, ne patiaris impetum animi tui delabi 15 et refrigescere. Contine illum et constitue, ut habitus animi fiat, quod est impetus.

Iam ab initio, si te bene noui, circumspicies, quid 7 haec epistula munusculi attulerit: excute illam, et inuenies. Non est quod mireris animum meum: adhuc 20 de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene dictum est ab ullo, meum est. Istuc quoque ab Epicuro dictum est: « si ad naturam uiues, numquam eris pauper: si ad opiniones, numquam eris diues. » Exiguum natura desiderat, opinio immensum. 8 Congeratur in te quicquid multi locupletes possederant; ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat,

---

1 s. deus occupauit Q L g P Par.b M: 'fortasse recte' adnotat Hense, qui cum Haasio in textu scribere maluit occupauit deus ex p ut videtur || 4 phyl- Q | 5 facta Q pr., sed c prope abr. || 6 siue Q ante ordine || 7 imp- sic Q L | phylosophya Q | debet Q vulg.: debemus Hess et Mueller ex p corr. || 8 s. for- tume Q || 14 imp- sic Q L Par.b || 16 imp- sic Q L P || 18 epila Q, epistola L P || 21 Sicut Q p L P Par.b: istut Buecheler, istuc Hense, sic illud P. Hauck, sicut illud (illut) O. Rossbach || 22 quo- que (quoq; Q) Q p L<sup>1</sup> P Par.b, quod post quoq. supra scr. L<sup>2</sup>: quod, om. quoque, Haase || 24 opinio immensum ex opinioni immensum Q<sup>2</sup> || 25 possederant ex possid- corr. Q<sup>2</sup>

auro tegat, purpura uestiat, eo deliciarum opumque perducat, ut terram marmoribus abscondas: non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. Accedant statuae et picturae et quicquid ars ulla luxuriael abo-  
9 rauit: maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia ubi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe ergo te a uanis, et cum uoles scire, quod petes, utrum naturalem habeat an caecam cupiditatem, con-  
10 sidera, num possit alicubi consistere: si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XVII. <sup>1</sup> P roice omnia ista, si sapis, immo ut sapias; ad <sup>15</sup> bonam mentem magno cursu ac totis uiribus tende: si quid est, quo teneris, aut expedi aut incide. « Moratur, inquis, me res familiaris: sic illam disponere uolo, ut sufficere nihil agenti possit, ne aut paupertas <sup>20</sup> mihi oneri sit aut ego alicui. » Cum hoc dicis, non uideris uim ac potentiam eius, de quo cogitas, boni nosse: et summam quidem rei peruides, quantum philosophia prospicit, partes autem nondum satis subtiliter dispicis, necdum scis, quantum ubique nos adiuuet, quemadmodum et in maximis, ut Ciceronis utar uerbo, <sup>25</sup> opituletur et in minima descendat. Mihi crede, aduoca illam in consilium: suadebit tibi, ne ad calculos

<sup>3 s.</sup> statue & picture Q || 5 disces, prior s supra scr. ead. m. Q ||  
<sup>7</sup> Via Q cum L P Par.b, uiā p, uiam Gruterus, Haase, Hense || 10  
utrum Q L P Par.b recte

<sup>15</sup> ad Q L, et ad edd. cum rell. codd. || 17 expediunt Q L,  
expedi aut p P Par.b || 18 inquis me res Q L P recte || 22 s. phyl-Q  
|| 23 partes Q L P Par.b || 26 et in 5, in Q p L' P Par.b

sedeas. Nempe hoc || quaeris et hoc ista dilatione uis <sup>3</sup> consequi, ne tibi paupertas timenda sit: quid si adpetenda est? Multis ad philosophandum obstitere diuitiae; paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se peti; cum aqua conclamata est, quomodo exeat, non quid efferat, quaeritat. Si nauigandum est, non strepunt portus nec unius comitatu inquieta sunt litora: non circumstat illam turba seruorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum <sup>4</sup> est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos uentres et bene institutos et nihil aliud desiderantes quam impleri: paruo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satis facere: quid est ergo, quare hanc recuses contubernalem, cuius mores sanus diues imitatur? Si uis uacare animo, aut pauperis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas uoluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: « nondum habeo, quantum satis est; si ad illam sum-<sup>5</sup> mam peruenero, tunc me totum philosophiae dabo. » Atqui nihil prius quam hoc parandum est, quod tu differs et post cetera paras; ab hoc incipiendum est. « Parare, inquis, unde uiuam uolo. » Simul et parare te

<sup>2</sup> nec, c abr. Q || 3 phyl- Q | obstitere ex obstin- corr. Q<sup>2</sup>: obstitere sed t alt. in ras. L || 5 scit supra scr. Q<sup>1</sup> | aliqua (in aliquo mutatum rec. m. Q) conclamata Q p L<sup>1</sup> P Par.b, ex aliquo conclamato corr. p, aliqua conclamatio vulgo: aliquando conclamatum coni. O. Rossbach, aqua conclamata corr. Gertz et Buecheler || 6 quaerit. Vt Q, quaerit ut p L<sup>1</sup>, quaerit aut P Par.b O: quaerit; huic Buecheler, quaeritat Geniz, quem sequor, quaerit uel G. Hess, quaerit; et Castiglioni, quaerit; illi malit Hense || 7 strepunt (r corrigendo facta Q) portus Q L P Par.b, strepitat portus Hense ex p, ubi strepit at portus corr. in ras. || 8 illum Q alti vett., illam s || 14 ergo, r supra scr. ead. m. Q | hunc Q || 16 similis ex similes corr. ead. m. Q || 20 phylosophie Q || 22 differs Q cum plerisque codd.; profers p commendat Chatelain rev. de phil. I p. 105 | post Q L P Par.b, prius (pro p<sup>1</sup>) p || 23 & parare Q cum p L P Par.b: et para et Madvig, et te parare Haase, et parare te Rossbach

disce : si quid te uetat bene uiuere, bene mori non  
 6 uetat. Non est quod nos paupertas a philosophia  
 reuocet, nec egestas quidem. Toleranda est enim ad  
 hoc properantibus uel fames : quam tolerauere quidam in  
 obsidionibus, et quod aliud erat illius patientiae praes-  
 mium quam in arbitrium non cadere uictoris ? Quanto  
 hic maius est quod promittitur : perpetua libertas,  
 nullius nec hominis nec dei timor. Et quidem uel esu-  
 7 rienti ad ista ueniendum est. Perpessi sunt exercitus  
 inopiam omnium rerum, uixerunt herbarum radicibus et  
 et dictu foedis tulerunt famem. Haec omnia passi sunt  
 pro regno, quo magis mireris, alieno : dubitabit aliquis  
 ferre paupertatem, ut animum furoribus liberet ? Non  
 est ergo prius adquirendum : licet ad philosophiam etiam  
 8 sine uiatico peruenire. Ita est ? cum omnia habueris, 15  
 tunc habere et sapientiam uoles ? haec erit ultimum  
 uitae instrumentum et, ut ita dicam, additamentum ?  
 tol. 17<sup>r</sup> Tu uero, siue aliquid habes, iam philosophare — unde  
 enim scis, an iam nimis habeas ? — siue nihil, hoc prius  
 9 quaere quam quicquam. « At necessaria deerunt. » Pri- 20  
 mum deesse non poterunt, quia natura minimum petit,  
 naturae autem se sapiens accommodat. Sed si necessi-  
 tates ultimae inciderunt, iamdudum exibit e uita et

---

<sup>1</sup> bene *ex bone corr.* *Q<sup>1</sup>* || <sup>2</sup> adphylosophiā (*lineolam super add.*  
*m. rec.*) *Q*, ad philosophiam *Par.b* || <sup>3</sup> nec egestas quidem *QL*  
 (aeg. L), ne e. q. *vulg.* *Audeo reponere nec in locum particulæ* ne,  
*quoniam* nec — quidem *ad significandum ac* (*vel et*) ne — quidem  
*interdum usurpatum esse ipsius Senecæ aetate constat* || <sup>5</sup> illius  
*Q L* *edd. ante Hensium*, illis *Hense ex p Chatelainio accedens* :  
*at illius Senecæ elocutioni magis consentaneum est* | *premium Q*  
 || <sup>7</sup> *hoc Q p L P Par.b* : *hic Hense ex conjectura Madvigii* | *quod*  
*Q P L*, *quo P Par.b* || <sup>8</sup> *Et quid Q L<sup>1</sup> Par.b*, *haec quid P*, *hec*  
*quidem p* : *equidem Fickert*, *et quidem Haase et Hense*, *Ecquid*  
*uel es. ad i. ueniendum est* ? *Madvig* || <sup>11</sup> *foedis Q pr.*; *corr.*  
*in foedius (us compend.) m. rec.* : *foedis L<sup>1</sup> P<sup>1</sup> Par.b*, *foedius p*  
 || <sup>12</sup> *mireris ex misericor. corr.* *Q<sup>1</sup>* || <sup>14</sup> *phyl-Q* || <sup>17</sup> *ut supra scr. Q<sup>1</sup>*  
 || <sup>20</sup> *An necessaria Q L<sup>1</sup>* || <sup>21</sup> *potuerunt Q L<sup>1</sup>* || <sup>22</sup> *acommodat Q*  
 || <sup>23</sup> *ultima Q pr.*, *ultimas (s supra scr.) m. rec.* *deterius* | *exi&*  
*Q p L*, *exhibit P<sup>1</sup> O*, *exhibit Par.b*, *exhibit M Fickert Rossbach*

molestus sibi esse desinet. Si uero exiguum erit et angustum, quo possit uita produci, id boni consulet nec ultra necessaria sollicitus aut anxius uentri et scapulis suum reddet et occupationes diuitum concursationesque ad 5 diuitias euntium securus laetusque ridebit ac dicet: « quid 10 in longum ipse te differs? expectabisne fenoris quaestum aut ex merce compendium aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim diues? Repraesentat opes sapientia, quas cuicunque fecit superuacuas, dedit. » Haec ad alios 10 pertinent: tu locupletibus propior es. Saeculum muta, nimis habes: idem est autem omni saeculo, quod sat est.

Poteram hoc loco epistulam claudere, nisi te male 11 instituisse. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere: tibi ualedicere non licet gratis. Quid 15 istic? ab Epicuro mutuum sumam: « multis parasse diuitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio. » Nec hoc 12 miror: non est enim in rebus uitium, sed in ipso animo. Illud, quod paupertatem nobis grauem fecerat, et diuitias 20 graues fecit. Quemadmodum nihil refert, utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo colloces — quocumque illum transtuleris, morbum secum suum transferet —, sic nihil refert, utrum aeger animus in diutiis an in paupertate ponatur.: malum illum suum sequitur. VALE

---

Hense<sup>2</sup>, exsiliens ed. Rom., Schweighaeuser, Hense<sup>1</sup> || 3 suum Q L P Par.b, uim corr. ex suis p || 4 concuersationesq; (q; ex quae Q<sup>1</sup>) Q, concuersationesque vulgo || 5 Ac dic& Q L P Par.b, accidet p || 6 foeno/ris Q L P || 7 ex super add. Q<sup>1</sup> || 8 Repres. Q || 10 proprior Q | saeculum Q L, sec- p P Par.b || 11 Id est Q L M, id est p, idem P Par.b: idem est Gertz et Hense, idem autem — sat est seclusit Fickert, idem autem omni seculo sat est coni. Madvig || 12 epistolam Q L P || 13 parthos Q p L P Par.b, Parthorum Gertz || 15 epicurio, sed i punct. Q || 17 animo ex anima corr. Q: inter animo et Illud inseruit etiam compend. m. rec. Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XVIII. i      **D**ecember est mensis: cum maxime ciuitas sudat. Ius luxuriae publice datum est. Ingenti apparatu sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum: adeo nihil interest, ut <sup>5</sup> non uideatur mihi errasse, qui dixit olim mensem Decem-  
brem fuisse, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum: utrum nihil ex cotidiana consuetudine mouendum an, ne dissidere uideremur cum publicis moribus, et hi-<sup>10</sup> larius cenandum et exuendam togam. Nam quod fieri nisi in tumultu et tristi tempore ciuitatis non solebat,  
vol. 17<sup>v</sup> uoluptatis causa ac festorum dierum uestem mutauimus.

3 Si te bene noui, arbitri partibus functus nec per omnia nos similes esse pilleatae turbae uoluisses nec per <sup>15</sup> omnia dissimiles: nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, ut tunc uoluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit: certissimum enim argumentum firmitatis suae capit, si ad blanda et in  
4 luxuriam trahentia nec it nec abducitur. Hoc multo <sup>20</sup> fortius est, ebrio ac uomitante populo siccum ac solum esse, illud temperatius, non excerpere se nec insignire, nec misceri omnibus et eadem, sed non eo-

---

<sup>2</sup> December *ex December corr. Q<sup>2</sup>*, December *L* || 3 publice *Q*, recte retinuerunt nonnulli *edd.* inde ab *Erasmo et Mureto*: publicae *vulgo* || 5 s. ut uideatur *Q p L P Par.b*, ut non uideatur <sup>5</sup>: ut uideatur mihi <sup>n</sup> errasse coni. *Hense* || 6 s. decim/brem *Q* || 11 caen- *Q L P*, coen- *p*, cen- *Par.b M* || 15 pillae atq *Q pr.*, sed a *puncti*. *ante e et extrema e prope abr.* || 18 in illas *Q cum plerisque codd.*, in illis *p defendit Chatelain, rev. de phil. I p. 106* | omnes *Q pr.*, sed i *supra e ead. m.* || 19 suę *Q* || 20 nectit *Q L Par.b* || 22 temperantius *Q p L*, temperatius *P Par.b*, *vulgo* | excerpere se sic *Q L P Par.b recte* || 23. insig/nire *Q p L P Par.b*, insigniri *p*, *vulgo*. An non excerpere se uel insignire? | sed misceri *Volkmann* et *Waltz parum opportune*

dem modo facere : licet enim sine luxuria agere festum diem. Ceterum adeo mihi placet temptare animi tui firmatatem, ut ex p<sup>rae</sup>cepto magnorum uirorum tibi quoque p<sup>rae</sup>cipiām : interponas aliquot dies, quibus contentus minimo ac uilissimo cibo, dura atque horrida ueste dicas tibi: « hoc est quod timebatur? » In ipsa securitate animus ad difficultia se p<sup>rae</sup>paret et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit, sine ullo hoste uallum iacit et superuacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc se cuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad inopiam accesserunt, ne umquam expauescerent quod saepe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere Timoneas cenas et pauperum cellas, et quicquid aliud est, per quod luxuria diuitiarum tedium ludit : grabatus ille uerus sit et sagum et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer, interdum pluribus diebus, ut non lusus sit, sed experientum : tunc, mihi crede, Lucili, exultabis dipondio satur et intelleges ad securitatem non opus esse fortuna: hoc enim, quod necessitati sat est, dabit et irata. Non est tamen quare tu multum tibi facere uidearis: 8 facies enim, quod multa milia seruorum, multa milia pauperum faciunt. Illo nomine te suspicere, quod facies non coactus, quod tam facile erit tibi illud pati semper

3 prec- Q || 7 prep- Q | fortunae Q recte, sed a punct. et sic passim || 9 post decurrit distinxit P. Thomas rectius, antea interpungebatur post hoste | iacē ex iac& corr. Q<sup>2</sup>, eadem corr. in P, iacet L, iacit P : dicit Cornelissen, facit Willems et P. Thomas, sed recte Hense confert Liv. XXX 10,1 L. || 11 uolueris Q L | exerceas Q cum plerisque cod.: exerce Muretus || 15 temoneas Q p L P Par.b: corr. Turnebus | Caenas Q cum p L P Par.b || 16 s. ted- Q || 17 Grabatus Q cum P Par.b M, grabatus L, grabattus p || 20 dispondio sed s punct.Q, dispondio Par.b || 22 necessitati ex necessitate corr. ead. m. Q, necessitate p<sup>1</sup> | deb& Q p L P Par.b: dat et Schwei- ghaeuser, dabit et Haupt || 25 suscipe Q Par.b

quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum et ne  
 inparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas fa-  
 tol. 18<sup>r</sup> miliaris. Securius diuites erimus, si scierimus, || quam  
 9 non sit graue pauperes esse. Certos habebat dies ille  
 magister uoluptatis Epicurus, quibus maligne famem 5  
 extingueret, uisurus, an aliquid deesset ex plena et  
 consummata uoluptate, uel quantum deesset et an  
 dignum quod quis magno labore pensaret: hoc certe  
 in his epistulis ait, quas scripsit Charino magistratu  
 ad Polyaenum. Et quidem gloriatur non toto asse se pa- 10  
 sci, Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto.  
 10 In hoc tu uictu saturitatem putas esse? Et uoluptas est;  
 uoluptas autem non illa leuis et fugax et subinde refi-  
 cienda, sed stabilis et certa. Non enim iucunda res est  
 aqua et polenta aut frustum hordeacei panis, sed 15  
 summa uoluptas est posse capere etiam ex his uolupta-  
 tem et ad id se deduxisse, quod eripere nulla fortunae  
 11 iniquitas possit. Liberaliora alimenta sunt carceris, se-  
 positos ad capitale supplicium non tam anguste, qui  
 occisurus est, pascit; quanta est animi magnitudo ad 20  
 id sua sponte descendere, quod ne ad extrema quidem  
 decretis timendum sit! hoc est praeoccupare tela for-  
 tunae. Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetu-  
 dinem et aliquos dies destina, quibus secedas a tuis  
 rebus minimoque te facias familiarem; incipe cum pau- 25

---

1 ad paululum *Q p L P Par.b* || 2 inper- *Q pr.* || 9 in his *Q cum*  
*plerisque codd.*: in iis (*vel is*) *O. Rossbach* | epistolis *Q L Par.b.*,  
*aep- P* || 10<sup>s</sup>. *assepasci Q cum rell. codd.*, se add. *Muretus* || 11 *me-*  
*trodrorum sed altera r abr. Q* | proficerit ex profic- *Q<sup>s</sup>*, proficerit  
*L P* || 14 *iocunda ex iuc- Q<sup>i</sup>*, *iocunda L pr. Par.b* || 15 *hordeaci*  
*Q p L* (e *supra i priorem L*) *P*, *hordeacei Par.b, vulgo* || 18 *Libe-*  
*ri/ora (i altera in ras., o add. ineunti versui ead. m.) Q cum p*  
*L P Par.b*: *liberaliora Muretus, uberiora Buecheler* || *carceris*,  
*sepositos ad capitale supplicium non tam anguste Q pr.*, *carceris*  
*sepositis ad capitale supplicium. non tam anguste corr. m. rec.*  
 || 22 *decr&is Q p L P Par.b*: redactis *Muretus, deiectis Mudvig,*  
*damnatis G. Hess, secretis R. Waltz* | preocc- *Q* | tali fortunae *Q*,  
*talē fortunē sed in marg.* | talē fortunā *manu vet. L*

pertate habere commercium: « aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum | finge deo. » Nemo alias est deo <sup>13</sup> dignus quam qui opes contempsit; quarum possessio-  
nem tibi non interdico, sed efficere uolo, ut illas in-  
5 trepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate uitetur persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper aspexeris.

Sed iam incipiamus epistulam complicare. « Prius, <sup>14</sup> inquis, redde quod debes. » Delegabo te ad Epicurum,  
10 ab illo fiet numeratio: « inmodica ira gignit insaniam. » Hoc quam uerum sit, necesse est scias, cum habueris et seruum et inimicum. In omnes personas hic exar-  
descit affectus; tam ex amore nascitur quam ex odio, non <sup>15</sup> minus inter seria quam inter lusus et iocos: nec interest, ex quam magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, sed quo incidat: nam etiam maximum solida non re-  
cepérunt, rursus arida || et corripi facilia scintillam <sup>fol. 18v</sup> quoque fouent usque in incendium. Ita est, mi Lucili,  
20 ingentis irae exitus furor est, et ideo ira uitanda est non moderationis causa, sed sanitatis. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**xulto, quotiens epistulas tuas accipio: implent <sup>i</sup> Ep. XIX.  
enim me bona spe et iam non promittunt de te, sed <sup>j</sup>

---

<sup>i</sup> commertium *Q* *L* || 3.s. possessionē *Q* *p* *L* *P* *Par.b* *M*: pos-  
sessione *mavult ex Trossii libro Hense cum nonnullis vett. edd.*

|| 6 beatae *Q* || 8 epistolam *Q* *L* *P* *Par.b* | compl- sic *Q* *L*  
|| 13 affec/tus tam *Q* *L* *P* (adf. *L*<sup>1</sup> *P*) *Par.b* *M*, affectus et tam *p*  
*defendit Chatelain rev. de phil. I p. 106* || 16 refert, t add. *Q*<sup>2</sup>  
|| 17 sed quo/incipidat sic *Q* *L* *p*<sup>2</sup> *P recte* || 18 facilla *pr.* *Q* *p* *L*,  
facilli corr. *Q*<sup>2</sup> et, ut videtur, *L*, facillia *p*<sup>2</sup> || 19 quoque *ex quoquo*  
corr. *Q* | in *supra scr. ead. m.* *Q*  
23 quoties *Q* *pr.* *p*<sup>1</sup> *L*, | epistolas *Q* *L* *P* *Par.b* | impl- sic *Q* *L* *P*

spondent. Ita fac, oro atque obsecro: — quid enim habeo melius, quod amicum rogem, quam quod pro ipso rogaturus sum? — si potes, subduc te istis occupationibus; si minus, eripe. Satis multum temporis sparsimus: incipiamus uasa in senectute colligere. Numquid inuidiosum est? in freto uiximus, moriamur in portu. Neque ego suaserim tibi nomen ex otio petere, quod nec iactare debes nec abscondere. Numquam enim usque eo te abigam generis humani furore damnato, ut latebram tibi aliquam parari et obliuionem uelim: id age, ut otium tuum non emineat, sed appareat. Deinde uidebunt de isto, quibus integra sunt et prima consilia, an uelint uitam per obscurum transmittere: tibi liberum non est. In medium te protulit ingenii uigor, scriptorum elegantia, clarae et nobiles amicitiae; iam notitia te inuasit: ut in extrema mergaris ac penitus recondaris, tamen priora monstrabunt. Tenebras habere non potes; sequetur, quocumque fugeris, multum pristinae lucis: quietem potes vindicare sine ullius odio, sine desiderio aut morsu animi tui. Quid enim relinques, quod inuitus relictum a te possis cogitare? clientes? quorum nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te. Amicitia olim petebatur, nunc praeda: mutabunt testamenta destituti senes, migrabit ad aliud limen salutator. Non potest paruo res magna constare: aestima, utrum te relinquere an aliquid ex tuis malis. Vtinam quidem tibi senescere

---

<sup>1</sup> habeo Q L Par.b || 5 Nunquid Q || 7 ocio Q || 10 &/obliuionē Q L Par.b (et supra scr. Par.b<sup>1</sup>), obliuionem P, obliuione Haase et Hense ex p: ad obliuionem Muretus, in obliuionem G. Gemoll. Iam inde ab Erasmo<sup>1</sup> complures edd. probarunt vulgatam lectionem latebram.. aliquam... et obliuionem quae per hendiadyn idem significat aliquid latebram aliquam obliuionis || 15 elegantiae Q p L, elegantia sed post a alt. una litt. rasa P, elegante Par.b | clare Q || 16 in extrema Q cum refl. codd.: in extremo coni. Madvig, inter extrema Io. Mueller || 19 uindi/care Q pr., uend- Q<sup>a</sup> perperam || 22 olim amicitia Q L P Par.b, amicitia olim Haase et Hense ex altis codd. || 24 potest, t alteram inseruit Q<sup>a</sup>, potes p<sup>1</sup>

contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset! tulit te longe a conspectu uitae salubris rapida felicitas, prouincia et procuratio, et quicquid ab istis promittitur: maiora deinde officia te s. excipient et ex aliis alia. Quis exitus erit? quid exspectas, donec desinas habere, quod cupias? || numquam erit fol. 19<sup>r</sup> tempus. Qualem dicimus seriem esse causarum, ex quibus nectitur fatum, talem esse cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es uitam, 10 quae numquam tibi terminum miseriarum ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo tritam: semel illam incidi quam semper premi satius est. Si te ad priuata retuleris, minora erunt omnia, sed adfatis implebunt: at nunc plurima et undique ingesta non 15 satiant. Vtrum autem mauis ex inopia saturitatem an in copia famem? et auida felicitas est et alienae auditati exposita: quandiu tibi satis nihil fuerit, ipse aliis non eris. «Quomodo, inquis, exibo?» Vt cumque: 8 cogita, quam multa temere pro pecunia, quam multa 20 laboriose pro honore temptaueris; aliquid et pro otio audendum est, aut in ista sollicitudine procreationum et deinde urbanorum officiorum senescendum in tumultu ac semper nouis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla uitae quiete contigit. Quid enim ad

---

<sup>2</sup> mississ& Q, || 3 felicitas. Prouintia & procuratio Q *cum L P* (prouincia P) Par.b M, felicitas et preparatio p || 5 s. exspectas Q, expectas L Par.b, spectas p P. Madvig interpongit Quid exspectas? Donec d. h. q. cupias? Numquam erit tempus || 8 talem esse cupiditatem Q *cum vell. mss.*: t. et c. vel t. dicimus esse c. *edd.* vett.: post esse suppl. scias vel puta Madvig, necesse est C Brahman, necesse Bourgery. At nulla emendatione locum egere puto || 9 nasciturus Q L (us tineola notatum L<sup>2</sup>) | dimissus Q L || 11 factura ex corr. Q<sup>2</sup> || 12 illam ex illum corr. Q<sup>2</sup> || 13 retuleris sic Q p L P Par.b || adf. sic Q L P || 15 Vtrumq; Q pr., sed q; punct. ead. m. | maius Q L | inopiam sed in transfixit Q<sup>2</sup> || 17 felicitati Q L || 20 temptaueris ex temperaueris corr. Q || 22 deinde ex deinde corr. Q<sup>2</sup> | urbanorum, ut ex corr. Q | senescendum Q L P Par.b: hunc locum varie emendare conati sunt viri docti, sed non necessario

rem pertinet, an tu quiescere uelis? fortuna tua non uult. Quid si illi etiam nunc permiseris crescere? quan-  
9 tum ad successus accesserit, accedet ad metus. Volo tibi hoc loco referre dictum Maecenatis uera in ipso eculeo elocuti: « ipsa enim altitudo attonat summa. » 5  
Si quaeris, in quo libro dixerit: in eo, qui Prometheus inscribitur. Hoc uoluit dicere, attonita habet summa. Est ergo tanti ulla potentia, ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus ille uir fuit, magnum exemplum Romanae eloquentiae datus, nisi illum eneruasset fe- 10  
licitas, immo castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahes ueia, nisi, quod ille sero uoluit, terram leges.

- 10 Poteram tecum hac Maecenatis sententia parem facere rationem: sed mouebis mihi controuersiam, si noui te, nec uoles quod deboeo, *nisi* in aspero et probo 15 accipere. Ut se res habet, ab Epicuro *versura* facienda est. « Ante, inquit, circumspiciendum est, cum quibus edas et bibas, quam quid edas et bibas: nam 11 sine amico uisceratio leonis ac lupi uita est. » Hoc non continget tibi, nisi secesseris: alioquin habebis conuiuas, 20  
fol. 19<sup>v</sup> || quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. Errat autem, qui amicum in atrio quaerit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat,

---

3 accedat *Q L P Par.b* || 4 mēc- *Q* || 5 aeculeo *Q* | elocuti *Q* s, locuti *L* || 6 queris *Q* | pro/m&us *Q* || 9 ille uir *sic Q L Par.b*  
*P M cod. Arg.* || 10 romanę *Q* || 11 castr- *ex crast- corr.* *Q* || 12 legis *Q L* || 15 in aspero / & probo *Q L P Par.b M*, nisi *anteposuit* Erasmus et defendit Madvig *qui aut nisi supplendum aut nec tollendum putat* (*op. c.*, p. 468 s.): in aspero et improbo Haase et Hense *ex p*; Hense *tamen dubitans coni* deboeo in aspero et probo, in improbo: Fickeri *proposuit* si noui te, et uoles q. d., in aspero et probo accipere || 16 ad epicuro *Q* || 18 aedas.... aedas *Q* || 20 Alioquin *sic Q cum L P Par.b* (aliоquim *Par.b*) *M* || 21 no-  
mendator *Q pr. flane depravatum ex nomenclator*, nomenclator *corr.* *Q*, *in marg.* & clator *Q<sup>1</sup>*; item *in marg.* *L qui in textu exhibet* nomenclator || 24 obsessus sed s post ob *supra scr.* *Q<sup>2</sup>*, *in marg.* & obsessus *Q<sup>1</sup>*: item *L ubi in marg.* obsessus *L<sup>1</sup>*

quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos animos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint: leue aes alienum debitorem facit, graue inimicum « Quid ergo? beneficia non parant <sup>12</sup> amicitias? » Parant, si accepturos licuit eligere, si conlocata, non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tuae, interim hoc consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere, quis, quam quid acceperit.

VALE.

<sup>10</sup>

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

<sup>1</sup> Si uales et te dignum putas, qui aliquando fias tuus, Ep. XX  
 gaudeo: mea enim gloria erit, si te istinc, ubi sine spe exeundi fluctuaris, extraxero. Illud autem te, mi  
 Lucili, rogo atque hortor, ut philosophiam in praecordia  
<sup>15</sup> ima demittas et experimentum profectus tui capias non  
 oratione nec scripto, sed animi firmitate, cupiditatum  
 diminutione: uerba rebus proba. Aliud propositum est <sup>2</sup>  
 declamantibus et adsensionem coronaee captantibus, aliud  
 his, qui iuuenum et otiosorum aures disputatione uaria  
<sup>20</sup> aut uolubili detinent: facere docet philosophia, non  
 dicere, et hoc exigit, ut ad legem suam quisque uiuat,  
 ne orationi uita dissentiat *aut ipsa inter se uita, ut*  
 unus sit omnium actionum color [sit]. Maximum hoc  
 est et officium sapientiae et indicium, ut uerbis opera

<sup>1</sup> efficacia Q || <sup>2</sup> animos Q P Par.b: 'fortasse rectius' adnotat Hense, qui in textu posuit cum Haasio amicos || <sup>4</sup> erga Q L || <sup>7</sup> tue Q || <sup>8</sup> quisquam Q pr., mutavit in qui quam (quam compend.) m. rec. perpetram

<sup>14</sup> phyl- Q | prec- Q || <sup>15</sup> dimittas Q L || <sup>16</sup>s. firmitate cupiditatum diminutione (*ex* deminit- corr. Q<sup>2</sup>) sic Q P Par.b (dim- Par.b) recte || <sup>17</sup> probo Q L | propositum *ex* prepos- corr. Q<sup>2</sup> || <sup>20</sup> aut *ex* uut corr. ead. m. Q | uolabili Q || <sup>22</sup>s. ut ipsainterse uita un ussit (*inter* un et ussit aliquid abrasum) omniumactio/ dissentionum color. Sit Q. Hunc locum corruptum etiam vell. codd. exhibent, *inter*

concordent, ut ipse ubique par sibi idemque sit. « Quis  
 hoc praestabit? » Pauci, aliqui tamen. Est enim difficile  
 hoc: nec hoc dico, sapientem uno semper iturum gradu,  
 3 sed una uia. Obserua te itaque, numquid uestis tua  
 domusque dissentiant, numquid in te liberalis sis, in 5  
 tuos sordidus, numquid cenes frugaliter, aedifices luxuriose.  
 Vnam semel, ad quam uiuas, regulam prende et ad hanc  
 omnem uitam tuam exaequa. Quidam se domi contra-  
 hunt, dilatant foris et extendunt: uitium est haec  
 diuersitas et signum uacillantis animi ac nondum habentis 10  
 4 tenorem suum. Etiamnunc dicam, unde sit ista incon-  
 stantia et dissimilitudo rerum consiliorumque: nemo  
 proponit sibi, quid uelit, nec si proposuit, perseuerat  
 fol. 20<sup>r</sup> in eo, sed transilit; nec tantum || mutat, sed reddit et  
 5 in ea, quae deseruit ac damnauit, reuolutur. Itaque ut 15  
 relinquam definitiones sapientiae ueteres et totum con-  
 plectar humanae uitae modum, hoc possum contentus  
 esse: quid est sapientia? semper idem uelle atque idem  
 nolle. Licet illam exceptiunculam non adicias, ut rectum  
 sit, quod uelis: non potest enim cuiquam idem semper 20  
 6 placere nisi rectum. Nesciunt ergo homines, quid uelint,

---

*quos proxime ad Q accedunt L P Par.b ubi legitur ut ipsa inter  
 se uita una/sit (a ex u ut videtur L<sup>3</sup>, unus sit P Par.b) omnium  
 actio dissensionum (in marg. l dissensio) color sit. Varie emendare  
 conati sunt viri docti tam ab ed. Mentel., quorum neminem adhuc  
 probabiliter hunc locum expedivisse adfirmat Hense<sup>2</sup> in Add. et Corr.:  
 a vero tamen non multum abhorreve mihi videtur conjectura Mad-  
 vigii aut ipsa inter se uita, unus sit omnium actionum color  
 ita ut alterum comma unus — color sit explicatio alterius aut —  
 uita et tota sententia congruat cum eis quae continuo secuntur  
 Maximum hoc est — par sibi idemque sit. Quod autem Madvig  
 animadvertisit (op. cit. p. 469) de vocabulo dissensio 'in medio  
 verbo actionum male ex superiora dissentiat interpositum est', magis  
 etiam confirmatur codice Q ubi legitur dissentionum. Fickerum  
 autem sequens addo ut ante unus || 2 preſt- Q | aliquit sed t puncti.  
 et abras. Q || 3 hoc ante nec seclusi Haase | iterum. Q sed u  
 supra e scri. ead. m., iterum p<sup>1</sup> || 4 Obseruare Q p L R (sed re  
 ras. P) Par.b Arg.b M: obserua te Hense || 6 caenes Q L P  
 Par.b | aedifices sed a abr. Q || 15 eam Q 4 | seruit Q || 16 ueteris  
 Q p L R Par.b || 19 exceptiunculam ex exceptiuaculum corr. Q<sup>2</sup>*

nisi illo momento, quo uolunt : in totum nulli uelle aut nolle decretum est. Variatur cotidie iudicium et in contrarium uertitur ac plerisque agitur uita per lusum. Preme ergo quod coepisti, et fortasse perduceris aut ad summum 5 aut eo, quod summum nondum esse solus intellegas. « Quid 7 fiet, inquis, huic turbae familiarium sine re familiari ? » Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascet, aut quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies : illa ueros certosque amicos retinebit ; discedet quisquis 10 non te, sed aliud sequebatur. Non est autem uel ob hoc unum amanda paupertas, quod a quibus ameris ostendet ? O quando ille ueniet dies, quo nemo in honorem tuum mentiatur ! Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, 8 hoc opta, omnia alia uota deo remissuris, ut contentus 15 sis temet ipso et ex te nascentibus bonis. Quae potest esse felicitas propior ? Redige te ad parua, ex quibus cadere non possis, idque ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum huius epistulae, quod statim conseram.

Inuideas licet, etiam nunc libenter pro me dependet 9  
 20 Epicurus. « Magnificentior, mihi crede, sermo tuus in grabato uidebitur et in panno : non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur. » Ego certe aliter audio, quae dicit Demetrius noster, cum illum uidi nudum, quanto minus quam [in] stramentis incubantem : non praceptor ueri, 25 sed testis est. « Quid ergo ? non licet diuitias in sinu positas 10 contemnere ? » Quidni liceat ? Et ille ingentis animi est, qui illas circumfusas sibi, multum diuque miratus, quod

<sup>2</sup> in supra scr. ead. m. Q || 6 turbae (a perperam punct. m. rec. Q) familiarium siue rei familiari Q p L P Par.b: corr. Hense || 7 te Q p L P Par.b, se s | pascit Q L || 9 discedit Q p L P<sup>1</sup> Par.b || 10 ob ex ab corr. ead. m. Q, ab P<sup>1</sup> || 11 ameris ex aem- radendo Q || 12 uenit, i& in ras. Q || 16 proprior (pro add. com- pondiese Q<sup>1</sup>) Q L || 18 huius epistolae (eplae, a perperam punct. m. rec. Q) Q p L || 21 grabatto ex crab- corr. m. rec. Q, crabatto L, grabatto P || 22 probantur Q L P<sup>1</sup> | Ergo Q || 24 instrumentis Q, in delevit Haupt, seclusit Hense | prec- Q || 26 contempnere Q

ad se uenerint, ridet suasque audit magis esse quam sentit. Multum est non corrupti diuitiarum contubernio ;  
 11 magnus ille, qui in diutiis pauper est. « Nescio, inquis, quomodo paupertatem iste latus sit, si in illam inci-  
 fol. 20<sup>v</sup> derit. » Nec ego, Epicuree, an *gulosus* iste pauper contemp- || 5  
 turus sit diutias, si in illas inciderit : itaque in utroque mens aestimanda est inspiciendumque, an ille paupertati indulget, an hic diutiis non indulget : alioquin leue argumentum est bonae uoluntatis grabatus aut pannus, nisi apparuit aliquem illa *non* necessitate pati, sed malle. || 10  
 12 Ceterum magnae indolis est ad ista non properare tamquam meliora, sed praeparari tamquam ad facilia. Et sunt, Lucili, facilia; cum uero multum ante meditatus accesseris,  
 13 iucunda quoque : inest enim illis, sine qua nihil est iucundum, securitas. Necessarium ergo iudico, id quod tibi || 15  
 scripsi magnos uiros saepe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad ueram. Quod eo magis faciendum est, quod deliciis permaduimus

---

5 epicuri angulus siiste Q p L, e. angulus. si iste P. Hunc locum corruptum multimodis temptarunt viri docti : Epicuri an aemulus iste coni. Schweighaeuser quem secuti sunt Fickert et Haase; Epicure, an uetus iste Madvig, Epicure, an tuus iste P. Thomas; Epicure, an pullatus iste Hense dubitans; Epicure, an gulosus iste P. Hauck. Epicuri an gulosus i. R. Waltz. Malo scribere Epicuree, an gulosus iste et sic interpretor Nec ego (*sub.* scio *ex praeced.* nescio), Epicuree (*scil.* Epicuro pertinaciter addicte : cf. ep. 23,9 Possum enim tibi uocem Epicuri tui reddere *cet.*), an gulosus iste pauper (*scil.* si pauper sit) contempturus sit diutias *cet.*, quae verba tamquam *ira excandescens* Senecae *ex imo pectore erumpunt*. Epicurie autem mallem qnam Epicuree scribere, si qua certa exempla illius formae etymo fretae (*cf.* Aristoteleus et -ius, Democriteus et -ius *similia*) Senecae actas suppeditaret | contemt- Q || 6 inciderit, ci supra scr. ead. m. Q || 7 e exp. ante mens | exis/timanda Q L || 9 bone Q | grabatus ex crab- corr. m. rec. Q, crabattus L, grabattus p P M || 10 illa necessitate Q || 11 magna Q || 12 prep. Q || 13 multum Q pr. et p, multo vulg.: multum ut obiectum participii meditatus defendit Chatelain rev. de phil. I p. 106 || 14 iucunda Q pr, ioc- corr. m. rec.; iocunda L<sup>1</sup> Par.b || 15 iocundum Q pr., sed u supra o ead. m., postea u abr. et iocundum corr. in iocunda perperam m. rec.; iocundum L Par.b | ego Q cum plerisque codd. | 18 quom del. O. Rossbach

et omnia dura ac difficilia iudicamus : potius excitandus  
e somno et uellicandus est animus admonendusque na-  
turam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur diues ;  
quisquis exit in lucem, iussus est lacte et panno esse  
5 contentus : ab his initiiis nos regna non capiunt. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**C**um istis tibi esse negotium iudicas, de quibus scrip- 1 Ep. XXI.  
seras : maximum negotium tecum habes, tu tibi molestus  
es. Quid uelis nescis ; melius probas honesta quam  
10 sequeris : uides, ubi sit posita felicitas, sed ad illam  
peruenire non audes. Quid sit autem, quod te impeditat,  
quia parum ipse dispicis, dicam : magna esse haec exi-  
stimas, quae relicturus es, et cum proposuisti tibi illam 2  
securitatem, ad quam transiturus es, retinet te huius  
15 uitae, a qua recessurus es, fulgor tamquam in sordida  
et obscura casurum. Erras, Lucili: ex hac uita ad illam  
ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem,  
cum haec certam originem habeat ac suam, ille niteat  
alieno, hoc inter hanc uitam et illam : haec fulgore  
20 extrinsecus ueniente percussa est, crassam illi statim um-  
bram faciet quisquis obstiterit : illa suo lumine inlustris  
est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Exem- 3  
plum Epicuri referam. Cum Idomeneo scriberet et illum a  
uita speciosa ad fidelem || stabilemque gloriam reuocaret, fol. 21r

2 uellicandus *ex uellicandius corr. radendo Q* || 4 Iussus *Q sed*  
*sus ex corr.*

7 s. scripseras maximum *Q*, scripseras ? maximum *Haase et*  
*Hense* || 9 nescis *ex nescius radendo Q* || 10 scit *Q* || 11 imp-  
sic *Q* || 12 s. existimes *Q L* || 15 uite *Q* | fulgor *Q L* || 17 asc-  
sic *Q L Hense*<sup>1</sup> | int, tsupra scr. ead. m. *Q* | splendorē, lneolam  
super add. m. rec. *Q* || 18 habeat hac *Q L* | nit& *Q p<sup>1</sup> L P<sup>1</sup> Par.b*  
*M*, niteat vulgo || 19 fulgere *Q L* || 22 nobilē *ex nobilent corr.*  
*Q<sup>1</sup>* | efficient sic *Q L P Par.b M recte*

rigidae tunc potentiae ministrum et magna tractantem : « si gloria, inquit, tangeris, notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista, quae colis et propter quae 4 coleris. » Numquid ergo mentitus est ? quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum litteris suis incidisset ? Omnes 5 illos megistanas et satrapas et regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistulae non sinunt : nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progenet et Drusus Caesar pronepos ; inter tam magna nomina taceretur, 10 nisi sibi Cicero illum adplicuissest. Profunda supra nos alti-  
tudo temporis ueniet, pauca ingenia caput exerent et in  
idem quandoque silentium abitura obliuioni resistant ac  
se diu uindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit  
promittere, hoc tibi promitto, Lucili : habebo apud 15  
posteros gratiam, possum tecum duratura nomina educere.  
Vergilius noster duobus memoriam aeternam promisit et  
praestat : « fortunati ambo : siquid mea carmina possunt, |  
nulla dies umquam memori uos eximet aevo, | dum domus  
Aeneae Capitoli immobile saxum | accolet imperiumque 20  
6 pater Romanus habebit. » Quoscumque in medium for-  
tuna protulit, quicunque membra ac partes alienae po-  
tentiae fuerunt, horum gratia uiguit, domus frequentata  
est, dum ipsi steterunt; post ipsos cito memoria defecit.  
Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor 25

---

<sup>1</sup> rigide Q : regiae coni. Lipsius || 5 incidiss&, ci supra scr.  
ead. m. Q sed ci mut. in di Q<sup>2</sup>, incidisset p<sup>1</sup> L P Par.b, indid-  
p<sup>2</sup> || 6 megisthanas Q L P || 8 antici, N in ras. Q<sup>1</sup>, antici p  
| epistole Q, epistolae L || 11 sibi inseruit Gertz | supra Q L Par.b,  
super Hense cum aliis codd. et vett. edd.: cf. ep. 23,3 supra omnia  
Q L P Par.b || 13 obitura ex oblit- radendo Q, obitura p L P,  
abitura 5 || 14 uindicabunt ex iudic- corr. ead. m. Q | Quod Q  
|| 16 durata Q || 18 prest. Q || 19 memori, ri in ras. et continuo  
abrasum alterum ri Q || 20 geneae ex antennae corr. Q<sup>1</sup> | capitulo  
Q pr., capituli Q<sup>1</sup> | imperium quae, a puncti. Q || 23 fuerant Q  
p L P Par.b, defendit A. Uhl: fuerunt Gloeckner et Gertz  
|| 24 cito supra scr. Q<sup>1</sup>

habetur, sed quicquid illorum memoriae adhaesit, excipitur.

Ne gratis Idomeneus in epistulam meam uenerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit, qua hortatur, ut Pythoclea locupletem non publica nec anticipi uia faciat. « Si uis, inquit, Pythoclea diuitem facere, non pecuniae adiciendum, sed cupiditati detrahendum est. » Et apertior ista sententia est quam *ut* interpretanda sit, et disertior quam ut adiuwanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum existimes fol. 21v de diuitiis dictum : quocumque transtuleris, idem poterit. Si uis Pythoclea honestum facere, non honoribus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum ; si uis Pythoclea esse in perpetua uoluptate, non uoluptatibus adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum ; si uis Pythoclea senem facere et implere uitam, non annis adiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Has uoces non est quod Epicuri esse iudices : publicae sunt. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoque existimo : cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere sententiam et sequor *quod* probo. Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis, qui ad illum configunt spe mala inducti, qui uelamentum ipsos

<sup>1</sup> quicquid *ex* quidq- corr. *edd. m.*, *postea restituit* quidq- *m. rec. Q* : *praefero* quicq- *ut* solet *Q* || 3 *epistolam Q L P* || 4 *Adhuc Q cum p<sup>1</sup>* || 5 *phytoclea Q L*, *pythoclea P* || 6 *uia, i supra scr. ead. m. Q* | *phythoclea Q*, *phytoclea L* || 9 *ut ante interpretanda om. Q p L P Par.b, habent* 5 | *dis/serior Q p L P* || 13 *si uis — 15 detrahendum in marg. super Q<sup>1</sup>* || 16 *semien Q, semen sed n priore correcta ex m L* | *impl- sic Q L P* | *uita Gertz: fort. et eius implere uitam* || 17 *ē post adiciendum supra scr. Q<sup>1</sup>* || 19 *ergo Q sed r exp. | phyl- Q* || 21 *sequor. Pro eo Q p L, sequor probo P Par.b: sequor quod probo. Eo Hense ex conjectura Hauptii et Madvigii* || 22 *isti Q p L P Par.b, istis Muretus | adillam Q cum L, ad illa p vulg.: ad illum Hense ex conjectura Hauptii* || 23 *ibique pro qui toni. Gertz | ipsos Q p L P Par.b, defendit Madvig recte, ut mihi videtur: cf. ep. 22,10 quod aegre ferre ipsos et misere locuntur et alibi*

uitiorum suorum habituros existimant, probem, quo-  
 10 cumque ierint, honeste esse uiuendum. Cum adieris *huius*  
*hortulos, en inscriptum hortulis* « hospes, hic bene manebis,  
 hic summum bonum uoluptas est»: paratus erit istius domi-  
 cili*ii* custos hospitalis, humanus, et te polenta excipiet et 5  
 aquam quoque large ministrabit et dicet: « ecquid bene  
 acceptus es? Non irritant, inquit, hi hortuli famem,  
 sed extinguit, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt,  
 sed naturali et gratuito remedio sedant: in hac uoluptate  
 10 consenui. » De his tecum desideriis loquor, quae consola-  
 tionem non recipiunt, quibus dandum est aliquid, ut  
 desinant. Nam de illis extraordinariis, quae licet differre,  
 licet castigare et opprimere, hoc unum *commonefaciam*:  
 ista uoluptas naturalis est, non necessaria. Huic nihil  
 debes: si quid impendis, uoluntarium est. Venter *praecepta* 15  
 non audit: poscit, appellat. Non est tamen molestus cre-  
 ditor: paruo dimittitur, si modo das illi, quod debes,  
 non *quod* potes. VALE.

SENECAE EPISTVLARVM MORALIVM AD LVCILIVM  
 EXPLICIT LIBER SECUNDVS

20

---

I Probent *Q L P Par.b*: probem corr. *Muretus* || 2 au/die-  
 rit his *Q L*, audierithis *p<sup>1</sup>*: adieris eius *Usener*, adieris enim  
*Gertz*, adieris *O. Rossbach*. Scribo adieris *huius*, *cum praesertim*  
*pronomen* hic *multo saepius quam* is *usurpetur a "Seneca nostro* ||  
 3 & *inscriptū hortulis Q*, et *inscriptum hortulis p L*. *Inter conamina,*  
*quibus viri docti hunc locum emendare studuerunt, veri simillimum*  
*mihi videtur quod O. Rossbach proposuit* (*Berl. phil. Wochenschr.* 1914,  
*p. 493*) en (pro et) *inscriptum* (*vel inscriptumst*) *hortulis, quamquam*  
*ad verum prope accedere etiam Linde videtur qui supplet titulum*  
*post et inscriptum hortulis. Glossematis speciem p<sup>rae</sup> se feri hortu-*  
*lis, sed expungere non audeo: fort. portulae vel portulis* || 6 *ecce*  
*quid Q L* || 7 *irrit- sic Q L* (*sed n supra lin. L*) *Par.b* || 8 *extin-*  
*gunt Q L P Par.b* || 10 *desideriis, alteram i supra sor. Q<sup>1</sup>* || 13 *com-*  
*mune faciam Q Par.b* || 15 *imp- sic Q | prec- Q* || 16 *posscit Q*  
*|| inter est et tamen duae litterae abr. Q* || 18 *quod om. Q | potest*  
*Q L*

*Sunt probocles et appelleantur iudicantes ad iudicium sed iudicantes de iudicacione.*

Epicurus  
Diphocles dicit  
adversus.  
loquitur

tanta pars est tamen deducitur dictum quocumque iustuleris idem poterit. Si iustiprithocles honestum facere non honoribus adiciendum est. sed cupidi tamen de iudicacione. Si iur prithocles tamen facere & implere uitam non annis adiciendum. sed cupiditatibus de iudicacione. his uoces non est quod epicuri esse iudicet. publicet sicut. Quod fieri insenatus debet. Iudicendum ergo in phis. Lordphus quoque exstimo. cum iensat aliquis quod ex parte mihi placet. iubeo illi unde uide res sententiam & sequor. Proco libertas epicuri regregi dicit commemo ro. ut si quod ad illi in configunt spornala inducet inquietum praestitorum suorum habentes gastinunt. Proberent quocumque ierint. honeste esse uuendum. Cunus dicitur huius horatulus & inscriptus horatulus. hos per huc bene manebet. Hoc sumnum bonorum uoluptas est. paratus erit istius domicilius custos hospitium suum. in usus etiopoleis excipiet. & si quam quoque largi ministerabit. & dicas ecce quid bene acceptus erit. non irritant inquit huius horatulam famam. sed extinguit. Nec maiorum ipsi poponibus sum faciunt sed naturalis degeneratio regnedit sedant. In hac uoluptate consenserit. Datur rectum desiderii loqui. quae consolationem non recipiunt; quibus dandum est. aliquid uederint. & unde illi ex quo dina rjius quidam & differre licet castigare & opprimere hoc unum com mune faciunt. Ita uoluptas naturalis est. non necessaria habentibus debet. si quid impendit voluntariam est. Vix precepit non audiit. posse appellat. Non est tamen molestus creditor. per uicidimatur simulo dicit illi quod debet non potest. Vale.

SEN E CAE MORALIUM ADLOCUTIONE. EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCLET LIBER TERTIUS ETIOPOLIS.

SEN E CA LUCULLO SUO SALUTEM.

*I*m intelligi edendum erit te existi occupatio nibus speciosis amulsi sed quomodo hic id consequi possit quia eius. quaedam non nisi a presente monstrantur. Non potest medieus per epistolar cibis ualibus tempus eligere. uenat angenda est. Ut uir prouerbiu[m] est gladiatores in hercina



INCIPIT LIBER TERTIVS EIVSDEM

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Iam intellegis educendum esse te ex istis occupatio- 1 Ep. XXII.  
nibus speciosis et malis, sed quomodo [hic] id consequi  
5 possis, quaeris. Quaedam non nisi a praesente monstrantur.  
Non potest medicus per epistulas cibi aut balnei tempus  
elgere: uena tangenda est. Vetus prouerbium est gla-  
diatorem in harena || capere consilium: aliquid aduersarii fol. 22<sup>r</sup>  
uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio cor-  
10 poris intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, 2  
in uniuersum et mandari potest et scribi; tale consilium  
non tantum absentibus, etiam posteris datur: illud alterum,  
quando fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquu  
nemo suadebit, cum rebus ipsis deliberandum est. Non 3  
15 tantum praesentis, sed uigilantis est occasionem obseruare  
properantem. Itaque hanc circumspice, hanc si uideris,  
prende et toto impetu, totis uiribus id age, ut te istis  
officiis exuas. Et quidem quam sententiam feram, attende:

---

*Libri inscriptio prope eadem in Q et L, quorum uterque omittit  
EPISTVLARVM; in L autem legitur L. ANNAEI ante SENECAE || 3 in-  
telligis Q L Par.b || 4 spetiosis Q, petiosis p | quomodo hic id Q L,  
hic om. rel.: fort. quomodo hoc idem || 5 apresente Q, e praesente  
L P Par.b, presenti (i in ras.) p, praesenti a praesente Haase  
|| 6 epistolas Q L P | balnei sic Q L Par.b M || 12 absentibus  
Q | ante &iam, a quo versus initium capit, add. in marg. set (vel  
sed) compendiose Q<sup>a</sup> (sed addunt s), om. Q pr. et p<sup>i</sup> L P Par.b  
M Hense<sup>a</sup> recte | at ante illud addit Haase ex p<sup>i</sup> || 13 debeat, a  
supra scr. ead. m. Q || 15 pres. Q || 16 properantem ex propor-  
corr. ead. m. Q || 17 imp- sic Q L P || 18 sentia Q | att- sic Q L*

censeo aut ex ista uita tibi aut e uita exeundum. Sed idem illud existimo, leni eundum uia, ut quod male impli-  
 cuesti, soluas potius quam abrumpas, dummodo, si alia  
 4 soluendi ratio non erit, uel abrumpas. Nemo tam timidus  
 est, ut malit semper pendere quam semel cadere. Interim,  
 5 quod primum est, impedire te noli: contentus esto  
 negotiis, in quae descendisti, uel quod uideri mauis, incidisti.  
 Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdes excu-  
 sationem et apparebit te non incidisse. Ista enim, quae  
 dici solent, falsa sunt: « non potui alīter. Quid, si nolle? »  
 10 necesse erat. » Nulli necesse est felicitatem cursu sequi:  
 est aliquid, etiam si non repugnare, subsistere nec instare  
 5 fortunae ferenti. Numquid offenderis, si in consilium  
 non uenio tantum, sed aduoco, et quidem prudentiores  
 quam ipse sum, ad quos soleo deferre, si quid delibero? »  
 Epicuri epistulam ad hanc rem pertinentem lege, Idomeneo  
 quae inscribitur, quem rogat, ut quantum potest fugiat et  
 properet, antequam aliqua uis maior interueniat et  
 6 auferat libertatem recedendi. Idem tamen subicit nihil  
 esse temptandum, nisi cum apte poterit tempestiveque  
 20 temptari: sed cum illud tempus captatum diu uenerit,  
 exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem uetat et  
 sperat salutarem etiam ex difficultimis exitum, si nec  
 7 properemus ante tempus nec cessemus in tempore. Puto,  
 nunc et Stoicam sententiam quaeris. Non est quod quis-  
 25 quam illos apud te temeritatis infamet: cautiores quam  
 fol. 22<sup>v</sup> fortiores sunt. » Expectas forsitan, ut tibi haec dicant:  
 « turpe est cedere oneri: luctare cum officio, quod semel  
 recepisti. Non est uir fortis ac strenuus qui laborem  
 fugit, nisi crescit illi animus ipsa terum difficultate. »  
 30 8 Dicentur tibi ista, si operaे pretium habebit perseue-

---

<sup>2</sup> leniendum *Q L* | impl- sic *Q* || <sup>7</sup> que *Q* | quia *Q L P*  
*Par.b* || <sup>11</sup> cursus *Q L* || <sup>16</sup> epstam *Q*, epistolam *P L* || <sup>17</sup> scribitur *Q*  
 cum rell. codd.: corr. *Haase* || <sup>24</sup> Poto sed u supra o priorem ead. m. *Q*  
 || <sup>28</sup> luctari *Q L P* || <sup>31</sup> opere *Q*

rantia, si nihil indignum bono uiro faciendum patiendumue erit: alioquin sordido se et contumelioso labore non conteret nec in negotiis erit negotii causa. Ne illud quidem, quod existimas facturum eum, faciet,  
 s ut ambitionis rebus implicitus semper aestus earum ferat:  
 sed cum uiderit grauia, in quibus uolutabatur, incerta, anci-  
 pitia, referet pedem, non uertet terga, sed sensim recedet  
 in tutum. Facile est autem, mi Lucili, occupationes euadere, si occupationum pretia contempseris. Illa sunt,  
 10 quae nos morantur et detinent: « quid ergo? tam magnas  
 spes relinquam? ab ipsa messe discedam? nudum erit  
 latus, incomitata lectica, atrium uacuum? » Ab his ergo  
 inuiti homines recedunt et mercedem miseriarum amant,  
 ipsas execrantur. Sic de ambitione quomodo de amica 10  
 15 queruntur: id est, si uerum adfectum eorum inspicias,  
 non oderunt, sed litigant. Excute istos, qui, quae cupiere,  
 deplorant et de earum rerum locuntur fuga, quibus carere  
 non possunt: uidebis uoluntariam esse illis in eo moram,  
 quod aegre ferre ipsos et misere locuntur. Ita est, Lucili: 11  
 20 paucos seruitus, plures seruitutem tenent. Sed si depo-  
 nere illam in animo est et libertas bona fide placuit, in  
 hoc autem unum aduocationem petis, ut sine perpetua  
 sollicitudine id tibi facere contingat, quidni tota te cohors  
 Stoicorum probatura sit? omnes Zenones et Chrysippi  
 25 moderata et honesta tibi suadebunt. Sed si propter hoc 12  
 tergiuersaris, ut circumspicias, quantum feras tecum et

<sup>2</sup> Alioquin Q p, ex alioqui L<sup>2</sup> || 5 implicitus supra vers. scr. Q<sup>1</sup>  
 || 6 uoluntatur (ex uoluntatur Q) Q L P Par.b, uoluntabatur Haase  
 et Hense ex p || 7 fer& Q || 9 praetia Q || 10 ergo, r supra scr.  
 ead. m. Q || 12 incomitta/ta Q || 15 quaeruntur Q L P Par.b  
 || 16 que Q || 17 locuntur Q p P et sic infra || 19 aegre ex age  
 corr. Q<sup>1</sup> || 25 moderata & honesta sic Q L P Par.b, et om. p | tua  
 Q cum plerisque codd., et tua cod. Rehdigeranus I s. XIV, et  
 uera alii s: tuta com. Schweighaeuser et Madvig, sed tua (scil.  
 quae vere sunt tua) defendit Hense, qui scribit moderata, honesta,  
 tua. Puto fuisse tibi || 26 tergiuersaris ex tergau- corr. rubric. Q,  
 i prior in ras. L | circumaspicias Q, circum asp- p L P<sup>1</sup> Par.b

quam magna pecunia instruas otium, numquam exitum inuenies: nemo cum sarcinis enat. Emerge ad meliorem uitam propitiis diis, sed non sic, quomodo istis propitii sunt, quibus bono ac benigno uultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum excusati, quod ista, quae urunt, 5 quae excruciant, optantibus data sunt.

13 Iam imprimebam epistulae signum: resoluenda est, ut cum sollempni ad te munusculo ueniat, et aliquam magni- ||  
 ol. 23<sup>r</sup> ficam uocem ferat secum: et occurrit mihi ecce nescio utrum uerior an eloquentior. «Cuius?» inquis: Epicuri 10  
 14 — adhuc enim alienas sarcinas adoro —: «nemo non ita exit e uita, tamquam modo intrauerit.» Quemcumque uis occupa, adulescentem senem medium: inuenies aequa timidum mortis, aequa insciuim uitae. Nemo quicquam habet facti: in futurum enim nostra distulimus. Nihil me 15 magis in ista uoce delectat quam quod exprobratur senibus infantia. «Nemo, inquit, aliter quam qui modo natus est, exit e uita.» Falsum est: peiores morimur quam nascimur. Nostrum istud, non naturae uitium est; illa nobiscum queri debet et dicere: «quid hoc est? sine cupiditatibus 20 uos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia ceterisque pestibus: quales intrastis, exite.» Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur quam nascitur: nunc uero trepidamus, cum periculum accessit, non animus nobis, non color constat, lacrimae nihil profuturae ca- 25 dunt. Quid est turpius quam in ipso limine securitatis

---

3 diis sic Q p L P Par.b | istis ex istius corr. ead. m. Q  
 || 5 quae urunt sic Q p L recte || 7 epistolae Q L P || 11 adoro Q  
 L P Par.b, defendit O. Rossbach, Berl. philol. Wochenschr. 1914  
 p. 493 s.: adorno Erasmus<sup>1</sup>, adfero Haase ex p<sup>2</sup>, adgero Buecheler,  
 adopto Hense, adorior Hauck, adaperio C. Brakmann | exit, t in  
 ras. Q || 13 adul- Q L Par.b | aequae Q et sic mox | 14 timidum ex  
 timendum, ut videtur, corr. ead. m. Q | 16 exprobatur Q P<sup>1</sup> || 17 quo-  
 modo Q p L Par.b, defendit Aem. Thomas: qui modo Wolters  
 || 18 e supra vers. scr. Q<sup>1</sup> || 19 s. nobis conqueri Q p L P Par.b:  
 corr. Haase || 23 moritur Q L P Par.b, morietur Haase et Hense  
 ex p<sup>2</sup> || 24 Nam animus Q || 25 lacrimę Q | profuture Q

esse sollicitum? Causa autem haec est, quod inanes <sup>17</sup>  
omnium bonorum sumus, uitiae laboramus. Non enim  
apud nos pars eius ulla subsedit: transmissa est et  
effluxit. Nemo quam bene uiuat, sed quam diu, curat,  
<sup>5</sup> cum omnibus possit contingere, ut bene uiuant, ut diu,  
nulli. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**P**utas me tibi scripturum, quam humane nobiscum <sup>1</sup> Ep. XXIII.  
hiemps egerit, quae et remissa fuit et breuis, quam  
<sup>10</sup> malignum uer sit, quam praeponerum frigus, et alias  
ineptias uerba quaerentium? Ego uero aliquid, quod et  
mihi et tibi prodesse possit, scribam. Quid autem id  
erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Huius  
fundamentum quod sit quaeris? ne gaudeas uanis.  
<sup>15</sup> Fundamentum hoc esse dixi: culmen est. Ad summa <sup>2</sup>  
peruenit, qui scit, quo gaudeat, qui felicitatem suam  
in aliena potestate non posuit; sollicitus est et incertus  
sui, quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit,  
licet non ex difficulti petatur, licet numquam illum  
<sup>20</sup> sperata deceperint. Hoc ante omnia fac, mi Lucili: <sup>3</sup>  
disce gaudere. Existimas nunc me detrahere tibi multas  
uoluptates, || qui fortuita submoueo, qui spes, dulcissima fol. <sup>23v</sup>  
oblectamenta, deuitandas existimo? immo contra nolo  
tibi umquam deesse laetitiam. Volo illam tibi domi  
<sup>25</sup> nasci: nascetur, si modo intra te ipsum sit. Ceterae

<sup>2</sup> Vite *Q* cum vulg.: vitae desiderio (*vel* desideriis) vett. edd.,  
usu vitae Madvig.; quod inanem o. b. vitam agebamus Hauck;  
vitae (*vel* vitaeq.) iactura Hense. At supplemento opus non esse  
rectius vidit Hess, cum vita dativus commodi sit || 4 curat ex cu-  
ratur radendo *Q*, curatur *L*

<sup>14</sup> gaudeat *Q p L P Par.b*, gaudeas <sup>5</sup> || <sup>16</sup> quis scit *Q L* || <sup>21</sup> tibi  
multas sic *Q P Par.b L corr.* || <sup>22</sup> subm- sic *Q p* || <sup>23</sup> deuitandas  
sic *Q p L Par.b recte* || <sup>25</sup> Nascitur *Q* cum refl. codd.: nascetur  
*Lipsius, Lebègue* | si modus *W. Gemoll, Hermes XLIX p. 621 s.*

hilaritates non implent pectus, frontem remittunt, leues  
 sunt, nisi forte tu iudicas eum gaudere, qui ridet :  
 animus esse debet alacer et fidens et supra omnia  
 4 erexit. Mihi crede, uerum gaudium res seuera est. An  
 tu existimas quemquam soluto uultu et, ut isti delicati 5  
 locuntur, hilariculo mortem contemnere, paupertati domum  
 aperire, uoluptates tenere sub freno, meditari dolorum  
 patientiam ? Haec qui apud se uersat, in magno  
 gaudio est, sed parum blando. In huius gaudii possessione  
 esse te uolo : numquam deficiet, cum semel, unde petatur, 10  
 5 inueneris. Leuium metallorum fructus in summo est :  
 illa opulentissima sunt, quorum in alto latet uena adsidue  
 plenius responsura fodienti. Haec, quibus delectatur uulgas,  
 tenuem habent ac perfusoriam uoluptatem, et quodcumque  
 inuecticium gaudium est, fundamento caret : hoc, de quo 15  
 loquor, ad quod te conor perducere, solidum est et quod  
 6 plus pateat introrsus. Fac, oro te, Lucili carissime, quod  
 unum potest praestare felicem : dissice et conculca ista,  
 quae extrinsecus splendent, quae tibi promittuntur ab  
 alio uel ex alio : ad uerum bonum specta et de tuo 20  
 gaude. Quid est autem hoc « de tuo »? te ipso et tui  
 optima parte. Corpusculum quoque, etiam si nihil fieri  
 sine illo potest, magis necessariam rem crede quam  
 magnam : uanas suggerit uoluptates, breues, paenitendas,  
 ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium 25  
 abituras. Ita dico : in praecipi uoluptas ad dolorem

---

3 supra Q L P Par.b, super edd. vulgo || 5 ut & Q, et ut vulg.  
 || 6 hilariculo Q, hilari oculo p<sup>a</sup>, hilariculo vulgo | contēp/nere Q  
 || 11 Leuium Q pr., Leuior corr. m. rec. || 12 adsidue Q || 13 uulgas  
 sic Q L p<sup>a</sup> P Par.b || 15 inuen/titum Q L, inuen/ticum p: corr.  
 Muretus || 17 karissime Q et sic fore ubique || 18 prest. Q | Dissice  
 sia Q cum p L P Par.b || 19 quae extr- Q pr., sed a abr. | quae  
 tibi Q pr., sed e abr. || 20 uel ex alio secl. Hess || 23 illo ex ullo ra-  
 dendo Q | necessariam, ariam in ras. Q || 24 breues paenitendas  
 (a prior punct. Q) Q L P Par.b: breui paen- praefert Rossbach  
 ex p ubi poen- || 26 habituras Q p L et pr. L P | prec. Q | post  
 uoluptas distinguunt aliquat odd., stat supplevit Madvig

uergit, nisi modum tenuit. Modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris: ueri boni auiditas tuta est. Quod sit istud, interrogas, aut unde subeat? dicam: ex bona conscientia, ex honestis consiliis et rectis actionibus, ex contemptu fortitorum, ex placido uitiae et continuo tenore unam prementis uiam. Nam illi, qui ex aliis propositis in alia transiliunt aut ne transiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo || habere quicquam certum mansu- fol. 24<sup>r</sup>

rumue possunt suspensi et uagi? Pauci sunt, qui consilio se suaque disponant; ceteri eorum more, quae fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alia lenior unda detinuit ac mollius uexit, alia uehementior rapuit, alia proxima ripae cursu languescente depositum, alia torrens impetus in mare eiecit. Ideo constituendum est, quid uelimus, et in eo perseuerandum.

Hic est locus soluendi aeris alieni. Possum enim tibi uocem Epicuri tui reddere et hanc epistulam liberae « molestum est semper uitam inchoare»; aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, « male uiuunt, qui semper uiuere incipiunt. » « Quare? » inquis: desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis imperfecta uita est. Non potest autem stare paratus ad mortem, qui modo incipit uiuere. Id agendum est, ut satiis uixerimus: nemo hoc putat, qui orditur cum maxime uitam. Non est quod existimes paucos esse 11

---

2 uiri Q L P Pax.b || 3 Quod Q p L 'fort. recte' adnotat Hense: quid vulgo || 4 s. consiliis & rectis Q L: hanc lectionem praefero. vulgatae consilia, ex rectis quia consilium si actio prope inseparabilia sunt atque ex eis unus fere sensus conflatur || 6 pax/mentis sed a punct. Q || 8 s. transmittunt Q, fort. recte || 9 s. mansu- ramue, us Q<sup>i</sup> in nos. || 10 suspensi ex suspendi corr. ead. m. Q || 11 eorum ex corr. corr. ead. m. Q | que Q || 12 Alia ex quibus Q cum L || 14 proxima eripe sed e prior punct. et e posterior ex e Q. proxima eripae L et, ut videtur, p | cursus languescens com. G. Gemoll || 18 epistolam Q L P || 19 inchoare sic Q L P Pax.b || 23 imperfecta Q sed a supra vers. || 26 quod ex quid corr. Q<sup>i</sup>

hos: propemodum omnes sunt. Quidam uero tunc incipiunt, cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris: quidam ante uiuere desierunt quam inciperent. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

5

**S**ollicitum esse te scribis de iudicii euentu, quod tibi furor inimici denuntiat; existimas me suasurum, ut meliora tibi ipse proponas et adquiescas spei blandae. Quid enim necesse est mala accersere, satis cito patienda cum uenerint, praesumere ac praesens <sup>10</sup> tempus futuri metu perdere? Est sine dubio stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse iam miserum: <sup>15</sup> sed ego alia te ad securitatem uia ducam. Si uis omnem sollicitudinem exuere, quicquid uereris ne eueniat, euenturum utique propone, et quodcumque est *illud* <sup>15</sup> malum, tecum ipse metire ac timorem tuum taxa: intelleges profecto aut non magnum aut non longum <sup>20</sup> esse, quod metuis. Nec diu exempla, quibus confirmeris, colligenda sunt: omnis illa aetas tulit. In quamcumque partem rerum uel ciuilium uel externalium memoriam miseris, occurrent tibi ingenia aut profectus aut impetus magni. Numquid accidere tibi, si dam-  
fol. 24<sup>v</sup> naris, potest || durius quam ut mittaris in exilium, ut

<sup>7</sup> existimas *Q*, sic etiam Hense; et existimas *P. Par.b*, Fickert, Haase || 9 blande *Q* | necesse, s *prior supra scr.* *Q<sup>2</sup>* | accersere. satis *Q pr. cum p L*, et *compend. supra vers. add. ante* satis *Q<sup>2</sup> ut legitur etiam in P Par.b* || 10 scito, s *punct. Q*, scito *L P Par.b*, cito s | presens *Q* || 12 quando quae *Q* | sis, s *prior in ras. Q* || 13 aliā (sed *lineola abr. Q*) te adsecuritatem uiam (sed m *exp. m. rec. Q*) *Q L* || 15 illud *om. Q* || 19s. in *quācumq;* (*lineolam super add. Q<sup>2</sup>*) partem *Q*, in *quacumque partem (parte p<sup>2</sup>) p<sup>1</sup> L* || 21 Occurrent *Q cum L P Par.b recle* | ut profec/tus *Q* || 23s. utducaris *Q cum optimis codd.*, defendit Hense: aut (vel. et) d. s: quam ut d. Koch, vel d. Gertz, [ut] d. Castiglioni

ducaris in carcerem? Numquid ultra quicquam ulli  
 timendum est quam ut uratur, quam ut pereat? Sin-  
 gula ista constitue et contemptores eorum cita, qui  
 non quaerendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam 4  
 5 Rutilius sic tulit, tamquam nihil illi molestum aliud  
 esset quam quod male iudicaretur. Exilium Metellus  
 fortiter tulit, Rutilius etiam libenter: alter, ut rediret,  
 rei p. praestitit, alter redditum suum Sullae negauit,  
 cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates disputauit  
 10 et exire, cum essent qui promitterent fugam, noluit re-  
 mansitque, ut duarum rerum grauissimarum hominibus  
 metum demeret, mortis et carceris. Mucius ignibus 5  
 manum inposuit. Acerbum est uri: quanto acerbius,  
 si id te faciente patiaris! Vides hominem non eruditum  
 15 nec ullis praeceptis contra mortem aut dolorem subornatum,  
 militari tantum robore instructum, poenas a se  
 inriti conatus exigentem: spectator destillantis in hostili  
 foculo dexteræ stetit nec ante remouit nudis ossibus fluen-  
 tem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est.  
 20 Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil  
 fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula  
 uirtus quam crudelitas ad inroganda: facilius Por-  
 senna Mucio ignouit, quod uoluerat occidere, quam sibi  
 Mucius, quod non occiderat. « Decantatae, inquis, in om- 6  
 25 nibus scholis fabulae istae sunt; iam mihi, cum ad contem-  
 nendam mortem uentum fuerit, Catonem narrabis. » Quid-

i ultra/quicquam illi Q L P<sup>1</sup> Par.b || 5 aliud, i supra scr. Q<sup>1</sup>  
 | 8 rei (r supra scr. Q<sup>1</sup>) om. publicae Q L: plane scriptum erat p.  
 (ut in P Par.b), quod excidit ante praestitit (prest- Q) | sylle Q,  
 syllae complices alii || 9 tunc ex tam corr. Q<sup>1</sup> || 12 Mutius Q  
 cum p L P<sup>1</sup> || 13 aceruum.... aceruius Q pr. || 15 prec- Q || 17 in-  
 ritu sio Q pr. | conatis sed u supra i ead. m. Q | destillantis Q L  
 P recie || 18 dextere Q || 19 illi ex illa corr. Q || 22 s. porsenna sic  
 Q L P Par.b || 23 mutio Q L P et sic mox mutius || 24 Decan-  
 tate Q || 25 scolis fabule iste Q | tam Q et pr. p, tam corr. m. rec.,  
 iam p<sup>2</sup> | contempn- Q

ni ego narrem ultima illa nocte Platonis librum legentem posito ad caput gladio? Duo haec in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum ut uellet mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus, utcumque conponi fractae atque ultimae poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret 7 aut seruare contingeret. Et stricto gladio, quem usque in illum diem ab omni caede purum seruauerat: « nihil, inquit, egisti, fortuna omnibus conatibus meis obstando. Non pro mea adhuc sed pro patriae libertate 10 pugnaui, nec agebam tanta pertinacia, ut liber, sed ut fol. 25<sup>r</sup> inter liberos || uiuerem: nunc quoniam deploratae sunt res 8 generis humani, Cato deducatur in tutum. » Inpressit deinde mortiferum corpori uulnus: quo obligato a medicis cum minus sanguinis haberet, minus uirium, animi idem, iam non tantum Caesari sed sibi iratus nudas in uulnus manus egit et generosum illum contemptoremque omnis potentiae spiritum non emisit, sed eiecit. 9 Nam in hoc exempla non congero, ut ingenium exerceam, sed ut te aduersus id, quod maxime terribile uideatur, exhorter. Facilius autem exhortabor, si ostendero non fortes tantum uiros hoc momentum efflandae animae contempsisse, sed quosdam ad alia ignauos in

---

3 prosperat, (t supra scr.) Q perperam || 5 conponit sed t exp. Q, conponit L Par.b | fracte atq; ultime Q || 8 ab ex ad corrigendo fecit ead. m. Q || 9 s. meis obstando, meis ob prope evanida Q || 11 pugnaui Q cum rell. codd., sed pug evanidum | pertinacia ex pertinentia corr. Q<sup>1</sup> || 12 quantū supra qm̄ abrasum scr. Q<sup>1</sup> perperam | deplorate Q || 13 generis, s supra scr. Q | Inpraessit Q || 14 oblicato Q || 15 uirium Q L P Par.b | idest Q, ideest L || 16 nudus sed a supra u poster. Q || 19 Nam in hoc Q, et ante ut ing. supra scr. n̄ m. rec., unde Nam..... non ut.... sed ut cet. Particula Nam sententiarum nexus aptiorem cum officiat (cf. supra Quidni ego narrem cet.), eam accipio, quamvis nam pro non Q exhibeat etiam in epp. 2,6 (Q pr.), 22,16 et alibi. In locum autem particulae nunc iam Fickerio suspectae non substituendam puto: nunc pro non exhibit Q etiam in ep. 28,5 ubi Schweigaeuser coni. nunc non || 21 exhortabor sed i fin. add. Q<sup>2</sup>, exhortabor sed i fin. exp. m. rec. L

hac re aequasse animum fortissimorum, sicut illum Cn.  
 Pompei sacerum Scipionem, qui contrario in Africam  
 uento relatus cum teneri nauem suam uidisset ab hosti-  
 bus, ferro se transuerberauit et quaerentibus, ubi im-  
 5 perator esset, « imperator, inquit, se bene habet. » Vox 10  
 haec illum parem maioribus fecit et fatalem Scipio-  
 nibus in Africa gloriam non est interruppi passa.  
 Multum fuit Carthaginem uincere, sed amplius mortem.  
 « Imperator, inquit, se bene habet: » an aliter debebat  
 10 imperator, et quidem Catonis, mori? Non reuoco te ad 11  
 historias nec ex omnibus saeculis contemptores mortis,  
 qui sunt plurimi, colligo; respice ad haec nostra  
 tempora, de quorum languore ac deliciis querimur: om-  
 nis ordinis homines suggesterent, omnis fortunae, omnis  
 15 aetatis, qui mala sua morte praeciderint. Mihi crede,  
 Lucili, adeo mors timenda non est, ut beneficio eius nihil  
 ante uerendum sit. Securus itaque inimici minas audi: et 12  
 quamuis conscientia tibi tua fiduciam faciat, tamen  
 quia multa extra causam ualent, et quod aequissimum  
 20 est, spera et ad id te, quod est iniquissimum, compa-  
 para. Illud autem ante omnia memento, demere rebus  
 tumultum ac uidere, quid in quaque re sit: scies  
 nihil esse in istis terribile nisi ipsum timorem. Quod 13  
 uides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis  
 25 pueris euenit: illi quos amant, quibus adsueuerunt,  
 cum quibus ludunt, si personatos || uident, expauescunt: fol. 25v

---

1 s. generum pompei Q perperam || 2 contrario In ex con-  
 trarium corr. ead. m. Q || 4 quer- Q || 7 africam sed m exp. Q |  
 gloriā, m punct. perperam m. rec. Q || 8 cartaginem Q L || 9 Impe-  
 rator imperator Q | deb& Q || 13 langore Q P | quaerimur Q  
 || 14 fortune Q || 15 precederint Q pr. p<sup>1</sup> P<sup>1</sup>, precesserint corr. m.  
 rec. Q || 17 anteferendum Q L, timendum p: anteferendum ti-  
 mendumue Par.b et plerique vett. edd.: a te verendum timendumve  
 comi. Lipsius: ante (i. e. ante mortem) verendum Rossbach et Gertz  
 audi& Q cum p L || 20 s. comp- sic Q L || 24 uides, es erasum in  
 extr. versu Q

non hominibus tantum, sed rebus persona demenda est  
 14 et reddenda facies sua. Quid mihi gladios et ignes ostendis et turbam carnificum circa te frementem? tolle istam pompam, sub qua lates et stultos territas: mors es, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. 5  
 Quid tu rursus mihi flagella et eculeos magno appara-  
 tu explicas? quid singulis articulis singula machina-  
 menta, quibus extorqueantur, aptata et mille alia  
 instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone  
 ista, quae nos obstupefaciunt, iube conticiscere gemi-  
 tus et exclamations et uocum inter lacerationem 10  
 elisarum acerbitatem: nempe dolor es, quem poda-  
 gricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis  
 deliciis perfert, quem in puerperio puella perpetitur.  
 Leuis es, si ferre possum, breuis es, si ferre non possum. 15  
 15 Haec in animo uoluta, quae saepe audisti, saepe dixisti:  
 sed an uere audieris, an uere dixeris, effectu proba.  
 Hoc enim turpissimum est, quod nobis obici solet,  
 uerba nos philosophiae, non opera tractare. Quid, tu  
 nunc primum tibi mortem inminere scisti, nunc exi- 20  
 lium, nunc dolorem? in haec natus es: quicquid fieri  
 16 potest, quasi futurum cogitemus. Quod facere te moneo,  
 scio certe *te* fecisse. Nunc admoneo, ut animum tuum non  
 mergas in istam sollicitudinem: hebetabitur enim et mi-  
 nus habebit uigoris, cum exsurgendum erit. Abduc illum 25  
 a priuata causa ad publicam: dic mortale tibi et fragile  
 corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex poten-  
 tioribus uiribus denuntiabitur dolor: ipsae uoluptates in

---

1 homibus *Q* || 5 est *Q cum rell.* *codd.*: es corr. *Lipsius* || 6  
 aec- *Q* || 10 s. *gemitus ex -tur Q<sup>2</sup>* || 12 acerbitatē *ex aceru-* *Q<sup>1</sup>* | est  
*Q cum rell.* *codd.*: corr. *Gertz*, et sic *infra* leuis est — breuis est  
*codd.*, 1. es — br. es *Gertz* || 13 contempnit *Q* || 14 perpetitur, ti *supra*  
*scr.* *Q<sup>1</sup>* || 15 Leuis, s in ras. *Q* || 16 que sepe *Q* || 17 an uere dixeris  
*in marg.* *Q<sup>1</sup>* || 19 phyl- *Q* || 20 morē *te* *ex morē corr.* *Q<sup>1</sup>* || 21 hac *Q*  
*L P<sup>1</sup>* *Par.b* || 23 scio certe/fecisse *Q p L P*, scio certe *te f.* 5  
 || 25 exsurg- sic *Q L* || 27 s. po/tentioribus *Q cum vett.* *codd.*, poten-  
 tioris 5 *Fickeri*, *Haase*, *Rossbach* || 28 Ipse *Q*

tormenta uertuntur, epulae cruditatem afferunt, ebrietates  
 neruorum torporem tremoremque, libidines pedum, manu-  
 um, articulorum omnium depravationes. Pauper fiam : 17  
 inter plures ero. Exul fiam : ibi me natum putabo, quo  
 s mittar. Alligabor : quid enim ? nunc solutus sum ? ad  
 hoc me natura graue corporis mei pondus adstrinxit.  
 Moriar : hoc dicis, desinam aegrotare posse, desinam alli-  
 gari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus, 18  
 ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar et dicam  
 uanos esse inferorum metus, || nec Ixionem rota uolui fol. 26<sup>r</sup>  
 nec saxum umeris Sisyphi trudi in aduersum nec ullius  
 uiscera et renasci posse cotidie et carpi : nemo tam puer  
 est, ut Cerberum timeat et tenebras et larualem habi-  
 tum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos aut consumit aut  
 exuit : emissis meliora restant onere detracto, consumptis 19  
 nihil restat, bona pariter malaque summota sunt. Per-  
 mitte mihi hoc loco referre uersum tuum, si prius ad-  
 monuero, ut te iudices non aliis scripsisse ista, sed  
 etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto  
 turpius aliud scribere, aliud sentire ! Memini te illum 20  
 locum aliquando tractasse, non repente nos in mortem  
 incidere, sed minutatim procedere. Cotidie morimur : co-  
 tidie enim demitur aliqua pars uitae, et tunc quoque,  
 cum crescimus, uita decrescit. Infantiam amisimus, deinde  
 pueritiam, deinde adulescentiam. Vsque ad hesternum, 21  
 quicquid transit temporis, perit; hunc ipsum, quem  
 agimus, diem cum morte diuidimus. Quemadmodum clep-

---

1 Aepule Q | cridilitatem Q pr. | aff- sic Q || 2 torporē, lineolam  
 super add. Q<sup>2</sup> | manuum, u alt. super add. Q<sup>2</sup> || 7 desinam ex  
 desinem corr. ead. m. ante aegr- Q || 11 humeris Q L || 12 cottidie Q  
 || 13 cerbe/rem, sed u supra e posteriore ead. m. Q || 14 coher- Q  
 || 15 exuit, xuit in ras. Q | restent sed a supra e posteriore Q<sup>1</sup>  
 || 16 summatosunt Q cum L P Par.b (subm- Par.b) || 17 s. admon-  
 ex admun- corr. Q || 18 iudices ex iudicas corr. Q<sup>1</sup> | sed iam Q L  
 || 24 crescimus Q sed s fin. in ras. | amissimus Q || 25 esternū  
 Q, aesternum L || 26 transit... perit Q cum optimis codd., transiit...  
 periit s : transit... perit Hense<sup>2</sup> quem sequor || 27 Quemamm- Q

- sydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat: tunc ad illam peruenimus, sed diu uenimus. Haec cum descripsisses quo soles ore, semper quidem magnus, numquam tamen acrior quam ubi ueritati commodas uerba, dixisti: « mors non una uenit, sed quae rapit, ultima mors est. » Malo te legas quam epistulam meam: apparebit enim tibi hanc, quam timemus, mortem extremam esse, non solam.
- 22 Video quo species: quaeris, quid huic epistulae infulserim, quod dictum alicuius animosum, quod praeceptum utile. Ex hac, ipsa materia, quae in manibus fuit, mitetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos, qui timent, et ait: « ridiculum est currere ad mortem taedio uitae, cum genere 10 fol. 23 uitae, ut currendum ad mortem esset, effeceris. » Item alio loco dicit: « quid tam ridiculum quam adpetere mortem, cum uitam inquietam tibi feceris metu mortis? » His adicias et illud eiusdem notae licet, tantam || hominum imprudentiam esse, immo dementiam, ut quidam timore 20 24 mortis cogantur ad mortem. Quicquid horum tractaueris, confirmabis animum uel ad mortis uel ad uitae patientiam: [at] in utrumque enim monendi ac firmandi sumus, et ne nimis amemus uitam et ne nimis oderimus. Etiam cum ratio suadet finire se, non temere nec cum procursu 25

---

<sup>3</sup> consumat Q pr., sed i supra a punct. scr. Q<sup>1</sup>: consumat<sup>2</sup> p, consumit L || 4 descripsisses Q sed sis supra scr. || 6 commendas Q p L P Hense<sup>1</sup>, commodas & Hense<sup>2</sup> rectius || 7 ultima Q p L P Par.b: una Muretus | que Q || 8 epistolam Q L P || 9 solum Q et, ut videtur, L<sup>1</sup> || 10 quos exspectes (ex expectas corr. Q<sup>1</sup>) Q L (exp- L) | hic epistole Q L (-lae L) || 11 prec- Q || 15 ted- Q || 17 quid ex quod corr. ead. m. Q || 19 note Q || 20 dementia ex dementia est corr. Q<sup>2</sup> | quidem sed a supra e punct. ead. m. Q || 23 At in utrumq. enim monendi Q P Par.b., aut (mutatum ex ad p<sup>1</sup>) in u. e. m. p L. At vel aut ex librariorum errore coniungentium in utrumque cum antecedd.: ad utrumq. enim movendi Schweigaeuser || 25 finire. sed Q cum p L P Par.b: corr. Madvig

capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere <sup>25</sup>  
debet e uita, sed exire; et ante omnia ille quoque uitetur  
affectus, qui multos occupauit, libido moriendi. Est enim,  
mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum incon-  
sulta animi inclinatio, quae saepe generosos atque acer-  
rimae indolis uiros corripit, saepe ignauos iacentesque:  
illi contemnunt uitam, hi grauantur. Quosdam subit <sup>26</sup>  
eadem faciendi uidendique satietas et uitae non odium sed  
fastidium, in quod prolabimur ipsa impellente philosophia,  
10 dum dicimus: « quousque eadem? nempe expergiscar dor-  
miam, esuriam *satiabor*, algebo aestuabo. Nullius rei finis  
est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt ac secuntur.  
Diem nox premit, dies noctem, aestas in autumnum  
desinit, autumno hiemps instat, quae uere compescitur;  
15 omnia sic transeunt ut reuertantur. Nihil noui facio,  
nihil noui uideo: fit aliquando *et* huius rei nausia. »  
Multi sunt, qui non acerbum iudicent uiuere, sed super-  
uacuum. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

<sup>20</sup> **Q**uod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa uia <sup>1</sup> Ep. XXV.  
eundum est: alterius enim uitia emendanda, alterius  
frangenda sunt. Vtar libertate tota: non amo illum,  
nisi offendo. « Quid ergo? inquis, quadragenarium pu-  
pillum cogitas sub tutela tua continere? Respice aetatem  
<sup>25</sup> eius iam duram et intractabilem: non potest reformari:

---

<sup>1</sup> imp- sic *Q* *L P* | fugire *ex* fugere, *ut videtur*, *Q*; fugere *ex*  
fugire *L* || <sup>2</sup> & *supra* vers. *inter* exire et ante *Q* || <sup>5</sup> sepe *Q*  
| acerimē *Q* || <sup>7</sup> contempn- *Q* || <sup>8</sup> sac- *Q* || <sup>9</sup> probabimur *Q* *et*  
*pr. p* | imp- sic *Q* | phyl- *Q* || <sup>11</sup> esuriam *Q p* *L P Par.b*, esuriam  
*satiabor* <sup>5</sup>: edam esuriam *Gertz*, esuriam fastidiam *Hense*, esuriam  
explor *O. Rossbach* || <sup>14</sup> comp- sic *Q* || <sup>15</sup> transeuntur *sed ur*  
*exp. Q L* || <sup>16</sup> et *om. Q* | nausia *Q pr. p* *P Par.b M*, nausea *Q<sup>2</sup>*  
*L pr.* || <sup>17</sup> acerbum *ex* aceru- corr. *Q<sup>2</sup>*

2 tenera finguntur. » An perfecturus sim nescio; malo successum mihi quam fidem deesse. Nec desperaueris etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa inuitos et facere coegeris et pati. Ne de altero quidem satis fiduciae habeo, excepto eo, quod 5  
 fol. 27<sup>r</sup> adhuc peccare erubescit: nutriendus est hic pudor, qui  
 3 quamdiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonaे spei locus. Cum hoc ueterano parcus agendum puto, ne in desperationem sui ueniat: nec ullum tempus adgrediendi fuit melius quam hoc, dum interquiescit, dum emendato 10 similis est. Aliis haec intermissio eius imposuit, mihi uerba non dat: expecto cum magno fenore uitia redditura, quae nunc scio cessare, non deesse. Inpendam huic rei dies et utrum possit aliquid agi an non possit, experiar.  
 4 Tu nobis te, ut facis, fortem praesta et sarcinas contrahe. 15 Nihil ex his, quae habemus, necessarium est: ad legem naturae reuertamur. Diuitiae paratae sunt; aut gratuitum est, quo egemus, aut uile: panem et aquam natura desiderat. Nemo ad haec pauper est, intra quae quisquis desiderium suum clusit, cum ipso Ioue de felicitate contendat, ut ait Epicurus, cuius aliquam uocem 20  
 5 huic epistulae inuoluam. « Sic fac, inquit, omnia, tamquam spectet Epicurus. » Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse et habere, quem respicias, quem interesse

---

i perfecturus Q, prof- vulgo | Malo successum Q cum L P  
 Par.b recte, et sic fidem deesse || 3 diuti nos Q pr., diutius (us compendiose) nos corr. Q<sup>2</sup> || 4 coge/ris Q L || 6 huic Q || 7 durauerat sed i supra a posteriorem Q<sup>2</sup> | spei (i supra vers.) bone transpositionis signo addito Q || 10 inter quiescit Q Par.b | emendatus Q L<sup>2</sup> || 11 imp- sic Q || 12 Exp- sic Q cum P Par.b M | fenore sic Q | redditura Q et pr. L || 15 facias Q L (sed s supra as L) P | forte Q | presta Q || 17 parate Q | sint ex sunt radendo Q || 18 quod agemus Q cum vett. codd., quo egemus 5 || 22 epistole Q | inuoluamus Q L || 23 spectet ex spectat corr. ead. m. Q, spectat p | Epicurus Q vulg.: aliquis nonnuli 5 et vett. edd., defendit Hess quem fugit aliquod infra discriminem invectum esse inter sapientem virum, id est Epicurus, et obvium quendam, id est aliquis || 24 imp- sic Q

cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est, sic uiuere tamquam sub alicuius boni uiri ac semper praesentis oculis, sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias, quaecumque facies, tamquam spectet aliquis : omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam 6 profeceris tantum, ut sit tibi etiam tui reuerentia, licebit dimittas paedagogum: interim aliquorum te auctoritate custodi, aut Cato ille sit aut Scipio aut Laelius aut alius, cuius interuentu perditи quoque homines uitia supprimenterent, dum te efficis eum, cum quo peccare non audeas. Cum hoc effeceris, et aliqua cooperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere, quod idem suadet Epicurus : « tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba. » Dissimilem te fieri multis oportet, dum tibi 7 tutum [non] sit ad te recedere. Circumspice singulos : nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse quam secum. « Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba »: si bonus uir, si quietus, si temperans. Alioquin in turbam tibi a te recedendum est : istic malo uiro 20 propius es. VALE.

---

<sup>2</sup> sicui (ui ex dittographia) uiuere Q || 3 pres- Q || 6 reuerentiam Q L || 7 ped- Q || 8 Ielius Q | aut alicuius Q p (ali-  
quius p') L, aut cuius P Par.b: ante cuius nomen quoddam  
proprium (fort. Epicurus) excidisse suspicatur O. Rossbach: aut  
tal is cuius Hense<sup>2</sup> ex conjectura Herm. Disselbeckii et Buecheleri:  
praefero emendationem Chatelainii (l. c., p. 106 s.) aut alias cuius  
qua aptissimus sensus efficitur || 9 s. supprimerent Q cum vulg.,  
-rentur p || 11 hoc supra vers. Q' || 13 prec- Q et sic mox | cū  
esse (esse compend.) supra vers Q' || 15 sit Q cum vell. codd., est  
Muretus: oportet, dum tibi tutum sit ad te recedere. Circumspice  
P. Thomas quem sequor || 18 es inserunt alii post uir alii post  
temperans, non necessario

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

Ep. XXVI. 1      **M**odo dicebam tibi, in conspectu esse *me* meae senec-  
 fol. 27<sup>v</sup> tutis: iam uereor, ne senectutem post me reliquerim. Aliud  
 iam his annis, certe huic corpori, uocabulum conuenit,  
 quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae 5  
 nomen est: inter decrepitos me numera et extrema  
 2 tangentis. Gratias tamen mihi apud te ago: non sen-  
 tio in animo aetatis iniuriam, cum sentiam in corpore.  
 Tantum uitia et uitiorum ministeria senuerunt: uiget  
 animus et gaudet non multum sibi esse cum corpore: 10  
 magnam partem oneris sui posuit. Exultat et mihi facit  
 controuersiam de senectute: hunc ait esse florem suum.  
 3 Credamus illi: bono suo utatur. Ire in cogitationem  
 iubet et dispicere, quid ex hac tranquillitate ac mode-  
 stia morum sapientiae debeam, quid aetati, et diligenter 15  
 excutere, quae non possim facere, quae nolim prodesse  
 abiturus. Atqui, si nolim quicquam, *id* non posse me

---

<sup>2</sup> esse compendiose ex es Q<sup>1</sup> | meae senectutis Q p et, ut  
 videtur, L. pr., me s. vulgo: scribo me meae s. *quamquam infinitivus*  
*ex verbo dicendi pendens etiam sine subiecto cogitari potest: cfr.*  
*ep. 1,4* || <sup>3</sup> relinquerim sed n punct. Q || <sup>4</sup> uocabulum Q ||  
 5 qnī Q || lasse Q || fractē Q || <sup>6</sup> extre/ma *ex extra/ma corr. Q<sup>2</sup>*  
 || <sup>9</sup> Viget *ex* Veget corr. ead. m. Q || <sup>10</sup> gaud& & m. Q || <sup>14</sup> iubeat Q,  
 iubet vulgo: iuuat Ruhkopf, Rossbach, alii, lubet P. Thomas  
 | tranquillitate, ta *supra* vers. Q<sup>2</sup> || <sup>15</sup> qui aetati Q cum L pr.  
 || <sup>16</sup> s. prodesse habiturus. Atquisinolim quicquid (*ex* quicquam  
*corr. ead. m.*) nonposse/megaudeo Q, quae verba eodem prope modo  
*corrupta etiam rell. codd. exhibent. Huius loci emendationes adhuc*  
*propositae de codicum vestigiis longius deflectunt nec sententiam*  
*efficiunt in qua acquiescere liceat: dubito an, librorum scriptura*  
*levissime immutata, sit scribendum quae nolim prodesse habiturus*  
*(scil. nunc cum sim habiturus e vita: cf. ep. 23,6 habituras pro*  
*ab- Q p et pr. L P, ep. 29,4 adhibeo Q et saepe alibi).* Atqui, si  
 nolim quicquam, id non posse me gaudeo: quae enim cet. Hypothetici  
 enuntiati formam si sit — est iam argentea, quae dicitur,  
 aetate in usum paulo frequentiorem venisse constat. At fortasse  
 maior lacuna hic latet, ut suspicatus est Haase qui inter quae  
 nolim et prodesse supplevit quidni fatear multum mihi senectu-  
 tem eo, quod non possum facere, quae nolim

gaudeo: quae enim querela est, quod incommodum, si  
 quicquid debebat desinere, defecit? « Incommodum sum-  
 mum est, inquis, minui et deperire *et*, ut proprie dicam,  
 liquescere. Non enim subito impulsi ac prostrati sumus:  
 5 carpimur, singuli dies aliquid subtrahunt uiribus. » Ecquis  
 exitus est melior quam in finem suum natura soluente  
 dilabi? non quia aliquid mali ictus *est* et e uita repenti-  
 nus excessus, sed quia lenis haec est uia, subduci. Ego  
 certe, uelut adpropinquet experimentum et ille latus  
 10 sententiam de omnibus annis meis dies uenerit, ita me  
 obseruo et alloquor: « nihil est, inquam, adhuc, quod aut  
 rebus aut uerbis exhibuimus. Leuia sunt ista *et* fallacia  
 pignora animi multisque inuoluta lenociniis: quid profe-  
 cerim, morti crediturus sum. Non timide itaque componor  
 15 ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis de me iudi-  
 caturus sum, utrum loquar fortia an sentiam, numquid  
 simulatio fuerit et mimus, quicquid contra fortunam iactauit  
 uerborum contumacium. Remoue existimationem homi-  
 num: dubia semper est et in partem utramque diuidi-  
 20 tur. Remoue studia tota uita tractata: mors de te pro-  
 nuntiatura est. Ita dico: disputationes et litterata || con-  
 fol. 28<sup>r</sup>  
 loquia et ex praeceptis sapientium uerba collecta et eru-  
 ditus sermo non ostendunt uerum robur animi: est enim  
 oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc appa-  
 25 rebit, cum animam ages. Accipio condicionem, non refor-  
 mido iudicium. » Haec mecum loquor, sed tecum quoque 7

---

i quaerela Q L || 2 quicq- sic Q L P Par.b | debeat Q  
 cum plerisque codd.: corr. Madvig praeceunte Fickerto || 3 et om.  
 ante ut Q | propriae Q || 5 & quis Q L P Par.b: corr. Madvig (Ec  
 quis cod. Wirceb.) || 6 suam Q | soluentem pr. Q L || 7 delabi  
 Q et complures alii | ictus & Q cum plerisque codd.: est ante-  
 posuerunt Hense et alii ex nonnullis s ubi legitur est citus et :  
 praeferd ictus est et: corr. in continet Madvig || 9 uelud Q  
 || 11 alloq- sic Q L<sup>a</sup> P Par.b || 12 et 5, om. Q || 13 quod Q, quid 5  
 || 14 componor Q, conp- alii: componar Haase || 15 s. iudicaturus,  
 ru supra vers. Q<sup>i</sup> || 17 minus Q L P Par.b, mimus 5 | iactauit, i  
 add. Q<sup>a</sup> || 18 contumat- Q || 20 tracta/ Q L P Par.b || 22 prec- Q  
 || 25 condit- Q L P Par.b || 26 tecū, cū supra scr. ead. m. Q

me locutum puta. Iuuenior es : quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est, quo loco te mors expectet : itaque tu illam omni loco exspecta.

- 8 Desinere iam uolebam et manus spectabat ad clausulam : sed confiencia sunt aera et huic epistulae uitatum dandum est. Puta me non dicere, unde sumpturus sum mutuum : scis cuius arca utar. Exspecta me pusillum, et de domo fiet numeratio; interim commodabit Epicurus, qui ait : «meditare mortem» uel si commodius sit transire ad diuos. Hic patet sensus: egregia res est mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere, quo semel utendum est : hoc est ipsum, quare meditari debeamus ; semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. «Meditare mortem»: qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, seruire dedidicit : supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra ? liberum ostium habet. Vna est catena, quae nos alligatos tenet, amor uitae, qui ut non est abiciendus, ita minuendus est, ut si quando res exiget, nihil nos detineat nec impedit, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere. VALE.

---

<sup>2</sup> quo ex quid corr. <sup>Q<sup>1</sup></sup> | expectat <sup>Q</sup> || <sup>3</sup> exsp- sic <sup>Q p</sup>  
<sup>|| 5</sup> sacra <sup>Q</sup> cum rell. codd. : aera coni. <sup>Madvig quem sequor cum</sup>  
<sup>Hessio | epiae Q</sup> || <sup>7</sup> Exsp- sic <sup>Q</sup> || pusillū sic <sup>Q</sup> cum <sup>L P recte</sup>  
<sup>| 8</sup> Interim, n <sup>supra scr. Q</sup> || <sup>9</sup> commodius sic <sup>Q L</sup> || <sup>10</sup> adnos <sup>Q</sup>,  
<sup>at vel ad nos rell. codd. : ad diuos Haase, ad deos O. Rossbach:</sup>  
<sup>verba uel si — deos (vel diuos) quae cum praeced. meditare</sup>  
<sup>mortem Epicuro tribuebantur vulgo, Senecae ipsius esse monuit</sup>  
<sup>Buecheler</sup> || <sup>11</sup> quo <sup>Q L P Par.b</sup>, quod <sup>Hense ex p M</sup> || <sup>15</sup> seruire  
<sup>didicit <sup>Q p</sup> L Par.b</sup> || <sup>19</sup> ē <sup>supra vers. ante abic- add.</sup> <sup>Q<sup>1</sup> : fort.</sup>  
<sup>praestat id omittere</sup> || <sup>21</sup> sumus sed i <sup>supra u priorem Q<sup>2</sup></sup>, simus  
<sup>ex sumus etiam L P</sup>

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**T**u me, inquis, mones? iam enim te ipse monuisti, <sup>1</sup> Ep. XXVII. iam correxisti? ideo aliorum emendationi uacas? » Non sum tam inprobus, ut curationes aeger obeam, sed tamquam in eodem ualitudinario iaceam, de communi tecum malo conloquor et remedia communico. Sic itaque me audi, tamquam mecum loquar: in secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo. Clamo mihi ipse: « numera <sup>2</sup> annos tuos, et pudebit eadem uelle, quae uolueras puer, <sup>28v</sup> eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem praesta: moriantur ante te uitia. Dimitte istas uoluptates turbidas, magno luendas: non uenturae tantum, sed praeteritae nocent. Quemadmodum || sclera etiam si non sunt deprehensa fol. 3 autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus praestat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, <sup>3</sup> nubium modo interuenit, quae infra feruntur nec umquam diem uincunt. » Quando ad hoc gaudium peruenire <sup>4</sup> continget? non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est uigiliam, ipse laborem tuum inpendas, si effici cupis: delega-

---

6 remedio Q L || 7 amm-Q || 9 te post pudebit P. Thomas et Hense<sup>2</sup>: necessarium non videtur || 10 presta Q || 11 uicia Q | turpidas Q L || 12 magno ex magna corr. Q<sup>1</sup> | leuan/das Q L Par.b: corr. Pincianus | uenture Q | preterite Q || 13 Quemamm-Q | sunt Q L P Par.b, sint vulgo: cf. mox etiam si non nocent et § 3 etiam si quid obstat || 14 abit Q L M, abiit vulgo, abit Hense<sup>3</sup> || 16 solidę Q || 18 inueniat sed a punct. Q || 19 prestat Q || 22 festinatur Q cum rell. codd., corr. Gronovius: cessatur adhuc, sed festinaturo m. r. o. Lipsius: cessatur, sed adhuc festinetur coni. Haase dubitans || 24 s. deligationem Q pr. p L P<sup>1</sup> Par.b, dilationem corr. m. rec. Q

5 tionem res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Caluisius Sabinus memoria nostra fuit diues : et patrimonium habebat libertini et ingenium : numquam uidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi nomen modo Vlixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat quam paedagogos nostros nouimus. Nemo uetus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus quam ille Troianos et Achiuos persalutabat : nihilominus eruditus uolebat uideri. Hanc itaque compendiariam excogitauit : magna summa emit seruos, unum, qui Homerum teneret, alterum, qui Hesiodum ; nouem praeterea lyricis singulos adsignauit. Magno emisse illum non est quod mireris : non inuenierat, faciendo locauit. Postquam haec familia illi comparata est, coepit conuiuas suos inquietare. 10  
 Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret uersus, quos referret, saepe in medio uerbo excidebat.  
 7 Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum arrosor, et quod sequitur, arrisor, et quod duobus his adjunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare singulos seruos : « minoris, inquit, totidem scrinia emisses ». Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo 15  
 8 sua sciret. Idem Satellius illum hortari coepit, ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset : « et quomodo possum ? uix uiuo »,  
 fol. 29r « noli, obsecro te, || inquit, istuc dicere : non uides, quam

<sup>1</sup> Aliut Q cum P<sup>1</sup> || 2 ammittit Q || 5 ulixis radendo ex uil- Q | excederet Q cum L Par.b || 6 primi Q | nouerat seclusit Hense Gronovium, Schweighaeuserum et Madvigium secutus qui hoc verbum abesse maluerunt || 7 ped- Q | nomenclator (tor supra scr. Q<sup>1</sup>) Q L || 8 imp- sic Q | pperam, p supra scr. Q<sup>1</sup> || 9 troianos Q L<sup>2</sup> P Par.b recte || 10 compediariam Q || 12 pret- Q || 15 compsic Q P || 18 arrosor sic Q et mox arrisor || 20 derisor ex dir- Q<sup>2</sup> L || 21 millibus sic Q p Par.b || 22 scrinea (ex screnea corr. Q<sup>1</sup>) Q L | tamen Q L P Par.b recte || 24 hor/tari ex hor/tare Q<sup>2</sup>, hortare L<sup>1</sup> P<sup>1</sup> | luctaretur Q pr., sed Q<sup>2</sup> scr. <sup>1</sup> supra t priorem exp.

multos seruos ualentissimos habeas? » Bona mens nec  
commodatur nec emitur; et puto, si uenalis esset, non  
haberet emptorem: at mala cotidie emitur.

Sed accipe iam quod debo et uale. « Diuitiae sunt 9  
5 ad legem naturae composita paupertas. » Hoc saepe dicit  
Epicurus aliter atque aliter: sed numquam nimis dicitur,  
quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia mon-  
stranda, quibusdam inculcanda sunt. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**H**oc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem 1 Ep. XXVIII.  
nouam, quod peregrinatione tam longa et tot locorum  
uarietatibus non discussisti tristitiam grauitatemque  
mentis? animum debes mutare, non caelum. Licet ua-  
stum traiceris mare, licet, ut ait Vergilius noster, « ter-  
15 raeque urbesque recedant»: sequentur te, quocumque per-  
ueneris, uitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: 2  
« quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te  
circumferas? premit te eadem causa, quae expulit. »  
Quid terrarum iuuare nouitas potest? quid cognitio ur-  
20 bium aut locorum? in irritum cedit ista iactatio. Quaeris  
quare te fuga ista non adiuuet? tecum fugis. Onus animi  
deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus.  
Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Vergilius 3  
noster uatis inducit iam concitatae et instigatae mul-  
25 tumque habentis in se spiritus non sui: « bacchatur uates,  
magnum si pectore possit | excussisse deum. » Vadis hic

5 comp.- sic Q L || 7 satis dicitur Q L

14 virgilius Q L P Par.b et sic infra | terreque Q || 15 sequenter  
sed u supra alteram e Q || 16 ibidem Q p P Par.b | quaer- Q L Par.b  
|| 18 premitte ex premite Q || 20 irr- Q, ex inr- L || 24 uatis Q pr.,  
uates corr. m. rec. | concitatam & instigatam Q cum p L Par.b  
|| 25 bachatur Q L Par.b

illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in naui onera immota minus urgunt, inaequaliter conuoluta citius eam partem, in quam incubuere, demergunt. Quicquid facis, contra te 4 facis et motu ipso noces tibi: aegrum enim concutis. At 5 cum istuc exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet: in ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis ueneris quam quo, interest, et ideo fol. 29<sup>v</sup> nulli loco addicere debemus animum. Cum hac 10 persuasione uiuendum est: « non sum uni angulo natus, patria 5 mea totus hic mundus est. » Quod si liqueret tibi, non admirareris nihil adiuuari te regionum uarietatibus, in quas subinde priorum taedio migras: prima enim quaeque placuissest, si omnem tuam crederes. Nunc non peregrinaris, sed 15 erras et ageris ac locum ex loco mutas, cum illud, quod 6 quaeris, bene uiuere, omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest quam forum? ubi quoque licet quiete uiuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et uiciniam fori procul fugiam: nam 20 ut loca grauia etiam firmissimam ualitudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et con- 7 ualescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his, qui in fluctus medios eunt et tumultuosam probantes uitam cotidie cum difficultatibus rerum magno animo 25 conluctantur. Sapiens feret ista, non eligit, et malet in pace esse quam in pugna: non multum prodest uitia 8 sua proieciisse, si cum alienis rixandum est. « Triginta,

---

3 urgunt sic Q || 6 istuc Q L P<sup>1</sup> Par.b M 'fort recte' iam  
adnotavit Hense | iucunda Q pr., ioc- corr. Q<sup>2</sup> || 8 coll- sic Q L<sup>3</sup>  
| Hostalis Q || 9 sedes erit ex sederit corr. ead. m. Q || 10 nulli  
ex nulla corr. ead. m. Q || 13 nihil Q L, nil vulgo || 14 ted- Q  
|| 15 Nunc Q p L Par.b, non P ex corr., Nunc non Schweighaeuser  
|| 16 haec locum Q pr., naec l. corr. m. rec.: plane haec pro ac,  
pro quo saepius hac legitur in Q || 17 queris Q || 18 ubi Q, ibi  
vulgo || 26 mall& Q cum p L Par.b et pr. P || 27 uicia Q || 28 ē  
post rixandum add. supra vers. Q<sup>1</sup>

inquis, tyranni Socraten circumsteterunt nec potuerunt animum eius infringere. » Quid interest, quot domini sint? seruitus una est: hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est.

5 Tempus est desinere, sed *si* prius portorium soluero. 9  
 « Initium est salutis notitia peccati. » Egregie mihi hoc dixisse uidetur Epicurus: nam qui peccare se nescit, corrigi non uult; deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam uitiis gloriantur: tu existimas aliquid 10  
 10 de remedio cogitare, qui mala sua uirtutum loco numerant? Ideo quantum potes, te ipse coargue, inquire in te; accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris: aliquando te offende. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

D e Marcellino nostro quaeris et uis scire, quid agat. 1 Ep. XXIX.  
 15 Raro ad nos uenit, non ulla alia ex causa quam quod audire uerum timet, a quo periculo iam abest: nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene nec minus de *aliis* Cynicis, qui libertate promiscua || usi sunt et obuios fol. 30r  
 20 monuerunt, dubitari solet, an hoc facere debuerint. Quid 2 enim, si quis surdos obiurget aut natura morboe mutos?  
 « Quare, inquis, uerbis parcam? gratuita sunt. Non possum scire, an ei profuturus sim, quem admoneo: illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spar-  
 25 genda manus est: non potest fieri, ut non aliquando suc- cedat multa temptanti. » Hoc, mi Lucili, non existimo 3

1 inquis *Q L P Par.b.*: inquit Haase et Hense *ex p ubi legitur*  
 inquit | socraten *sic Q L P M* || 2 quit *sed o supra i Q<sup>1</sup>* || 5 si  
 om. *Q L* | portarium *Q pr. p L P Par.b.*, portorium corr. *Q<sup>2</sup>*

16 non ulla *sic Q p L Par.b* || 24 s. Spargenda manus est *Q*  
 cum *rell. codd.*: ‘*nisi vulgaris locutio est, scripserim* spargendum  
 plena manu est’ *adn.* Hense, sed enuntiati vis minuitur

magno uiro faciendum : diluitur eius auctoritas nec apud eos habet satis ponderis, quos posset minus obsolecta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare ; non est ars, quae ad effectum casu uenit. Sapientia ars est : certum petat, eligat profecturos, ab his, quos desperauit, recedat, non tamen cito relinquat et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.

- 4 Marcellinum nostrum ego nondum despero : etiamnunc seruari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum, ne porrigen tem trahat : magna in illo ingenii uis est, sed iam tendentis in prauum. Nihilominus 10 adibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet : aduocabit illas facetias, quae risum euocare lugentibus possunt, et in se primum, deinde in nos iocabitur : omnia, quae dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras et obicit philosophis congiaria, amicas, 15 gulam. Ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula ; ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione disserebat : hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius secta cum quaereretur, 20 Scaurus ait : « utique Peripateticus non est. » De eodem cum consuleretur Iulius Graecinus, uir egregius, quid sentiret, « non possum, inquit, tibi dicere ; nescio enim, quid de gradu faciat », tamquam de essedario interrogaretur.
- 7 Hos mihi circulatores, qui philosophiam honestius neglexissent quam uendunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti : moueat ille mihi risum, ego fortasse

---

1 s. nec apud eos habet satis ponderis quos *Q L, qui verborum ordo est accommodatior et efficacior quam vulgatus* nec habet apud eos s. p. quos || 6 his *Q L P Par. b.* is *Hense<sup>2</sup> ex p* || 12 adhibo *Q* || 15 occupabit *Q P Par. b L<sup>2</sup> recte* || 16 phyl- *Q* || 18 mihi *Q p* | lepidum *Q cum vett. codd.* (*scil. molliter ostentantem doctrinam suam: cf. mox Hos.... circulatores qui philosophiam..... uendunt*): M. Lepidi *Hense*, *cuius vide comm. crit. p. 95, 7* || 20 quer- *Q* || 22 cosolatur *Q pr.*, cōsularetur *m. rec. cum L pr. | grec-* *Q L P Par. b* || 23 tibi inquit *super addito transpositionis signo Q* || 24 de esse dario *Q* || 25 phyl- *Q*

illi lacrimas mouebo, aut' si ridere perseuerabit, gaudebo tamquam in malis, quod illi genus insaniae hilare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa: obserua, uidebis fol. 30<sup>r</sup> eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et acer-  
 rime rabere. Propositum est adgredi illum et ostendere, s  
 quanto pluris fuerit, quum multis minoris uideretur. Vitia eius etiam si non excidero, inhibeo; non desin-  
 ent, sed intermittent: fortasse autem et desinent, si  
 intermittent consuetudinem fecerint. Non est hoc  
 ipsum fastidiendum, quoniam quidem grauiter affectis  
 sanitatis loco *est* bona remissio. Dum me illi paro, tu 9  
 interim, qui potes, qui intellegis, unde quo euaseris, et  
 ex eo suspicaris, quoisque sis euasurus, compone mores  
 tuos, attolle animum, aduersus formidata consiste: nu-  
 merare eos noli, qui tibi metum faciunt. Nonne ui-  
 deatur stultus, si quis multitudinem eo loco timeat, per  
 quem transitus singulis est? aeque ad tuam mor-  
 tem multis aditus non est, licet illam multi minentur.  
 Sic istuc natura dispositus: spiritum tibi tam unus eri-  
 piet quam unus dedit.

Si pudorem haberes, ultimam mihi pensionem remis-  
 sisses: sed ne ego quidem me sordide geram in finem  
 aeris alieni et tibi quod debeo, inpingam. « Numquam  
 uolui populo placere: nam quae ego scio, non probat  
 25 populus, quae probat populus, ego nescio. » « Quis hoc? » inquis,  
 tamquam nescias, cui imperem: Epicurus. Sed

<sup>2</sup> utare *Q*, uitare *p L*, fere similiter *P Par.b*, hilare *quidam cod.*  
*Erasmi* || 3 hilargitas *Q* sed *g punct.* || 6 quam *Q p L P Par.b*,  
 quū *Erasmus*<sup>2</sup>, quom *Rossbach* || 8 sed intermittent *Q*, sed inter-  
 mittent *L M*: *Hense*<sup>a</sup> (*Add. et Corrig.*, p. 632) cum *Lindio*  
 mavult si i. *ut habent p P Par.b et nonnulli edd.* || 9 inter-  
 mittendi *Q* || 10 qm̄ *Q* || aff- sic *Q Par.b* || 11 est *om. Q* || 12 unde  
*Q p P Par.b recte* || 15 faciant sed u *supra alteram a ead. m. Q*  
 || 21 ultimum *Q* | remisisses *Q L recte* || 22 s. infinē aeris (*supra*  
*scr. aeris*) alieni *corr. Q<sup>2</sup>* ex infinitis alieni || 24 que || 26 nescias *ex*  
*nescios ead. m. Q* | imperem *Q L P Par.b*: imputem *Rossbach*, t.  
 n. aes cui imperem *Buecheler*

idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt,  
 Peripatetici, Academicci, Stoici, Cynici: quis enim placere  
 populo potest, cui placet uirtus? Malis artibus popu-  
 laris fauor quaeritur: similem te illis facias oportet:  
 non probabunt, nisi agnouerint. Multo autem ad rem  
 magis pertinet, qualis tibi uidearis quam qualis aliis:  
 conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest.  
 12 Quid ergo illa laudata et omnibus praeferenda artibus  
 rebusque philosophia praestabit? scilicet ut malis tibi  
 placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres,  
 ut sine metu deorum hominumque uiuas, ut aut uincas  
 mala aut finias. Ceterum, si te uidero celebrem secun-  
 dis uocibus uulgi, si intrante te clamor et plausus, pan-  
 tomimica ornamenta, obstrepuerint, si tota ciuitate te  
 feminae puerique laudauerint, quidni ego tui miserear,  
 cum sciam, quae uia ad istum fauorem ferat? VALE.

SENECAE AD LVCILIVM  
 LIBER TERTIVS EXPLICIT

---

i s. peripatetici *ex* paripate tici *Q<sup>1</sup>* || 2 achademici *ex* achade-  
 metici *radendo* *Q* | sthoici *ex* isthoici *radendo* *Q*, sthoici *L* || 6 per-  
 tinet *ex* pertinent *radendo* *Q* || 8 illa *supra* *scr.* *Q<sup>1</sup>* | pref- *Q* || 9  
*phyl-* *Q* | 12 finies *Q L* | celebre *Q L* || 13 et *ante* pantom. *p* *com-*  
*phures* *edd.*, *om.* *Q L P Par.b M Hense<sup>2</sup>* || 15 quidni *Q L recte*, quid *p*  
 | tui *Q cum* *rell.*, tibi *p* || 17 SENECA AD LUCILI, *Q*

INCIPIT LIBER III.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Bassum Aufidium, uirum optimum, uidi quassum et <sup>1</sup> Ep. XXX.  
aetati obluctantem. Sed iam plus illum || degrauat quam fol. 31<sup>r</sup>  
<sup>5</sup> quod possit adtolli: magno senectus et uniuerso pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis et exsucti fuisse: diu illud continuuit et, ut uerius dicam, concinnauit: subito defecit. Quemadmodum in naue, <sup>2</sup>  
quae sentinam trahit, uni rimae aut alteri obsistitur,  
<sup>10</sup> ubi plurimis locis laxari coepit et cedere, succurri non potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus inbecillitas sustineri et fulciri potest. Vbi tamquam in putri aedificio omnis iunctura diducitur, et dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum  
<sup>15</sup> est, quomodo ex eas. Bassus tamen noster alacer animo <sup>3</sup> est: hoc philosophia praestat, in conspectu mortis hilarem esse et in quocumque corporis habitu fortem laetum que nec deficientem, quamuis deficiatur. Magnus gubernator et sciso nauigat uelo, et, si exarmauit, tamen

---

*Libri initium eisdem prope verbis signatum in Q p L, nulla inscriptio in P Par.b | 3 obt- Q | quassum & a&ati Q, et om. vulg. || 5 adt- sic Q p || 6 s. & sucti Q pr., ti punct. et i supra scr. Q<sup>2</sup> || 8 concinnauit Q L P Par.b, continuauit p: continuavit Hense ex conjectura Buecheleri || 9 rime Q || 12 s. tamquam Q L P Par.b recte || 13 aed- Q pr., ed- m. rec. | om̄s Q || 14 illa discinditur (s supra scr. Q) Q L || 16 Hoc Q cum vulg., hunc nonnulli s et P. Thomas | phyl- Q || 17 post hilarem add. esse G. Gemoll*

reliquias nauigii aptat ad cursum. Hoc facit Bassus  
 noster et eo animo uultuque finem suum spectat, quo  
 4 alienum spectare nimis securi putares. Magna res est,  
 Lucili, haec et diu descenda, cum aduentat hora illa  
 ineuitabilis, aequo animo abire. Alia genera mortis spei  
 mixta sunt: desinit morbus, incendium extinguitur,  
 ruina quos uidebatur obpressura depositus; mare quos  
 hauserat, eadem ui, qua sorbebat, eiecit incolomes; gla-  
 dium miles ab ipsa perituri ceruice reuocauit: nil ha-  
 bet quod speret, quem senectus dicit ad mortem. Huic  
 uni intercedi non potest: nullo genere homines mollius  
 5 moriuntur sed nec diutius. Bassus noster uidebatur mihi  
 prosequi se et conponere et uiuere tamquam superstes  
 sibi et sapienter ferre desiderium sui. Nam de morte  
 i multa loquitur et id agit sedulo, ut nobis persuadeat, si  
 quid incommodi aut metus in hoc negotio est, morientis  
 uitium esse, non mortis; non magis in ipsa quicquam  
 6 esse molestiae quam post ipsam. Tam demens autem est,  
 qui timet, quod non est passurus, quam qui timet, quod  
 non est sensurus. An quisquam hoc futurum credit, ut  
 per quam nihil sentiatur, ea sentiatur? « Ergo, inquit,  
 mors adeo extra omne malum est, ut sit extra omnem  
 7 malorum metum. » Haec ego scio et saepe dicta et saepe  
 dicenda, sed neque cum legerem, aequo mihi profue-  
 fol. 31<sup>v</sup> runt, neque cum audirem || aliis dicentibus, qui negabant  
 timenda, a quorum metu aberant: hic uero plurimum  
 apud me auctoritatis habuit, cum loqueretur de morte

---

2 spectat *Q* cum *rell.* *codd.*, expectat *coni.* *Haase* | anquo *Q* cum  
*L*, quo *rell.* *vett.* || 3 spectare *Q* cum *rell.* *exc.* *p* || 4 descendat *sed* i *supra*  
*priorem* e *Q* || 7 obpr- sic *Q* || 8 eicit *Q* *L* | incolomes *Q* p *L*  
 || 9 perituri ex periturae *Q*<sup>2</sup>, periture p || ceruice ex ceruici *Q*<sup>2</sup>  
 || 13 super stes *Q* || 14 ferr& *Q* cum *L* || 15 ait *Q* *L* || 18 demens  
*in ras.* *Q*: tam demens, ait, est *Gertz* || 20 quisquam aut *Q* *L*, q.  
 hoc *vulg.* || 21 Ergo, r *supra* *scr.* *Q*<sup>2</sup> || 22 omnem malum *Q* || 23 sepe  
*Q* et sic mon || 25 diis *Q* p *L* *Par.b*, his sed h *in ras.* *P*; iis *Gertz*.  
*Praefero* aliis (*unde facile fieri potuit corruptum diis*) *ut exhibet Arg.*  
*b*, teste *Fickerito*

uicina. Dicam enim quid sentiam: puto fortiorem esse 8 eum, qui circa mortem est quam qui in ipsa morte. Mors enim admota etiam inperitis animum dedit non uitandi ineuitabilia: sic gladiator tota pugna timi- 5 dissimus iugulum aduersario praestat et errantem gla- dium sibi adtemptat. At illa, quae in propinquuo est utique uentura, desiderat lentam animi firmitatem, quae est rario[n] nec potest nisi a sapiente praestari. Liben- 9 tissime itaque illum audiebam quasi ferentem de morte 10 sententiam et qualis esset eius natura uelut proprius inspectae indicantem. Plus, ut puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis reuixisset et in morte nihil mali esse narraret expertus: accessus mortis quam perturbationem adferat, optime tibi hi dicent, qui secundum 15 illam steterunt, qui uenientem et uiderunt et receperunt. Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit: 10 is ait tam stultum esse, qui mortem timeat, quam qui senectutem. Nam quemadmodum <sup>senectus</sup> adulescentiam sequitur, ita mors senectutem: uiuere noluit, qui mori 20 non uult. Vita enim cum exceptione <sup>mortis</sup> data est, ad hanc itur: quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem ha- 11 bet aequam et inuictam: quis queri potest in ea condicione se esse, in qua nemo *non* est? prima autem pars 25 est aequitatis aequalitas. Sed nunc superuacuum est

---

1 etiam *Q* cum rell. vett. codd.: enim Hense<sup>2</sup> ex ed. Mentel.  
 || 2 qui in ipsa morte est quam qui circa mortem *Q* cum rell.  
 codd.: commatis membra inverienda esse vidit Rossbach, de Sen. phil.  
 libr. rec. et em. p. 153 et Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 494  
 || 4 tota, to *supra* scr. *Q*<sup>1</sup> | timidissimis sed u *supra* tertiam i *Q*  
 || 5 prest- *Q* | gladium sibi adtemperat *Q L P Par.b*, gl. s. ad-  
 temptat recte *mavuli* Rossbach ex p ubi legitur adtemptatur || 6 At  
 illa ex Attilla ut *videtur* *Q* | que *Q* || 7 lentem *Q L* || 10 s. in-  
 spekte *Q L Par.b* || 13 narrare *Q* | turbationem *Q* || 15 recoeperunt *Q*  
 || 18 quem amm- *Q* | adul- sic *Q P* || 20 s. ad hanc itur *Q* cum  
 rell. exc. p || 23 queri *Q* | condit- *Q* || 24 nemo/ om. non *Q* | Prima  
 autem (autem compend.) *Q* cum vett. codd.: prima enim 5

naturae causam agere, quae non aliam uoluit legem nostram esse quam suam : quicquid composuit, resoluit, et  
 12 quicquid resoluit, componit iterum. Iam uero si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret non repente auulsum uitiae, sed minutatim subductum : o ne ille agere 5 gratias diis omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam perductus est. Vides quosdam optantes mortem, et quidem magis quam rogari solet uita. Nescio utros existimem maiorem nobis animum dare, qui depositum mortem an qui hilares eam quietique opperuntur, quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit, haec ex iudicio certo tranquillitas est. Venit aliquis ad mortem iratus : mortem 10 uenientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat. Fateor ergo ad hominem mihi carum 15 ex pluribus me causis frequentius uenisse, ut scirem, an illum totiens eundem inuenirem, numquid cum corporis viribus minueretur animi uigor : qui sic crescebat illi, quomodo manifestior notari solet agitatorum laetitia, cum septimo spatio palmae adpropinquant. 20  
 14 Dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens, priuum sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu ; si tamen esset, habere aliquantum in ipsa bre-

---

1 naturę Q || 2 comp- sic Q p L P | resoluit. & Q cum. L recte  
 || 3 componit Q L p (comp- p), composuit P Par.b || 4 leuiter Q  
 cum vett. codd., leniter 5 | auulsū Q cum L P Par.b || 5 uitę Q |  
 ille Q L, illum Haase et Hense ex p P<sup>1</sup> Par.b || 6 diis sic Q p L  
 Par.b | deb& Q cum L P Par.b, decet Haase et Hense ex alis codd.  
 || 7 gradū Q, gradu L || 8 optanti (i punct.) es Q | quam supra  
 scr. Q<sup>1</sup> || 9 uitā sed lineola erasa Q || 11 operiuntur Q P Par.b  
 et pr. L, opperiantur p defendit Uhl, Quaest. crit. in L. Ann. Sen.  
 dialogos, p. 33 | qm̄ Q | rabiae Q || 13 iratus morti Q p L P,  
 iratus mortem 5 || 14 adillum ex adillum Q<sup>1</sup> || 15 composuerat  
 Q L P Par.b (comp- Par.b), composuerunt p accepit Haase, de-  
 fendit Uhl (op. c., p. 47). malum composuerit ut habent cod. Bernensis  
 et ed. Theod. Iugis, teste Ficherto || 17 toties, lineolam super addidit  
 m. rec. Q, toties L || 20 palme Q || 21 prec- Q || 23 haber& Q cum  
 p L Par.b et pr. P

uitate solacii : nullum enim dolorem longum esse, qui magnus est. Ceterum succursurum sibi etiam in ipsa distractione animae corporisque, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare autem se, quin senilis anima in primis labris esset nec magna ui distractheretur a corpore. « Ignis, qui alentem materiam occupauit, aqua et interdum ruina extinguedus est : ille, qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit. » Libenter haec, mi Lucili, audio non tamquam noua, <sup>15</sup>  
 sed tamquam in rem praesentem perductus. Quid ergo ? non multos spectaui abrumpentes uitam ? Ego uero uidi, sed plus momenti apud me habent, qui ad mortem ue- niunt sine odio uitae et admittunt illam, non adtrahunt. Illud quidem aiebat tormentum nostra nos sentire opera, <sup>16</sup>  
 quod tunc trepidamus, cum prope a nobis esse credimus mortem : a quo enim non prope est, parata omnibus locis omnibusque momentis ? « Sed consideremus, inquit, tunc, cum aliqua causa moriendi uidetur accedere, quanto aliae propiores sint, quae non timentur. » Hostis alicui mortem minabatur, hanc cruditas occupauit. Si distin- <sup>17</sup>  
 guere uoluerimus causas metus nostri, inueniemus alias esse, alias uideri. Non mortem timemus, sed cogitacionem mortis : ab ipsa enim semper tantundem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est : quod enim morti tempus exemptum est ? Sed uereri debeo, ne tam <sup>18</sup>  
 longas epistulas peius quam mortem oderis. Itaque finem faciam : tu tamen mortem ut numquam timeas, semper cogita. VALE.

---

<sup>1</sup> solatii *Q p L Par.b*, solacii *P* || 3 ani/mae *Q*, anime *p*, animi *Hense ex aliis codd.* : cf. *infra* senilis anima || 4 sedo-  
 lore *Q cum Par.b* || 5 selis *Q* || 6 ualentem *Q cum rell.*, alentem  
*Hense ex coniectura Cornelissenii* || 8 s. subdit *Q L* || 10 inrem  
 pre/sente *Q* || 14 Illum *Q* | alebat *Q p L Par.b* || 15 credimus *Q*  
*p*, credidimus *P Par.b et pr. L* || 16 est parata *Q cum rell. exc. p*  
 || 19 alie *Q* | propiores *Q p L* || 24 Quid enim *Q, ubi m. rec. addidit*  
*interrogationis notam* || 26 epistolas *Q L P* || 27 ut non umquam *Q*

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**A**gnosco Lucilium meum : incipit, quem promiserat, exhibere. Sequere illum impetum animi, quo ad optima quaeque calcatis popularibus bonis ibas : non desidero maiorem melioremque te fieri quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupauerunt : tantum  
 Ep. XXXI. fol. 32<sup>v</sup> effice, quantum conatus es, || et illa, quae tecum in animo  
 2 tulisti, tracta. Ad summam sapiens eris, si cluseris aures, quibus ceram parum est obdere : firmiore spissamento opus est quam in sociis usum Vlixem ferunt. Illa vox, 10  
 quae timebatur, erat blanda, non tamen publica : at haec, quae timenda est, non ex uno scopulo, sed ex omni terrarum parte circumsonat. Praeteruehere itaque non unum locum insidiosa uoluptate suspectum, sed omnes urbes. Surdum te amantissimis tuis praesta : bono animo mala 15  
 precantur. Et si esse uis felix, deos ora, ne quid tibi  
 3 ex his, quae optantur, eueniat. Non sunt ista bona, quae in te isti uolunt congeri : unum bonum est, quod beatae uitiae causa et firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor et in 20  
 eorum numero habitus, quae neque bona sunt neque mala : fieri enim non potest, ut una ulla res modo mala sit, modo bona, modo leuis et perferenda, modo ex-  
 4 pauescenda. Labor bonum non est : quid ergo est bonum ? laboris contemptio. Itaque in uanum operosos culpa- 25  
 uerim : rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint minusque sibi uinci ac strigare permiserint,

---

6 tua multum loci Q cum L P Par.b vulg. || 8 sic cluseris Q  
 cum L || 11 ad Q P' || 12 que supra scr. Q<sup>1</sup> || 13 Praeter uehere  
 Q cum Par.b || 14 insidiose Q L || 17 eueniant Q P et pr. L |  
 iste Q L || 18 beate Q || 22 ut una ulla Q p (qut p) L M, cm.  
 ulla P Par.b || 23 profe/renda Q p L || 24 quod ergo bonum Q pr.,  
 quid est (est supra vers.) ergo bonum corr. Q<sup>1</sup>

admirabor et clamabo: « tanto melior, surge et inspira et cluum istum uno, si potes, spiritu exsuperas. » Generosos animos labor nutrit. Non est ergo, quod ex illo uetere *5*  
*uoto* parentum tuorum eligas, quid contingere tibi uelis,  
*5* quid optes: et in totum iam per maxima acto uiro turpe est  
 etiamnunc deos fatigare. Quid uotis opus est? fac te  
 ipse felicem: facies autem, si intellexeris bona esse, qui-  
 bus admixta uirtus est, turpia, quibus malitia coniuncta  
 est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum  
*10* est, nihil atrum, nisi quod tenebras habet aut aliquid in  
 se traxit obscuri, quemadmodum sine adiutorio ignis  
 nihil calidum est, nihil sine aëre frigidum: ita honesta  
 et turpia uirtutis ac malitiae societas efficit. Quid ergo *6*  
 est bonum? rerum scientia. Quid malum est? rerum im-  
*15* peritia. Ille prudens atque artifex pro tempore quae-  
 que repellat aut eligit: sed nec quae repellit timet, nec  
 miratur quae eligit, si modo magnus illi et inuictus ani-  
 mus est. Summitti te ac deprimi ueto. Laborem si non  
 recuses, parum est: posce. « Quid ergo? inquis, labor *7*  
*20* friuolus et superuacuus et || quem humiles causae euoca- fol. 33r

---

i admirabor *Q L P Par.b*, adprobator *p*, adprobabo *Haase*,  
*Hense* | surge & inspira *Q vulg.* || 2 clium *Q sed i in ras.* | exsuperas  
 sed e alteram supra scr. *Q<sup>1</sup>* || 3 s. ex illo uetere parentum *Q p L*  
*P Par.b*: uoto addunt vulgo post uetere, *mauult ante* uetere *Hense*:  
 exemplo vetere *p. coni.* *Buecheler*, ex illo veteri p. t. more *C. Brakman. Librorum scripturam* ex illo uetere (*scil. dicto*) defendit  
*O. Rossbach, l. c., p. 494, adn. 4* || 4 tuorum *Q cum rell. codd.*,  
 recte defendit *Hense* | quod *Q L et m. rec. P*, sed quid ante optes  
*Q cum rell. praeter P corr.* | 8 malicia *Q* || 9 *Quemamm-* *Q et sic*  
*infra* || 16 que nec *Q cum p L P Par.b*, nec quae ε: sed quae re-  
 pellit nec timet nec *coni.* *Hense* || 17 eligit *Q P et corr. L*, elegit  
*Haase et Hense ex Par.b p (hel- p) et pr. L* | ille *Q p L P*  
*|| 18 hac Q* || 19 *Quis ergo Q cum p L P*, quid ergo *s* || 20 super-  
 uacuus est. quem *Q cum rell. codd.*, superuacuus et quem *corr.*  
*Hense*, qui recte etiam verba quem — malus *interlocutori* continuavit,  
 ita ut *interrogationis signum*, quod vulgo ponebatur post superuacuus  
 est, *translatum* sit post malus. *Iam Madvig (l. c., p. 473) sic*  
 emendare conatus erat

'Quid ergo, inquis, si labor friuolus et su-  
 peru. est, quem humiles causae euocauerunt?' Non est malus  
 cet. | cause *Q* | uocauerunt *Q cum rell. codd.: corr. Haase*

uerunt, non est malus? » Non magis quam ille, qui pulchris rebus impenditur, quoniam animi est ipsa tolerantia, quae se ad dura et aspera hortatur ac dicit: « quid 8 cessas? non est uiri timere sudorem ». Huc et illud accedit, ut perfecta uirtus sit, aequalitas ac tenor uitiae per omnia consonans sibi, quod non potest esse, nisi rerum scientia contingit et ars, per quam <sup>humana</sup> ac diuina noscantur. Hoc est summum bonum: quod si occupas, 9 incipis deorum socius esse, non supplex. « Quomodo, inquis, isto peruenitur? » Non per Poeninum Graiumue montem 10 nec per deserta Candauiæ; nec Syrtes tibi nec Scylla aut Charybdis adeundae sunt, quae tamen omnia transisti procuratiunculae pretio: tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quae si non 10 deserueris, par deo surges. Parem autem te deo pecunia 15 non faciet: deus nihil habet. Praetexta non faciet: deus nudus est. Fama non faciet nec ostentatio tui et in populos nominis dimissa notitia: nemo nouit deum, multi de illo male existimant, et impune. Non turba seruorum lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium: deus 20 ille maximus potentissimusque ipse uehit omnia. Ne forma quidem et uires beatum te facere possunt: nihil 11 horum patitur uetustatem. Quaerendum est, quod non fiat in dies eius, quo non possit obstari. Quid hoc est? animus, sed hic rectus, bonus, magnus: quid aliud uo- 25

---

<sup>2</sup> impeditur *Q Par.b p (inp- p) pr. P | qm̄ animiest Q cum rell.*  
 codd.: quoniam magni animi est *Madvig* | <sup>4</sup> Huic *Q p P Par.b*  
 || <sup>10</sup> isto *supra vers. Q\* corr. ex iste ut videtur | poennum sed N*  
*cupra ium Q | gragiumue per/montem sed per punct. Q* || <sup>11</sup> sillæ *Q*  
 || <sup>12</sup> adeunde *Q | 13 procuranti/unculae Q L Par.b et corr. P |*  
*ioc- ex iuc- Q' | 15 per deos Q cum p L Par.b | 16 pretexta Q*  
*pr., pretexta Q<sup>2</sup> perperam | 17 impopolis Q cum p | 19 existiment*  
*sed a supra e ead. m. Q | impunę Q | turbę Q, turbæ L | 20 portan-*  
*tius Q pr. cum L, portantibus (b supra scr.) corr. m. rec. ut*  
*videtur, deterius | 23 Quer- Q | 24 eius Q cum vett. libb. mss. et edd.,*  
*peius s, deterius Erasmus: eius (scil. vetustatis) revocandum recte*  
*putavit Madvig, Adv. crit. II, p. 474 | qui Q L, cui vulgo, quo*  
*Opsopoeus | Quid Q p L<sup>2</sup> recte*

ces hunc quam deum in corpore humano hospitantem ? Hic animus tam in equitem Romanum quam in libertinum, quam in seruum potest cadere. Quid est enim eques Romanus aut libertinus aut seruus ? nomina ex ambitione aut iniuria nata. Subsilire in caelum ex angulo licet : exurge modo « et te quoque dignum | finge deo ». Finges autem non auro uel argento : non potest ex hac materia imago dei exprimi similis ; cogita illos, cum propitii essent, fictiles fuisse. VALE.

10

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Inquiro de te et ab omnibus sciscitor, qui ex ista <sup>1</sup> Ep. XXXII, regione ueniunt, quid agas, ubi et cum quibus moreris. Verba dare non potes: tecum sum. Sic uiue, tamquam quid facias auditurus sim, immo [tamquam] uisurus. <sup>2</sup>  
 Quaeris quid me maxime ex his, quae de te audio, fol. 33<sup>v</sup> delectet ? quod nihil audio, quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari dissimilibus et diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam non posse te detorqueri mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est ? non timeo, ne mutent te, timeo, ne impedian. Multum autem nocet etiam qui moratur, utique in tanta breuitate uitae, quam breuiores inconstantia facimus aliud eius subinde atque aliud facientes initium : diducimus illam in particulas ac lancingamus. Propera ergo, <sup>3</sup>

<sup>2</sup> equitem ex equitatem radendo Q || 3 s. aeques romanum sed s supra in extremam exp. scr. m. rec. Q || 5 aut iniuria Q L, aut ex iniuria vulg.: particula suauidiri posse videtur ex praeced. ex || 8 deo Q cum rell. codd., dei nonnulli edd.

<sup>11</sup> ate Q cum p L P Par.b, de te vel in te s || 15 Queris Q | his Q L P Par.b, iis Haase et Hense ex p: 'fort. is' adn. Hense || 19 s. impropagito Q || 20 s. Quid ergo Q pr., sed ē supra scr. ante ergo ead. m.

Lucili carissime, et cogita quantum additurus celeritati fueris, si a tergo hostis instaret, si equitantem aduentare suspicareris ac fugientium premere uestigia. Fit hoc, premeris: adcelera et euade, perduc te in tutum et subinde considera, quam pulchra res sit consummare uitam 5 ante mortem, deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem, nihil sibi, in possessione beatae ui-  
4 tae positum, quae beatior non fit, si longior. O quando illud uidebis tempus, quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris et crastini neglegens et in summa tui satietate! Vis scire, quid sit, quod faciat homines auidos futuri? nemo sibi contigit. Optauerunt itaque tibi alia parentes tui: sed ego contra omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent: quic-  
5 quid ad te transferunt, alicui detrahendum est. Opto tibi tui facultatem, ut uagis cogitationibus agitata mens tandem resistat et certa sit, ut placeat sibi et intellectis ueris bonis, quae, simul ut intellecta sunt, possidentur, aetatis adiectione non egeat. Ille demum necessitates 20 supergressus est et exauktoratus ac liber, qui uiuit uita peracta. VALE.

1 kar- Q Par.b | aditurus Q et corr. L || 2 fueris addidit in exitu versus ead. m. Q | aequitantem Q L (eq- L), equitem vulgo: praefero equitantem (scil. hostem) || 4 adc- sic Q L Par.b || 5 considere sed a supra extr. e ead. m. Q || 6 exps- sic Q | secnram Q p et corr. L || 7 Nihil sibi Q cum rell. codd.: om. Muretus, inniti sibi corr. Gronovius, sed vulgatam scripturam nihil sibi (scil. exspectare) egregie defendit Ruhkopf in sua edit., t. II p. 150 a. Fortasse non distinguendum est post reliquam temporis sui partem, qui accusativus temporis producti an sit dubito | impossione Q | beate Q || 8 positumque Q<sup>2</sup> | sibi longior Q || 10 placidusqueris Q | crastine sed i supra e ead. m. Q | neglegens Q L P recte || 11 & in Q cum p L: ut in Hense ex conjectura Gertzii | sacra&atem Q, satietatem L | scit Q || 12 contigit Q cum optimis codd., contingit ε | 13 alia Q cum rell. codd.: aliena coni. P. Thomas || 15 comp- sic Q L || 16 transferunt, s supra vers. Q | detrahendum Q pr., ē add. supra vers. ead. m. || 19 uerbis Q p L P Par.b: ueris Erasmus<sup>2</sup> | simul ut Q L (ut insertum m. sec. L)

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**D**esideras his quoque epistulis sicut prioribus i Ep. XXXIII. adscribi aliquas uoces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati: totus contextus illorum uirilis est. Inaequalitatem scias esse, ubi quae eminent, notabilia sunt: non est admirationi una arbor, ubi in eadem altitudinem tota silua surrexit. Eiusmodi || uocibus referta <sup>2</sup> fol. 34<sup>r</sup> sunt carmina, refertae historiae. Itaque nolo illas Epicuri existimes esse: publicae sunt et maxime nostrae, sed *in* illo magis adnotantur, quia rarae interim interueniunt, quia inexspectatae, quia mirum est fortiter aliquid dici ab homine mollitiam professo. Ita enim plerique iudicant: apud me Epicurus est et fortis, licet manuleatus sit. Fortitudo et industria et ad bellum prompta mens tam in Persas quam in alte cinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta et repetita: conti- <sup>3</sup> nuum est apud nostros quicquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista oclifera nec emptorem decipimus nihil inuenturum, cum intrauerit, praeter illa, <sup>4</sup> quae in fronte suspensa sunt: ipsis permittimus, unde uelint sumere exemplaria. Puta nos uelle singulares sententias ex turba separare: cui illas adsignabimus? Zenonii an Cleanthi an Chrysippo an Panaetio an Posido-

---

<sup>2</sup> aepistolis Q, epistolis L P || 3 asscribi Q L Par.b || 5 ubiq; Q, ubique L, ubiquae (quae compend.) corr. Q<sup>a</sup> || 6 admirationi corr. ex amm- Q<sup>a</sup>, ammirationi L, adm- P Par.b || 8 referte Q || 9 maxime Q, maximae L || 10 sed illos, s puncti. Q, sed illo plerique codd., in suppl. Erasmus<sup>1</sup>, sed ex illo Hense dubitans | rare Q | interim secl. Muretus || 11 inspectate Q cum vett. codd., inexspectatae aut insperatae & || 15 prompta Q || 16 excerpta Q sed r supra vers. || 17 excerpitur Q sed c supra vers. || 18 oclifera Q sed ia in ras. || 21 exemplaria Q cum. refl. codd.: exemplar Muretus || 22 adsignauimus Q p L || 23 ancleanti Q | panetio Q | possidonio Q p L P Par.b

nio? Non sumus sub rege: sibi quisque se vindicat. Apud istos quicquid Hermarchus dixit, quicquid Metrodorus, ad unum refertur: omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt. Non possumus, inquam, licet temptemus, educere aliquid ex tanta rerum aequalium multitudine: « pauperis est numerare pecus. » Quocumque miseris oculum, id tibi occurret, quod eminere posset, nisi inter paria legeretur.

5 Quare depone istam spem, posse te summatim degustare ingenia maximorum virorum: tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur et per lineamenta sua ingenii opus nectitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso, quo minus singula membra, dummodo in ipso homine, consideres: non est formosa, cuius crus laudatur aut brachium, sed illa, cuius uniuersa facies admirationem partibus singulis abstulit.

6 Si tamen exegeris, non tam mendice tecum agam, sed plena manu fiet: ingens eorum turba est passim iacentium, sumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt, sed fluunt; perpetua et inter se contexta sunt. Nec dubito, quin multum conferant rudibus adhuc et extrinsecus auscultantibus: facilius enim singula in-

7 sidunt circumscripta et carminis modo inclusa. Ideo fol. 34<sup>v</sup> pueris et sententias ediscendas || damus et has quas Graeci chrias vocant, quia complecti illas puerilis animus potest, qui plus adhuc non capit. Certi profectus uiro cap-

i summus Q || 2 hermar/chus Q cum L recte || 8 possit Q L || 10 ingenia Q, ingenium L || 11 Res/geritur Q cnm p L P Par.b: res seritur coni. Madvig, per partes igitur Brakman. Scripturam codicum sic explanare studet Ruhkopf in sua ed. t. II. p. 154 'strenue incepta sua perficiunt in libris suis', O. Rosstbach autem, l. c. 'ein Ereigniss spielt sich nach und nach ab'. An rege-ritur, scil. aggeritur, congeritur? | lineamenta Q cum plerisque codd. || 14 homini Q et pr. L | formosa Q L P Par.b, formonsa Hense ex p || 15 aut Q sed a supra vers. || 17 tamendice Q sed altera m supra vers. || 23 carmini Q p L P<sup>1</sup> Par.b || 24 greci Q || 26 non capit certi profectus. Viro Q edd. ante Madvigium qui interpolationem recte emendavit

tare flosculos turpe est et fulcire se notissimis ac paucissimis uocibus et memoria stare: sibi iam innitatur. Dicat iste, non teneat: turpe est enim seni aut prospicienti senectutem ex commentario sapere. « Hoc Zenon 5 dixit »: tu quid? « Hoc Cleanthes »: tu quid? quousque sub alio moueris? impera et dic, quod memoriae trahatur: aliquid et de tuo profer. Omnes itaque istos, num- 8 quam auctores, semper interpretes sub aliena umbra latentes, nihil existimo habere generosi, numquam ausos 10 aliquando facere, quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt: aliud autem est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire: at contra scire est et sua facere quaeque nec ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum.

15 « Hoc dixit Zenon, hoc Cleanthes. » Aliquid inter te inter- 9 sit et librum: quousque disces? iam et praecipe. Quid est quod a te audiam, quod legere possum? « Multum, inquit, uiua uox facit. » Non quidem haec, quae alienis uerbis commodatur et actuari uice fungitur. Adice nunc 10 quod isti, qui numquam tutelae suae fiunt, primum in ea re secuntur priores, in qua nemo non a priore descivit;

---

3 dicat iste *Q pr.*, discat ista *corr. m. rec.*, dicat ista *vulgo*: *praeferendam puto primam scripturam codicis Quiriniani, unde aptior efficitur sensus* Dicat (*scil. praecipiat* sua, auctoris munere fungatur) iste (*scil. senex aut prospiciens senectutem*), non teneat (*scil. aliena, ut interpres*) || 5 Hoc ocle/antes (oc in ras.) *Q*, ocleanthes *etiam p pr.* || 6 sub alio merebis? et ipse impera *van der Vliet et R. Waltz*, sed sub alio moueris *idem valet alique auctoribus* aliis tibi opus est. *An moueberis?* || 7 profert sed *t punct. Q* || 12 memorie *Q* || 13 est & *Q cum rell. codd.*: et seclusit *Madvig*, defendit *Rossbach recte* || 14 totiēs sed lineolam super addidit *m. rec. Q*, item *L* || 15 cleantes *Q L* || 16 dices *Q p P<sup>1</sup> Par.b* | prec- *Q* | quid est quodarte *Q*, quidem quod a te *L*, quid est et quare *vel* quid est quare *alii*: quid est et quare *Haase*, quid est quare et *Hense*: *scripturis codicum Q et L adducor ut conciam* quid est quod a te || 17 possim *Q L* || 18 inquid *Q* | Num et mox *interrogationis signum post fungitur Q*, num *etiam L*, non *vulgo* | quid est *Q Par.b* || 19 actuari *Q pr.*, actuarii *corr. m. rec.* || 20 tutelę suę *Q* | primū *ex primunt corr. Q<sup>2</sup>*

deinde in ea re secuntur, quae adhuc quaeritur: numquam autem inuenietur, si contenti fuerimus inuentis. Praeterea qui alium sequitur, nihil inuenit, immo nec 11 quaerit. Quid ergo? non ibo per priorum uestigia? ego uero utar uia ueteri, sed si propiorem planioremque in-<sup>5</sup> uenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus ueritas, nondum est occupata: multum ex illa etiam futuris relictum est. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

10

Ep. XXXIII. 1

Cresco et exulto et discussa senectute recalesco, quotiens ex his, quae agis ac scribis, intellego, quantum te ipse — nam turbam olim reliqueras — super te egeris. Si agricolam arbor ad fructum perducta delectat, si pastor ex fetu gregis sui capit uoluptatem, si alumnum suum <sup>15</sup> nemo aliter intuetur quam ut adulescentiam illius suam iudicet: quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt et quae tenera formauerunt, adulta subito uident?

<sup>2</sup> || Assero te mihi: meum opus es. Ego quum uidissem in-  
fol. 35<sup>r</sup> dolem tuam, inieci manum, exhortatus sum, addidi sti-<sup>20</sup> mulos nec lente ire passus sum, sed subinde incitaui: et nunc idem facio, sed iam currentem hortor et inuicem

<sup>3</sup> Pret- *Q* | aliud *Q* p *L P Par.b*, alium s || 4 querit *Q* || 5 si priorem *Q p L*

<sup>12</sup> quoties *Q pr. cum L*, quoties corr. m. rec. | ex his *Q*, ex his *L P Par.b vulg.* || <sup>13</sup> super te geris *Q P*, supertegeris *p L Par.b*: supergrederis Erasmus, supericeris *L. de Ian.* Cum Ficherio prae-  
fero super te egeris *ut habent nonnulli s* || <sup>15</sup> foetu *Q p L P* || <sup>16</sup> adole-  
scientiam *Q L Par.b* || <sup>17</sup> euenire *Q sed prima e supra vers.* | his  
*Q p et pr. L*, iis Hense ex *P et, ut videtur, pr. Par.b* || <sup>18</sup> qui *Q et,*  
*ut videtur, pr. L*: quae *vulg.* || <sup>19</sup> Ass- sic *Q cum L Par.b* | quam  
punct. et *supra sor.* cū *Q*, *eadem corr. in L*, cum *P*: quom Ross-  
bach. *Puto fuisse quum* || <sup>20</sup> exort- *Q* || <sup>21</sup> lente te ire *coni. Aem.*  
Baehrens

hortantem. « Quid aliud? inquis, adhuc uolo. » In hoc 3 plurimum est, non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicuntur. Ista res animo constat: itaque pars magna bonitatis est uelle fieri bonum. Scis 5 quem bonum dicam? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla uis, nulla necessitas possit. Hunc [in] te 4 prospicio, si perseueraueris et incubueris. Et id egeris, ut omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi et una forma percussa sint. Non est huius ani- 10 mus in recto, cuius acta discordant. VALE.

## [SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Cum te tam ualde rogo, ut studeas, meum nego- 1 Ep. XXXV.  
tium ago: habere te amicum uolo, quod contingere mihi,  
nisi pergis ut coepisti excolere te, non potest. Nunc enim  
15 amas me, amicus non es. « Quid ergo? haec inter se diuersa  
sunt? » immo dissimilia. Qui amicus est, amat; qui  
amat, non utique amicus est: itaque amicitia semper  
prodest, amor aliquando etiam nocet. Si nihil aliud, ob  
hoc profice, ut amare discas. Festina ergo, dum mihi 2  
proficis, ne istuc alteri didiceris. Ego quidem [prae]cipio  
iam fructum, cum mihi fingo uno nos animo futuros et

<sup>1</sup> ‘Quid aliud, inquis, adhuc volo?’ *vulg.*: ‘Quid aliud, [in-  
quis, adhuc nisi volo?]’ *coni. Madvig.* ‘Quid aliud?’ inquis ‘adhuc  
volo.’ *Hense suadente Buechelero; quam interpunctionis mutationem  
aliquatenus confirmat Q* Quid/aliud inquis? adhuc uolo || 3 ita *Q*  
*cum rell. codd.*: ista *Haase* || 4 uelle, le *supra vers. Q* || 6 hunc  
in te *Q L P Par.b*: in *seclusit Haase, expungendum putavit Cha-*  
*telain, l. c., p. 107* || 7 perseueraueris *Q cum plerisque codd.*,  
perseueraaris *L*

<sup>13</sup> ago *om. Q* | habere amicum *Q cum rell. codd.*: te *suppl.*  
*Linde* || 14 pergas *ex peragas radendo Q*, pergas *ex pergis L m.*  
*tertia* || 15 haec *supra vers Q'* || 20 istuc *Q cum vett. codd.*, istud s  
| pcipio *ex precipio, m. rec, Q*, pcipio *sed post p* *duae litt. rasae*  
(re *ut videtur*) *L*: *praecipio magis quam vulg. percipio ad contextum*  
*quadrare videtur*

quicquid aetati meae uigoris abscessit, id ad me ex tua,  
 quamquam non multum abest, redditum: sed tamen  
 3 re quoque ipsa esse laetus uolo. Venit ad nos ex his, quos  
 amamus, etiam absentibus gaudium, sed id leue et euani-  
 dum: conspectus et praesentia et conuersatio habet ali- 5  
 quid uiuae uoluptatis, utique si non tantum quem uelis,  
 sed qualem uelis, uideas. Affer itaque te mihi ingens mu-  
 nus, et quo magis instes, cogita te mortalem esse, me se-  
 4 nem. Propera ad me, sed ad te prius: profice et ante om-  
 nia hoc cura, ut constes tibi. Quotiens experiri uoles, an 10  
 aliquid actum sit, obserua, an eadem hodie uelis, quae heri:  
 mutatio uoluntatis indicat animum natare, aliubi atque  
 aliubi apparere, prout tulit uentus. Non uagatur, quod  
 fixum atque fundatum est: istud sapienti perfecto contin-  
 git, aliquatenus et proficieni proiectoque. Quid ergo 15  
 fol. 35<sup>v</sup> interest? hic commouetur || quidem, non tamen transit,  
 sed suo loco nutat; ille ne commouetur quidem. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XXXVI. i

**A**amicum tuum hortare, ut istos magno animo con-  
 temnat, qui illum obiurgant, quod umbram et otium 20  
 petierit, quod dignitatem suam destituerit, et cum plus  
 consequi posset, praetulerit quietem omnibus: quam  
 utiliter suum negotium gesserit, cotidie illis ostentet. Hi,

<sup>2</sup> quanquam (quamq- *Q<sup>3</sup>*) non (non compend.) ex quantum  
*Q* || <sup>3</sup> rem sed m transfossa *Q* | his *Q L et m. rec. P.* iis Haase  
 et Hense ex p || <sup>4</sup> lene *Q L* || <sup>5</sup> p̄sentia *Q* || <sup>6</sup> uitiae *Q L* || <sup>7</sup>  
 Affer sic *Q cum Par.b* || <sup>10</sup> Quotiēs, lineolam super addidit *m. rec.*  
*Q*: item *L* | experire *Q L* || <sup>11</sup> uelis *Q P Par.b recte* || <sup>12</sup> natare  
 sed u supra a priorē *m. rec. Q*, item *P: l* nutare in marg. *L*  
 || <sup>17</sup> neccommouetur *Q cum L P Par.b*

<sup>19 s.</sup> contempnat *Q et corr. L* || <sup>22</sup> pret- *Q* || <sup>23</sup> ostendit  
*Q L*, ostendet vulgo, ostentet ex *P et nonnullis* <sup>5</sup> Schweigaeuser  
 et Madvig recte. Hense, qui et ipse probat ostentet, simul coni.  
 ostendat

quibus inuidetur, non desinent transire: alii elidentur, alii cadent. Res est inquieta felicitas, ipsa se exagitat, mouet cerebrum non uno genere: alios in aliud irritat, hos in potentiam, illos in luxuriam; hos inflat, illos 5 mollit et totos resoluit. « At bene aliquis illam fert. » Sic, 2 quomodo uinum. Itaque non est quod tibi isti persuadeant eum esse felicem, qui a multis obsidetur: sic ad illum, quemadmodum ad lacum concurritur, quem exhauiunt et turbant. « Nugatorium et inertem uocant. » Scis quos-  
10 dam peruerse loqui et significare contraria. Felicem uocabant: quid ergo? erat? Ne illud quidem curo, quod 3 quibusdam nimis horridi animi uidetur et tetrici. Ariston aiebat malle se adulescentem tristem quam hilarem et amabilem turbae: uinum enim bonum fieri, quod re-  
15 cens durum et asperum uisum est; non pati aetatem, quod in dolio placuit. Sine eum tristem appellant et inimicum processibus suis: bene se dabit et in uetus-  
state ipsa tristitia, perseveret modo colere uirtutem, per-  
bibere liberalia studia, non illa, quibus perfundi satis  
20 est, sed haec, quibus tingendus est animus. Hoc est 4 discendi tempus. « Quid ergo? aliquod est, quo non sit discendum? » Minime: sed quemadmodum omnibus an-  
nis studere honestum est, ita non omnibus institui. Tur-  
pis et ridicula res est elementarius senex: iuueni paran-  
25 dum, seni utendum est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illum quam optimum feceris: haec aiunt bene-

---

5 aliquid *Q* et *pr. L* || 6 uinum *Q L P Par.b recte* | persuadeant *Q* sed a *alt. supra vers.* || 7 quiam multis *Q*, quia *m. L*, qui a *m. P Par.b*, qui *m. p* quam scripturam *Hense probare videtur id revocans quod Geriz adnotavit in Seneca dial. p. 256, 14' dativum saepe sic usurpat Seneca' || 8 quemadmodum *Q* || 10 Felicem] in marg. & facile *Q*, item *L* || 13 adol- *Q L Par.b* || 14 turbe *Q* || 16 Sin eum (eum ex cum *Q*) *Q* cum *L P Par.b* || 17 dabit et in *Q*, dabit in *rell.*: et *punct. m. rec. Q*, sed *particula in sententiam apte cadit* || 18's. perhibere *Q L Par.b* || 19 profundi *Q* || 20 sed haec quibus tingendus (u punct. *Q*, tingendus *Par.b*) est *Q L P Par.b* || 26 obt. *Q P**

ficia esse expetenda tribuendaque, non "dubie" primae  
 sortis, quae tam dare prodest quam accipere. Denique  
 nihil illi iam liberi est, spopondit: minus autem turpe  
 est creditori quam spei bonae decoquere. Ad [illud] aes  
 alienum soluendum opus est negotianti nauigatione pro-  
 spera, agrum colenti ubertate eius, quam colit, terrae,  
 caeli fauore: ille quod debet, sola potest uoluntate per-  
 solui. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat, ut  
 quam tranquillissimus ille animus ad perfectum ueniat,  
 qui nec ablatum sibi quicquam sentit nec adiectum, sed  
 in eodem habitu est, quomodocumque res cedunt: cui  
 siue adgeruntur uulgaria bona, supra res suas eminet,  
 fol. 36<sup>r</sup> siue aliquid ex istis || uel omnia casus excussit, minor non  
 fit. Si in Parthia natus esset, arcum infans statim ten-  
 deret; si in Germania, protinus puer tenerum hostile 15  
 uibraret; si auorum nostrorum temporibus fuisset, equi-  
 tare et hostem comminus percutere didicisset. Haec sin-  
 gulis disciplina gentis suae suadet atque imperat. Quid  
 ergo huic meditandum est? quod aduersus omnia tela,  
 quod aduersus omne hostium genus bene facit, mortem 20  
 contemnere, quae quin habeat aliquid in se terribile,  
 ut et animos nostros, quos in amorem sui natura forma-  
 uit, offendat, nemo dubitat: nec enim opus esset in id  
 comparari et acui, in quod instinctu quodam uoluntario  
 iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationem sui. 25  
 9 Nemo discit, ut si necesse fuerit, aequo animo in rosa  
 iaceat, sed in hoc duratur, ut tormentis non summittat

---

<sup>1</sup> dubie *Q* | prime *Q* || 2 qua&am *Q pr.*, quae tam *Q<sup>1</sup>* || 4  
 bone *Q* | dequoquere *Q p Par.b* | At illud *Q*: ad aliud proposuit  
 Rossbach, ad (om. illud) subdubitans coni. Hense, cui assentior  
 || 6 terre *Q pr.*, terre *Q<sup>1</sup>* || 8 inmores *Q*, immores *p* || 10 quic/quid  
*Q* et *pr. L* || 11 ineo *Q cum p P Pav.b* | habitus *Q L Pav.b* |  
 cedunt *Q L recte*, caedunt vel cedunt *alii* || 12 adger- sic *Q p P*  
 et *pr. L* || 15 hostile *ex host-* *Q<sup>1</sup>* || 16 s. aeq- *Q* || 17 & *supra* vers. *Q*  
 || 18 sue *Q* || 19 ergo huc *Q* || 20 bene, ne *ex corr. Q* || 21 contempn- *Q*  
 || 24 instinctu *Q L recte*, varie mendosum in alius codd. || 27 in *Q*  
 cum rell., sed i incerta forma

fidem, ut si necesse fuerit, stans etiam aliquando saucius  
 pro uallo peruigilet et ne pilo quidem incumbat, quia  
 solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum  
 reclinatis. Mors nullum habet incommodum : esse enim  
 5 debet aliquid, cuius sit incommodum. Quod si tanta cu-  
 piditas te longioris aeui tenet, cogita nihil eorum, quae  
 ab oculis abeunt et in rerum naturam, ex qua prodierunt  
 ac mox processura sunt, reconduntur, consumi : desi-  
 nunt ista, non pereunt et mors, quam pertimescimus ac  
 10 recusamus, intermittit uitam, non eripit : ueniet iterum,  
 qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent,  
 nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo om-  
 nia, quae uidentur perire, mutari. Aequo animo debet  
 15 redditurus exire. Obserua orbem rerum in se remeantium :  
 nihil uidebis in hoc mundo extingui, sed uicibus descend-  
 dere ac surgere. Aestasabit, sed alter illam annus addu-  
 cet ; hiemps cecidit, referent illam sui menses ; sole  
 nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste  
 discursus, quicquid praeterit, repetit : pars caeli leua-  
 20 tur assidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si  
 hoc unum adiecero, nec infantes [nec] pueros nec mente  
 lapsos timere mortem et esse turpissimum, || si eam secu-  
 ritatem nobis ratio non praestat, ad quam stultitia per-  
 ducit. VALE.  
fol. 36v

---

2 ne om. Q pr., ne supra scr. Q<sup>1</sup> | incumbent Q L, incumbat  
 Par.b || 5 aliquis Q p L P Par.b, aliquid vulg. || 6 eui Q || 7 habeunt Q  
 || 8 consumi Q, consummi p || 9 hac Q || 11 quam Q L P Par.b  
 || 13 mutari./aequo Q cum rell. codd.: utique (vel interim) ante  
 aequo addendum putat Io. Mueller. Malim ergo || 15 nihil uidebis Q L,  
 uidebis nihil vulg. languidius || 16 abit Q cum vett. codd., abiit 5 :  
 abit Hense<sup>3</sup> quem sequor | adducit Q P L || 17 cecidit Q cum rell.,  
 cessit sed coni. Haase, cecidit, set (vel sed) Hense || 18 ista Q L  
 || 19 preterit Q p (praet- p), preterit alii : praeterit Hense<sup>3</sup> quem  
 sequor || 20 assidue Q || 21 necpue/ros Q cum rell. : nec seclusit  
 Medvig || 23 prestat Q, prestat vulg.: exspectes praestaret

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XXXVII. i **Q**uod maximum uinculum est ad bonam mentem, promisisti uirum bonum, sacramento rogatus es. Deridebit te, si quis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem: nolo te decipi. Eadem honestissimi huius 5 et illius turpissimi auctoramenti uerba sunt: «uri, 2 uinciri ferroque necari.» Ab illis, qui manus harenæ locant et edunt ac bibunt, quae per sanguinem redditant, cauetur, ut ista uel inuiti patiantur: a te, ut uolens libensque patiaris. Illis licet arma summittere, 10 misericordiam populi temptare: tu neque summittes nec uitam rogabis: recto tibi inuictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucrificare? 3 sine missione nascimur. «Quomodo ergo, inquis, me expediam?» Effugere non potes necessitates, potes uincere. «Fit uia *ui*.» Et hanc tibi uiam dabit philosophia. Ad hanc te confer, si uis saluus esse, si securus, si beatus, denique si uis esse, quod est maximum, liber: hoc 4 contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, seruiliis, multis affectibus et sae- 20 uissimis subiecta. Hos tam graues dominos, interdum alternis imperantes, interdum pariter, dimittit a te sapientia, quae sola libertas est. Vna ad hanc fert uia, et

---

4 se *Q* cum plerisque codd. | malitiā *Q* cum *L* || 6 auctoramentis *Q* *L* *Par.b* et *pr. P* | Veri *Q* cum *p* *L* *P* *Par.b* *pr.* || 7 uerbērari post uinciri *suppl.* Gertz, *ante* uinciri Hense dubitanter | harenæ locant *Q* *pr.*, harenæ locant *distinxit m. rec.* || 8 *p* *supra vers.* *ante* sanguinem *Q* || 11 summitteres *ex* summitteres *radendo* *Q* || 12 rogabis *ex* rogabilis *Q* | inuito/que *Q* || 13 lucrificare *Q* Hense, lucri facere *vulgo* || 14 missione *sed in marg.* | re *Q*, item *L* missione *sed in marg.* re *L* || 15 effugere *ex* effugire *Q*, effugire *p* *L* || potes *ex* potest (*ante* necessitates) *radendo* *Q* || 16 *ui suppl.* Gruterus *ex* Vergili Aen. II 494 | uiam *Q* *p* *P* *Par.b*: *uim Haase*, una Gertz | phyl- *Q* || 19 s. stulta *Q* *p* *L* || 20 s. seu- *Q* || 22 alterius (alterius?) *Q*, alteris *L* | adte *Q*, ad te *L corr.*

quidem recta: non aberrabis. Vade certo gradu: si uis omnia tibi subicere, te subice rationi. Multos reges, si ratio te rexerit: ab illa disces, quid et quemadmodum adgredi debeas: non incides rebus. Neminem mihi 5 dabis, qui sciat, quomodo quod uult, cooperit uelle: non consilio adductus illo, sed impetu impactus est. Non minus saepe fortuna in nos incurrit quam nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri et subito in medio turbine rerum stupentem quaerere: « huc ego quemadmodum ueni? » VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALUTEM.

**M**erito exigis, ut hoc inter nos epistularum com- <sup>1</sup> Ep. XXXVIII.  
mercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, quia minutatim inrexit animo: disputationes praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, contionibus, || ubi qui dubitat, impellendus fol. 37<sup>r</sup> est: ubi uero non hoc agendum est, ut uelit discere, <sup>20</sup> sed ut discat, ad haec submissiora uerba uenientum est. Facilius intrant et haerent: nec enim multis opus

2 te subice rationi Q cum vulg.: omntae subite rationi p, unde omnem subice te r. coni. Haase, omnem te subiice r. Chatelain || 6 illo Q cum rell. exc. p ubi est omissum, secl. Haase; ullo ed. Mentel. Adverbium esse loci adnotat Fickert. Fort. ille | imp&u sic Q cum L P | impactus sic Q L || 7 sepe Q || 9 s. quemamm. Q

12 epistolarum et continuo duae vel tres litt. erasae Q, epistolam L P Par.b || 13 quia sed a punct. Q, quia p et corr. L, qui alii, sed quia preferendum recte vidit Chatelain || 14 prep- Q || 15 strepitus ex strepidus corr. Q<sup>3</sup> || 16 Phyl- Q || 17 clare dat Q cum vulg.: clamore dat coni. Muretus, clamitat C. E. Georges. Sed vulgatam clare (scil. clara et elata voce) iam recte defendit Ruhkopf || 18 conc- Q | ubique Q || 20 summ- Q L Par.b || 21 intrent (trent add. in extr. versu Q<sup>4</sup>) & (ante & erasae nonnullae litt.) herent Q, intrent et haerent vulgo: i. sed h.

2 est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt, quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, uires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idem facit ratio: non late patet, si aspicias; in opere crescit. Pauca sunt, quae dicuntur, sed 5 si illa animus bene exceperit, conualescunt et exsurgunt. Eadem est, inquam, praeceptorum condicio quae se- minum: multum efficiunt, et angusta sunt. Tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa et in se trahat: multa inuicem et ipsa generabit et plus reddet quam acce- 10 perit. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XXXIX. 1 Commentarios, quos desideras, diligenter ordinatos et in angustum coactos ego uero componam: sed uide, ne plus profutura sit ratio ordinaria quam haec, 15 quae nunc uulgo breuiarium dicitur, olim cum latine loqueremur, summarium uocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, haec scienti: illa enim docet, haec admonet. Sed utriusque rei tibi copiam faciam; tu<sup>3</sup> a me non est quod illum aut illum exigas: qui notorem 20 2 dat, ignotus est. Scribam ergo quod uis, sed meo more: interim multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum: haec

*Erasm.<sup>3</sup>, i. sed et h. Gruterus, non necessario | 3 s. auctos sed u supra o Q<sup>2</sup>, auctos p || 4 s. asp- sic Q L P Par.b || 6 si Q L, om. p P<sup>1</sup> Par.b<sup>1</sup> | exsurg- Q L P || 7 in quā (lineolam super add. Q<sup>2</sup>) Q | prec- Q | conditio Q || 8 sint sed u supra i Q || 9 rapiat Q cum vulg., capiat & quam scripturam praetulit Hense praeente Volkmanno*

*13 s. ornatos Q cum vett. codd., ordinatos 5 || 14 comp- sic Q P || 16 breuiarum Q || 17 dicenti Q p P<sup>1</sup> Par.b || 18 scienti Q sed c supra vers. || 19 amm- Q | Tuame Q || 21 morem sed m transfixa Q || 23 ordinent Q cum vulg. (scil. grammatici): ordines coni. Madvig. Vulgatam scripturam quasi ordinentur explicat Ruhkopf*

ipsa res expergisci te coget, si uideris, quam multi tibi laborauerint. Concupisces et ipse ex illis unus esse: habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii uirum 5 humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se uocat et extollit. Quemadmodum flamma surgit 3 in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior, quo uehementior fuerit. Sed felix 10 qui ad meliora hunc impetum dedit: ponet se extra ius dicionemque fortunae; secunda temperabit, aduersa comminuet et aliis admiranda despiciet. Magni animi est magna 4 contemnere ac mediocria malle quam nimia. Illa enim utilia uitaliaque sunt: at haec eo, quod superfluunt, nocent. 15 Sic segetem nimia || sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit, quos inmoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Qui hostis in quemquam 5 20 tam contumeliosus fuit quam in quosdam uoluptates suae sunt? quorum inpotentiae atque insanae libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod, quae fecere, patiuntur. Nec inmerito hic illos furor uexat: necesse est enim in immensum exeat cupiditas, quae naturalem modum 25 transilit. Ille enim habet suum finem, inania et ex libidine

---

*in sua ed., II, p. 159 '...multos auctores philosophicos habes quos legas, sed ordinem serva, qui in legendis hisce libris saepe negligitur'. Aliter Hense 'quasi ordine res disponant, ordinem servent' | phyl- Q || 3 enī hoc optimum in ras. Q || 9 actuosior Q sed prior o supra vers. || 10 imp. sic Q L P | ius ditionēque Q pr., sed m. rec. corr. iuris dictioñē || 11 fortune Q | temperauit Q p L || 12 & aliis Q cum. rell. codd.: et om. Mureetus ex uno 5 || 13 contemptu- Q || 14 uitaliaque Q | at Q L recte || 15 nimio ante onere Hense ex conjectura Gertizi || 19 Quis Q m. rec. ex Qui, item P || 21 sue Q || insane Q || 22 quodq; Q | facere Q et pr. L || 24 que Q || 25 transilit Q cum veit. codd.: transilit complures edd. | hab& Q pr. sed lineolam supra & addidit m. rec. perperam*

6 orta sine termino sunt. Necessaria metitur utilitas : superuacula quo redigis ? Voluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt, et ob hoc miserrimi sunt, quod eo peruererunt, ut illis quae superuacula fuerant, facta sint necessaria. Seruiunt itaque uoluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Tunc autem est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, et desinit esse remedio locus, ubi quae fuerant uitia, mores sunt. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XL. 1 **Q**uod frequenter mihi scribis, gratias ago: nam quo uno modo potes, te mihi ostendis. Numquam epistulam tuam accipio, ut non protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absentium iucundae sunt, quae 15 memoriam renouant et desiderium absentiae falso atque inani solacio leuant: quanto iucundiores sunt litterae, quae uera amici absentis uestigia, ueras notas adferunt? Nam quod in conspectu dulcissimum<sup>7</sup> est, id amici manus 2 epistulae impressa praestat, agnoscere. Audisse te scri- 20 bis Serapionem philosophum, cum istuc adiplicuissest: « solet magno cursu uerba conuellere, quae non effundit una, sed premit et urguet: plura enim uenient quam

<sup>7</sup> et ante amant Haase et Hense ex p, om. Q L P Par.b. Particulam omittere malunt Chatelain et Rossbach, quos sequor || 9 ubi quae (quae compend.) ex ubiq; m. rec. Q  
 13 te add. in extr. versu Q | epistolam Q L P || 15 iocundę ex iuc- m. rec. Q | que Q || 16 absentiae secl. Hense<sup>2</sup> praeceunie Gemollio, at retineri posse mihi videtur || 17 inane Q L | solatio Q | ioc- Q L P Par.b | litterę Q || 18 s. adferunt? Nam Q cum L<sup>1</sup> P recte || 20 eplae Q, epistolae L P | prestat Q || 21 phylosophū ex phylosophiā corr. Q<sup>2</sup> || adiplicuissest Q cum L<sup>1</sup> P Par.b recte || 22 sol& Q pr., solere corr. m. rec. || 23 ima Q cum vett. codd., una 5 | urgu& Q cum p L et pr. P

quibus uox una sufficiat. » Hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque, sicut uita, debet esse composita: nihil autem ordinatum est, quod praecipitatur et properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata et sine intermissione in morem niuvis superueniens || *iuueni* fol. 38<sup>r</sup>

oratori data est, lenis et melle dulcior seni profuit. Sic itaque habe, [ut] istam uim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti rem magnam ac seriam docentique. Aequa stillare illum nolo quam currere: nec extendat aures nec obruat. Nam illa quoque inopia et exilitas minus intentum auditorem habet taedio interruptae tarditatis; facilius tamen insidit, quod exspectatur, quam quod praeteruolat. Denique tradere homines discipulis p[re]cepta dicuntur: non tra-

---

<sup>1</sup> phyl- Q || 3 prec- Q || 5 sup ueniens/oratori Q cum rell. codd.. *Aliquid excidisse patet: vix persuaderet quod G. H. Mueller 'Animadv. ad L. Ann. Sen. epp. quae sunt de oratione spectantes, 1910, p. 19 ss.' adfert ad librorum scripturam tuendam. Veri similius putaverim quod suspicatus est Haupt iuueni excidisse propter simillimam vocem anteced. superueniens: non ausim tamen secludere vocabulum oratori quod omnes codd. habent, quamvis suspectum sit, cum populare istud pronuntiationis genus Seneca continuo iudicet aptius circulanti quam agenti rem magnam ac seriam, et paulo post (§ 8) affirmet uix oratori permiserim talem dicendi uelocitatem irreuocabilem ac sine lege uadentem. Madvig autem, cui etiam superueniens suspicionem moveat, coni. uber iuueni oratori: *Hense mavuli superveniens iuveniori oratori. De dicendi vi ac celeritate, quam Homerus Ulixi tribuit, quid existimaverit Quintilianus, constat: cf. I. O. XII 10, 64 s.* (Homerus) summam expressurus in Ulixe facundiam et magnitudinem illi vocis et vim orationis nivibus hibernis copia verborum atque impetu parem tribuit.... Haec (*scil.* vis et celeritas) est vere dicendi facultas || 7 habe utistam Q cum vett. codd., ut om. 5 aut inserunt credas aut cognoscas aut iudices aut scias ante vel post aptiorem esse vel post circulanti: habeas istam coni. G. H. Mueller. Particulae ut consecutiae constructionem cum infinitivo enuntiato hic fortasse commixtam opinatur W. A. Bachrens, Philol. suppl. XII 1912, p. 468 s.: probabilius autem particularum temere intatam esse priori sic quasi responsuram putat Hense, qui dubitanter proponit tu habe, istam | rabidam Q || 8 abt- Q | circui antiquam Q L || 9 Aequae Q | stillare ex stellare Q | illam Q || 12 ted- Q | interrupte Q | insidit (in *supra* vers.) Q pr., insidet corr. m. rec. || 13 p[re]teruolat Q || 14 prec- Q*

4 ditur quod fugit. Adice nunc, quod quae ueritati operam dat oratio, incomposita esse debet et simplex: haec popularis nihil habet ueri. Mouere uult turbam, et inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non praebet, auferatur: quomodo autem regere potest, quae regi non potest? Quid, quod haec oratio, quae sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet? remedia non sunt, nisi immorantur. Multum praeterea habet inanitatis et uani, plus sonat quam ualet. Lenienda sunt, quae me exterrant, compescenda, quae irritant, discutienda, quae fallunt, inhibenda luxuria, corripienda auaritia: quid horum raptim potest fieri? quis medicus aegros in transitu curat? Quid, quod ne uoluptatem quidem ullam habet talis uerborum sine delectu ruentium strepitus? Sed ut pleraque, quae fieri posse non credideris, cognouisse satis est, ita istos, qui uerba exercuerunt, abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari uelit? quid de eorum animo iudicet, quorum oratio perturbata et inmissa est nec potest reprimi? Quemadmodum per proclive currentium non ubi uisum est, gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit ac longius quam uoluit effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est nec satis decora philosophiae, quae ponere debet uerba, non prouicere, et

<sup>1</sup> fugit ex fugiet (vel fugiat) radendo Q | quod quae (quae comprehend.) ex quodq; m. rec. Q, quodque L || 2 incomposita Q, incomposita L P Par.b: incompta Schultess, Wolters, G. H. Mueller, sed ad librorum scripturam, quam seq. simplex commendat, recte rediit Hense<sup>2</sup>, qui in proecdosi eam emendationem acceperat || 4 imp- sic Q L P | preb- Q || 5 regere potes Q cum p L P et corr. Par.b || 6 hec Q || 8 immor- sic Q L<sup>3</sup> | pre ter ea Q || 10 comp- sic Q L | irr- sic Q L Par.b || 14 delectu (ex delictu Q<sup>4</sup>) Q Par.b vulg., delictu p: delectu mavult Hense praeante Grutero ex L et aliquot s (t delictu in marg. m. sec. L) || 15 pleraqueaq; Q pr., pleraq; corr. m. rec. Q || 16 crederes Q vulg., credideris nonnulli 5 quos sequor: credes e re coni. Gemoll || 17 habunde Q || dicere Q p L || 18 inimitari ex imitari Q | de eorum Q L P Par.b recte || 22 serpit Q L P Par.b, se rapit s || 23 cael- Q || 24 phyl- Q | que Q

pedetemptim procedere. « Quid ergo? non aliquando et 8  
 insurget? » Quidni? sed salua dignitate morum, quam  
 uiolenta ista et nimia uis exigit. Habeat uires magnas,  
 moderatas tamen: perennis sit unda, non torrens. Vix  
 5 oratori permiserim talem dicendi uelocitatem inreuoca-  
 bilem ac sine lege uadentem: quemadmodum enim iudex fol. 38<sup>v</sup>  
 subsequi poterit aliquando etiam imperitus et rudit? Tum quoque, cum illum aut ostentatio abstulerit aut  
 affectus impotens sui, tantum festinet atque ingerat,  
 10 quantum aures pati possunt. Recte ergo facies, si non 9  
 uideris istos, qui quantum dicant, non quemadmodum  
 quaerunt, et ipse malueris, si necesse est, ut P. Vinicius  
 dicere. « Qui itaque? » Cum quaereretur, quomodo P. Vini-  
 cius diceret, Asellius ait: « tractim ». Nam Geminus Va-  
 15 riūs ait: « quomodo istum disertum dicatis, nescio: tria  
 uerba non potest iungere. » Quidni malis tu sic dicere,  
 quomodo Vinicius? Aliquis tam insulsus interuenerit 10  
 quam qui illi singula uerba uellenti, tamquam dictaret,  
 non diceret, ait: « dic, numquid dicas ». Nam Q. Hateri  
 20 cursum, suis temporibus oratoris celeberrimi, longe ab-  
 esse ab homine sano uolo: numquam dubitauit, num-  
 quam intermisit; semel incipiebat, semel desinebat.

---

3 exigit Q et pr. L (scil. relegat, non recipit): efficacius vide-  
 tur quam vulg. exuit || 7 imp- sic Q L P || 9 affectus imp&us  
 sui Q; affectus etiam Mureius qui corr. impotens ex impetus:  
 effectus impetus sui p L P Par.b, commandant Buecheler et G. H.  
 Mueller | ingerat ex ingenerat radendo Q || 11 uideris istos Q cum  
 vett. codd., audieris istos 5: mireris istos coni. Haase dubitanter,  
 inuideris istis Madvig, sed uideris istos idem valet atque spectaueris  
 istos tamquam exemplar || 12 quer Q | uel po&a (lineolam super  
 addidit m. rec.) uincincium (altera c supra vers.), uel p. uincicium  
 (aut uincicium aut uinitium) rell. vett.: velut P. Vinicius coni. Lipsius,  
 ut P. Vinicius Madvig || 13 quer- Q | po&a uincincius Q || 14 asellius  
 Q cum. rell.: Arelius Haase, cui mutationi repugnat G. H. Mueller,  
 l. c., p. 32 || 17 uincincius Q || 18 illa sed i supra a Q<sup>2</sup>, illi corr.  
 ex illa m. tertia L | dicta & Q cum. vett. codd., dictaret 5  
 || 19 numquam Q L P Par.b: num iam coni. Madvig, numquid  
 Buecheler | Namq; a&heri Q cum L: Nam Q. Haterii (rectius Ha-  
 teri Hense) corr. Lipsius || 20 cael- Q || 21 sane Q L

11 Quaedam tamen et nationibus puto magis aut minus  
 conuenire : in Graecis hanc licentiam<sup>2</sup> tuleris ; nos etiam  
 cum scribimus, interpungere adsueuimus. Cicero quoque  
 noster, a quo Romana eloquentia exiluit, gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit et aesti- 5  
 mat<sup>3</sup> praebetque aestimandum. Fabianus, uir egregius  
 et uita et scientia et, quod post ista est, eloquentia  
 quoque, disputabat expedite magis quam concitate,  
 ut posses dicere facilitatem esse illam, non celeritatem.  
 Hanc ego in uiro sapiente recipio, non exigo ; ut oratio 10  
 eius sine impedimento exeat, proferatur tamen malo  
 13 quam profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto  
 morbo, quod non potest tibi ista res contingere aliter  
 quam si te pudore desierit : perfrices frontem oportet  
 et te ipse non audias. Multa enim inobseruatus ille cur- 15  
 14 sus feret, quae reprendere uelis. Non potest, inquam,  
 tibi contingere res ista salua uerescundia. Praeterea exer-  
 citatione opus est cotidiana et a rebus studium trans-  
 ferendum est ad uerba. Haec autem etiam si aderunt  
 et poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen tem- 20  
 peranda sunt : nam quemadmodum sapienti uiro incessus  
 modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. Summa  
 ergo summarum haec erit : tardiloquum esse te iubeo.  
 VALE.

---

2 grec- Q || 3 interpug- Q pr. || 6 preb- Q || 7 uitae sed e punct.  
 Q, uitae L: continuo & scientia & Q recte, et scientiae et L  
 || 10 s. recipiononexigo. ut — exeat proferatur Q: confirmat distinctio-  
 nem quam optavit P. Thomas prae aug. recipio: non exigo, ut —  
 exeat. proferatur || 15 ipse Q L P, ipsum aut ipso alii || 16 re-  
 pendere Q reprehendere vulgo: scribo reprendere ex L, quamquam  
 et rependere (scil. iterum pendere, examinare: contr. inobseruatus)  
 protinus abiiciendum non videtur || 17 uerescundia Q sed i supra  
 vers. || Pret- Q || 18 adreb; sed d punct. Q || 23 tardiloquum Q et  
 corr. L, tardilocum p P Par.b M<sup>1</sup>

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Facis rem optimam et tibi salutarem, si, ut scri- 1 Ep. XLI.  
 bis, perseueras ire ad bonam || mentem, quam stultum fol. 39<sup>r</sup>  
 est optare, cum possis a te impetrare. Non sunt ad cae-  
 lum eleuandae manus nec exorandus aedituus, ut nos  
 ad aurem simulaci, quasi magis exaudiri possimus,  
 admittat : prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita 2  
 dico, Lucili : sacer intra nos spiritus sedet, malorum  
 bonorumque nostrorum obseruator et custos : hic prout  
 10 a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus uero  
 uir sine deo nemo est : an potest aliquis supra fortunam  
 nisi ab illo adiutus exsurgere ? Ille dat consilia magni-  
 fica et erecta : in unoquoque uirorum bonorum « quis  
 deus incertum est, habitat deus ». Si tibi occurrit ue- 3  
 15 tustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens  
 lucus et conspectum caeli ramorum aliorum alias pro-  
 tegentium summouens obtentu, illa proceritas siluae et  
 secretum loci <sup>et</sup> admiratio umbrae in aperto tam den-  
 sae atque continuae fidem tibi numinis facit. Et si quis

<sup>2</sup> Facis *Q* cum plerisque codd., Facies *p* quam scripturam com-  
 mendat Rossbach | obt. *Q p* | sicut *Q L*, si ut *vulg.*: fort. si, sicut  
 || 7 adm- ex amm- *Q* | i punct. ante ate *Q* || 8 sed & *Q cum L*  
 || 9 obseruator & custos *Q cum vulg.*; obseruator custos (om. et)  
*p*, commendat Uhl || 12 exsurg- sic *Q L P* | Ille *Q ex corr.*  
 || 13 erecta, prior e supra vers. *Q*: recta *p P* || 14 incertus sed in  
 marg. at incertū *Q*, item *L*. Verba quis — deus *ex Verg. Aen. VIII*  
 352 (*Hensio excidit VII*) | occurrit *Q* cum *vulg.*, occurrerit *Haase*  
*et Hense ex p*, sed hypothetici enuntiati forma si est — est vel erit  
 inde a *Tacito* ideoque non multo post *Senecam in omnium usu fuit*  
*(cf. St.-Schm.<sup>4</sup>, p. 585)*. *Eadem*. de causa retinenda videtur codicum  
 prope omnium scriptura facit et (facit. Et *Q*), pro qua faciet ex  
 uno 5 reponere voluit *Madvigius simul tollens* et, ut hoc enuntiatum  
 ad formam sequentis si quis — suspenderit — percutiet redigeret.  
*Quam aequalitatem Senecae elocutioni qui imperat, nescio an a vero*  
*aborreat* || 15 s. frequens lucili *Q* || 17 sumouens *Q*, summouens vel  
 sub mouens *alii codd.* vett.: densitate vel umbra ante ramorum vel  
 umbra ante submouens inserunt 5: summouens obtentu coni. *Hense*  
 (summouentus *p*) | silue *Q* || 18 umbre *Q* | dense *Q* || 19 continuę *Q*

specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non  
 manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem  
 excavatus, animum tuum quadam religionis suspicione  
 percutiet. Magnorum fluminum capita ueneramur; su-  
 bita ex abdito uasti amnis eruptio aras habet; coluntur  
 aquarum calentium fontes, et stagna quaedam uel opa-  
 4 citas uel inmensa altitudo sacrauit. Si hominem uide-  
 ris interterritum periculis, intactum cupiditatibus, inter  
 aduersa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex  
 superiore loco homines uidentem, ex aequo deos: non 10  
 subibit te ueneratio eius? non dices: « ista res maior  
 est altiorque quam ut credi similis huic, in quo est, cor-  
 5 pusculo possit »? Vis isto diuina descendit: animum  
 excellentem, moderatum, omnia tamquam minora trans-  
 euntem, quicquid timemus optamusque ridentem, cae-  
 15 lestis potentia agitat. Non potest res tanta sine admiri-  
 niculo numinis stare: itaque maiore sui parte illic  
 est, unde descendit. Quemadmodum radii solis conti-  
 gunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur: sic  
 animus magnus ac sacer et in hoc demissus, ut pro-  
 prius quaedam diuina nossemus, conuersatur quidem no-  
 20 biscum, sed haeret origini suae: illinc pendet, illuc spec-  
 tat ac nititur, nostris tamquam melior interest. Quis  
 est ergo hic animus? qui nullo bono nisi suo nitet.  
 fol. 39<sup>v</sup> Quid enim est stultius quam in homine aliena laudare? 25  
 quid eo dementius, qui ea miratur, quae ad alium trans-  
 ferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum

---

3 suspi<sup>tione</sup> "Q cum L Par.b || 4 s. Subito Q || 6 s. opacitas  
 tibi inmensa Q, ubi tibi plane ex prava interpretatione compendii t  
 || 8 antantū Q (pro intactum) || 12 credis? similis Q, credis s. p L  
 || 13 isto Q L, probavit Hense p<sup>r</sup>aef<sup>e</sup> vulg. istuc || 19 sedibi sunt ex  
 sedibilisunt radendo Q || 20 dimissus Q L || 21 quidem diuina Q  
 cum codd. vett., dinina 5: quiddam diuini comi. Hense. Praefero  
 quaedam diuina (quidem ei quaedam etiam alibi permutantur in  
 codd.) || 22 illic Q L P || 23 est Q L sed inter in marg. suppl. L

aurei freni. Aliter leo aurata iuba mittitur, dum contractatur et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse uoluit, speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non sine timore aspici, praefertur illi languido et bratteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa pondere ad terram eorum, quae tulit, adminicula deducit: num quis huic illam praferret uitem, cui aureae uuae, aurea folia dependent? Propria uirtus est in uite fertilitas: in homine quoque id laudandum est, quod ipsius est. Familiam formonsam habet et domum pulchram, multum serit, multum fenerat: nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in illo, quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est. Quaeris quid sit? animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo: consummatur itaque bonum eius, si id impleuit, cui nascitur. Quid est autem, quod ab illo haec ratio exigat? rem facillimam, secundum naturam

<sup>1</sup> frena *ex* freni *m. rec.* *Q.* | Alter coni. *Madvig et sic mor,* sed cf. *Rossbachium, de Sen. libr. rec. et em., p. 53 adn. 42* || 2 recipiendo *Q L* || 3 integri spiritus (*spiritus compend.*) *Q* sed ante integri est *exp.* spiritus *compend.* | silicet *Q* || 4 impetus sed s punct. *Q* || 6 pref. *Q* | illo *Q L Par.b et pr. P* | post nisi add. de *compend.* in *extr. versu m. rec.* *Q* || 7 debet *ex* debito *Q* || 8 pondere *Q cum r Ell. codd.*, pondere *Erasm.*<sup>2</sup> | adterrā/eorum *Q cum r Ell. codd.*: ad terram *scil.* *Haase*, eorum quae tulit *exp.* *R. Waltz.* Verborum ordinem projecto aspernum varie inverterunt emendatores: si ipsa ad terram, pondere eorum, quae tulit, adminicula deducit *Erasm.*<sup>2</sup>: si i. ad terram eorum quae tulit, pondere a. d. *Buecheler*, si i. eorum, quae tulit, adminicula pondere ad terram d. *Rossbach*, si i. adminicula ad terram eorum q. t. pondere d. *Hense.* Si mutandus esset ordo, ad *Erasmi conjecturam accederem:* quod quidem necessarium non videtur, quia eorum artificio quodam perulgato et ex pondere et ex adminicula pendet | adminiculo *Q cum plerisque codd.*, adminicula unus s teste *Fickerto* || 9 pref. *Q* || 10 ueq. *Q* || 11 uite *Q* || 12 formonsam *Q p P*, sed n punct. in *Q*, *erasa in P* | pulchram & sed & punct. *Q* || 14 inillum *Q cum L* || 16 Rationalem sed m punct. *Q* || 19 haec ratio *Q L*, ratio haec vulg.<sup>1</sup>

suam uiuere. Sed hanc difficilem facit communis insania : in uitia alter alterum trudimus. Quomodo autem reuocari ad salutem possunt, quos nemo retinet, populus impellit ? VALE.

L. ANNAEI SENECAE  
*EPISTULARVM MORALIVM AD LVCILIVM*  
 LIB. III EXPLICIT

5

---

1 suam *Q* cum. rell., suspectat *G. Gemoll*, defendit *Hense* ||  
 2 Quomodo compendiosa orr. ex *Qm Q<sup>a</sup>*, qm *L* || 4 imp- sic *Q* ||  
 5 *ANANEI* sed altera a punct. *Q*, *ANNANEI p* | SENECAE LVCILIO SVO  
 LITTERARUM *Q L* (*om. SVO L*), SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.  
 RARUM *p*

INCIPIT EIVSDEM LIB. V.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Iam tibi iste persuasit uirum se bonum esse ? atqui 1 Ep. XLII.  
uir bonus tam cito nec fieri potest nec intellegi. Scis quem  
nunc uirum bonum dicam ? huius secundae notae. Nam  
ille alter fortasse tamquam phoenix semel anno quingen-  
tesimo nascitur. Nec est mirum ex interuallo magna ge-  
nerari : mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna  
producit, eximia uero ipsa raritate commendat. Sed iste 2  
multum adhuc abest ab eo, quod profitetur; et si sciret, quid  
esset uir bonus, nondum esse se crederet, fortasse etiam  
fieri posse desperaret. « At male existimat de malis. » Hoc  
etiam mali faciunt, nec ulla maior poena || nequitia est fol. 40r  
quam quod sibi ac suis displicet. « At odit eos, qui subita 3  
et magna potentia inpotenter utuntur. » Idem faciet, cum  
idem potuerit. Multorum, quia inbecilla sunt, latent  
uitia, non minus ausura, cum illis uires suae placuerint,  
quam illa, quae iam felicitas aperuit : instrumenta illis  
explicandae nequitiae desunt. Sic tuto serpens etiam 4  
pestifera tractatur, dum riget frigore : non desunt tunc  
illi uenena, sed torpent. Multorum crudelitas et ambi-  
tio et luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunae fauore

---

*Inter libri titulum et salutationis formulam verba FELICITER  
VIVAS ET PLURA (PLURAM p) CONFICIAS inserunt Q p L || 5 se-  
conde Q | note Q || 8 sepe Q || 13 nequitia est Q, ut coni. Hense  
|| 17 sue Q || 21 uenaena Q || 22 luxuriae sed e punct. Q, luxuriae L*

deficitur. Eadem uelle, si subinde audiat istis, cognoscet : da posse, quantum uolunt. Meministi, cum quendam adfirmares esse in tua potestate, dixisse me uolaticum esse ac leuem et te non pedem eius tenere, sed pennam ? Mentitus sum : pluma tenebatur, quam remisit et fugit. Scis, quos postea tibi exhibuerit ludos, quam multa in caput suum casura temptauerit. Non uidebat se per aliorum pericula in suum ruere : non cogitabat, quam onerosa essent, quae petebat, etiam si superuacua non essent. Hoc itaque in his, quae affectamus, ad quae labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse aut plus incommodi : quaedam superuacua sunt, quaedam tanti non sunt. Sed hoc non peruidemus et gratuita nobis uidentur, quae carissime constant. Ex eo licet stupor noster appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam soluimus, ea gratuita uocamus, pro quibus nos ipsos impendimus. Quae emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amoenum aliquod fructuosum praeedium, ad ea paratissimi sumus peruenire cum sollicitudine, cum periculo, cum iactura pudoris et libertatis et temporis : adeo nihil est cuique se uilius. Idem itaque in omnibus

1 s. uelles sub auditis cognoscis Q cum L g (subaudisti g), uelle subaudis (*vel* sub audis: om. si) cognoscet alii vett., uelle cognoscet aut uelle eos c. aut uelle si auerterent c. aut uelle subinde c. 5 : velle scire vis? coni. Madvig, velle, si avebis cognoscere Io. Mueller, velle, si iuvat andensis, cognoscet Buecheler. Ausim scribere uelle, si subinde audiat istis (*scil.* fortuna: quod ad strucituram audiat istis attinet, ab ea argenteam et posteriorem aetatem haud alienam fuisse constat), cognoscet || 2 s. quandam Q, quendam vel quandam vel quando rell.: meministi, eum cum quando coni. Hilgenfeld, meministi, istum cum quando Hense, sed non videtur idem spectari qui supra || 5 mentitus sum? pluma tenebatur distinguit Hense, sed vulgata interpunctione mentitus sum: pluma t. quam confirmat Q et defendit Aem. Thomas, argutius efficitur dictum || 8 ruere Q sed r prior supra vers. || 9 patebat Q || 10 que Q | aff- sic Q L<sup>2</sup> Par.b | atq; Q, atque rell. vett., ad quae s | laborare sed ra punct. Q || 12 Quendam Q et sic mox quendam || 14 que Q || 17 imp- sic Q | que Q || 19 aliquid Q L | pred- Q

consiliis rebusque faciamus, quod solemus facere, quotiens ad institorem alicuius mercis accessimus: uideamus, hoc quod concupiscimus, quanti deferatur. Saepe maximum pretium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quae adquisita acceptaque libertatem nobis extorserint; nostri essemus, si ista nostra non essent. Haec ergo tecum ipse uersa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam ubi de iactura. « Hoc peritum est. » Nempe aduenticum fuit: tam facile sine isto uiues quam uixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es: si non diu, perdis antequam adsuescas. « Pecuniam minorem habebis. » Nempe et molestiam. « Gratiam minorem. » || Nempe et inuidiam. Circumspice ista, quae nos agunt in insaniam, quae cum plurimis lacrimis amittimus: scies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit, sed cogitat. Qui se habet, nihil perdidit: sed quanto cuique habere se contingit? VALE.

10 fol. 40v

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**Q**uomodo hoc ad me peruererit quaeris, quis mihi 1 Ep. XLIII. id te cogitare narrauerit, quod tu nulli narraueras? Is qui scit plurimum, rumor. « Quid ergo? inquis, tantus sum, ut possim excitare rumorem? » Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice, in

1 s. quoties *Q* pr. *L* || 2 mercis *ex mentis corr. Q<sup>2</sup>*, mentis *L* | accessimus *Q* sed prior c *supra vers.* || 3 quam *Q* | Sepe *Q* || 4 est eius, pro quo coni. Madvig: ‘non sine acuminis detimento adnotat Hense’ || 6 extorserit *Q* pr. et *L* || 9 aduentantium sed altera n punct. *Q* || 10 quem sed a *supra e Q* | Sidū corr. in Sidū m. rec. *Q* || 14 quę et sic mox *Q* || 15 plurimis *Q cum vulg.*, plurumis Hense *ex p ubi* plurum his | in his *Q*, in his *vulg.*, in is Hense *ex p* || 16 dampni *Q* || 18 contingit *Q* *L* 5 Hense<sup>1</sup>, contigit *vulgo* 20 queris *Q* || 21 adte *Q*, ad te sed d *exp. L* || 22 plurimum *Q cum vulg.*, plurumum Hense *ex p* || 24 meciaris *Q*

- 2 quo moraris. Quicquid inter uicina eminet, magnum est illic, ubi eminet. Nam magnitudo *non* habet modum certum : comparatio illam aut tollit aut deprimit. Nauis, quae in flumine magna est, in mari paruula est : gubernaculum, quod alteri naui magnum, alteri exi- 5  
 3 guum est. Tu nunc in prouincia, licet contemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodum cenes, quemadmodum dormias, quaeritur, scitur : eo tibi diligentius uiuendum est. Tunc autem felicem esse te iudica, cum poteris in publico uiuere, cum te parietes tui tegent, non <sup>10</sup> abscondent, quos plerumque circumdatos nobis iudicamus non ut tutius uiuamus, sed ut peccemus occultius.  
 4 Rem dicam, ex qua mores aestimes nostros : uix quemquam inuenies, qui possit aperto ostio uiuere. Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit : sic <sup>15</sup> uiuimus, ut deprehendi sit subito aspici. Quid autem prodest recondere se et oculos hominum auresque uitare ?  
 5 Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciant, si turpia, quid refert neminem scire, cum <sup>20</sup> tu scias ? O te miserum, si contemnis hunc testem !  
 VALE.

---

<sup>2</sup> non ε, om. Q p L g || 3 Com/parato Q | aut tollit Q vulg., aut attollit malunt Rossbach et Hense ex L<sup>o</sup> et codd. Wirceburg. et Erlang. || 4 que Q | est in mari ex aestimari corr. m. pr. Q || 5 inter magnum et alteri aliquid erasum, fort. est, ut habent nonnulli <sup>5</sup>: quod est alteri naui magnum coni. Hense || 6 condemnas sed t supra d Q<sup>2</sup> || 7 es Q P Par.b et corr. L recte | caenes Q L || 8 queritur ex quemaritur Q<sup>1</sup> | tibi/die Q L P<sup>1</sup> Par.b: insiticum die om. p vulg.; tibi dein vel tibi, dico coni. Lipsius || 13 aestimes Q pr., sed supra alteram e puncti. m. rec. scr. a quae postea est abrasa: aestinas L || 14 s. Ianitores ex Genitores corr. m. rec. Q || 16 deprehendi Q, deprehendi L P, deprendi Hense<sup>2</sup> ex p | aspici sic Q L P || 19 que Q || 21 contempnis Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

I terum tu mihi te pusillum facis et dicis malignius <sup>1</sup> Ep.XLIIIL tecum egisse naturam prius, deinde fortunam, cum possis eximere te uulgo et ad felicitatem hominum maximam <sup>5</sup> emergere. Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit: omnes, si ad originem primam reuocantur, a dis sunt. Eques Romanus es, et ad hunc <sup>2</sup> ordinem tua te produxit industria: at mehercules multis quattuordecim clausa sunt; non omnes curia admittit; <sup>10</sup> castra quoque, quos ad laborem et periculum recipient, fastidiose legunt: bona mens omnibus patet, || omnes ad hoc fol. 41<sup>r</sup> sumus nobiles. Nec reicit quemquam philosophia nec eligit: omnibus lucet. Patricius Socrates non fuit: <sup>3</sup> Cleanthes aquam traxit et rigando horto locauit manus: <sup>15</sup> Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum: geres autem, si hoc protinus tibi ipse persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt: <sup>4</sup> nullius non origo ultra memoriam iacet. Platon ait neminem

---

<sup>2</sup> tepussillum *Q* | malignius, i altera supra vers. *Q*<sup>1</sup>, item *L*<sup>2</sup> || 5 quid est *Q p L recte* | phyl- *Q* || 6 primum *Q* || 7 adi-  
sunt *Q pr.*, confirmat quod Hense coniecit de *P*<sup>1</sup>: alteram i addi-  
dit *Q<sup>2</sup>* || 8 produxit *Q pr.*, perdixit *Q<sup>1</sup>* cum vulg.: quamquam  
particulars pro et per saepe permutas exhibet etiam *Q*, attamen  
braefero produxit, quod legitur etiam in cod. Parisino 8615 s. XIII  
et cod. Rehdigerano I s. XIV teste Ficherto. Cf. Cic. de Rep. I  
44,68 a quibus producti sunt (scil. evecti ad imperia). Facile  
autem fieri potuit, ut librarii scriberent perduxit, quod usitatus est,  
pro produxit | Adme hercules *Q* || 9 clause *Q L*, clausa (scil. sub-  
sellia, loca) Hense<sup>2</sup> ex p P Par.b Chateleinum secutus: antea clausi  
vel clusi (scil. gradus) edd. ex 5 | omnis *Q* sed i supra scr. (scil.  
omnis) *Q<sup>1</sup>*, omnes sed i supra e *L<sup>1</sup>* | admittit ex admissit radendo *Q*  
|| 12 phyl- *Q* || 14 Cleantes *Q cum p P* | traxit *Q cum vulg.*, tra-  
duxit *p* | 15 phyl- *Q* || 16 desperes ex disp- corr. m. rec. *Q*  
|| 17 hi *Q P Par.b recte*

regem non ex seruis esse oriundum, neminem seruum  
 non ex regibus. Omnia ista longa uarietas miscuit et sur-  
 sum deorsum fortuna uersauit. Quis est generosus? ad uir-  
 tutem bene a natura compositus. Hoc unum intuendum  
 est: alioquin si ad uetera reuocas, nemo non inde est, ante 5  
 quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus  
 perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series.  
 Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus;  
 nemo in nostram gloriam uixit nec quod ante nos fuit,  
 nostrum est: animus facit nobilem, cui ex quacumque 10  
 condicione supra fortunam licet surgere. Puta itaque  
 te non equitem Romanum esse, sed libertinum: potes  
 hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. « Quo-  
 modo? » inquis. Si mala bonaque non populo auctore  
 distinxeris. Intuendum est non unde ueniant, sed quo 15  
 eant. Si quid est, quod uitam beatam potest facere,  
 id bonum est suo iure: deprauari enim in malum non  
 potest. Quid est ergo, in quo erratur, cum omnes  
 beatam uitam optent? quod instrumenta eius pro ipsa  
 habent et illam, dum petunt, fugiunt. Nam cum summa 20  
 uitae beatae sit solida securitas et eius inconcussa fi-  
 ducia, sollicitudinis colligunt causas et per insidiosum  
 iter uitae non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt: ita  
 longius ab effectu eius, quod petunt, semper abscedunt  
 et quo plus operae impenderunt, hoc se magis impediunt 25  
 et feruntur retro. Quod euenit in labyrintho properanti-  
 bus: ipsa illos uelocitas implicat. VALE.

---

i s. non seruum *Q* *cum rell. codd.: corr. Madvig* || 3 es *Q p L*  
 || 4 comp- *sic Q* || 6 hortu *Q L* || 7 explendiforididisq; *Q pr.*  
 alter natura series *Q* || 11 condit- *Q* || 12 aequitem *ex* aequita-  
 tem *Q* || 13 ingenuos, in *supra* vers. *Q* || 16 quidem (*pro* *quid est*)  
*Q et pr. L* || 20 sum/me *Q p*, summae *L* || 21 uitę beatę *et sic*  
*infra* uitę *Q* | eteius *Q cum vulg.*, eius *secludit Gemoll*, defendit  
*Hense* || 23 fuerunt *sed prior u punct.* *Q* || 25 opere impenderunt  
 hocsemagis impediunt *Q cum L P Par.b* (*sed* impenderunt *L P*  
*Par.b*, impediunt *L*), opere impediunt *p* || 26 labyrintho *Q L Par.b*  
 || 27 impl- *sic Q P*

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Inbororum istic inopiam esse quereris. Non refert, <sup>1</sup> Ep. XLV.  
 quam multos, sed quam bonos habeas: lectio certa pro-  
 dest, uaria delectat. Qui, quo destinauit, peruenire uult,  
<sup>5</sup> unam sequatur uiam, non per multas uagetur: non  
 ire istuc, sed errare est. || «Velle, inquis, *non* magis consi-<sup>2</sup>  
 lium mihi quam libros dares.» Ego uero quoscumque  
<sup>fol. 41v</sup> habeo, mittere paratus sum et totum horreum excutere:  
 me quoque isto, si possem, transferrem, et nisi mature te  
<sup>10</sup> finem officii sperarem impetraturum, hanc senilem ex-  
 peditionem indixisse mihi nec me Charybdis et Scylla  
 et fabulosum istud fretum deterrire potuissent. Transa-  
 sem ista, non solum traiecisem, dummodo te complecti  
 possem et praesens aestimare, quantum animo creuisses.  
<sup>15</sup> Ceterum quod libros meos tibi mitti desideras, non magis <sup>3</sup>  
 ideo me disertum puto quam formonsum putarem, si  
 imaginem meam peteres. Indulgentiae scio istud esse,  
 non iudicii: et si modo iudicii est, indulgentia tibi in-  
 posuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege, tam-<sup>4</sup>  
<sup>20</sup> quam uerum quaeram adhuc, non sciam, et contumaciter  
 quaeram. Non enim me cuiquam emancipaui, nullius no-  
 men fero: multum magnorum uirorum iudicio credo,

---

<sup>2</sup> quaer- *Q* || <sup>4</sup> qui quo destinauit (Quiquo *Q*) *Q Par.b recite*,  
<sup>P L ex corr. (destin- L)</sup> || <sup>6s.</sup> magis consilium mihi, quam libros  
*Q cum vett. codd.*, magis libros mihi *q. consilium* <sup>5</sup>: *priorem scrip-*  
*turam accepit Hense qui expectaverit nollem pro uellem, posteriorem,*  
*quam vulgo probarunt edd. tuetur Rossbach. Sed nollem in nullo*  
*codice appetet, commutatio autem verborum consilium et libros in*  
*nonnullis* <sup>5</sup> *conjecturalem emendationem redoleat. Itaque retinere*  
*mihi videtur ordinem verborum, quem Q cum vett. codd. praebet, et*  
*supplere non ante magis (nisi facile excidere potuit ante m: cf. ep. 66, 8*  
*magis quam, om. non Q), unde urbanius fit quod a Lucilio obicitur*  
 || <sup>9</sup> *mutare Q L* || <sup>10</sup> *imp- sic Q L P* || <sup>11</sup> *sylla Q* || <sup>14</sup> *presens Q*  
 || <sup>16</sup> *des- Q p L* || *formosam sed in marg. t formonsum Q, item L*  
 || <sup>21</sup> *emancipaui Q sed e punct. perperam*

aliquid et meo uindico. Nam illi quoque non inuenta, sed  
 5 quaerenda nobis reliquerunt, et inuenissent forsitan ne-  
 cessaria, nisi et superuacula quaesissent. Multum illis  
 temporis uerborum cauillatio eripuit, captiosae dispu-  
 tationes, quae acumen irritum excent. Nectimus no-  
 dos et ambiguam significationem uerbis inligamus ac  
 deinde dissoluimus: tantum nobis uacat? iam uiuere,  
 iam mori scimus? Tota illo mente pergendum est, ubi  
 6 prouideri debet, ne res nos, non uerba, decipient. Quid  
 mihi uocum similitudines distinguis, quibus nemo um-  
 quam, nisi dum disputat, captus est? res fallunt: illas  
 discerne. Pro bonis mala amplectimur; optamus contra id,  
 quod optauimus: pugnant uota nostra cum uotis, consilia  
 7 cum consiliis. Adulatio quam similis est amicitiae! non  
 imitatur tantum illam, sed uincit et praeterit; apertis 15  
 ac propitiis auribus recipitur et in praecordia ima de-  
 scendit, eo ipso gratiosa, quo laedit: doce quemadmodum  
 hanc similitudinem possim dinoscere. Venit ad me pro  
 amico blandus inimicus; uitia nobis sub uirtutum nomine  
 obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio 20  
 uocatur ignavia, pro cauto timidus accipitur. In his magno  
 8 periculo erramus: his certas notas imprime. Ceterum qui  
 interrogatur, an cornua habeat, non est tam stultus, ut  
 frontem suam temptet, nec rursus tam ineptus aut hebes,  
 ut nescio tu illi subtilissima collectione persuaseris. Sic 25  
 fol. 42<sup>r</sup> ista || sine noxa decipiunt, quomodo praestigiorum acet-  
 a

---

1 uind- *Q* *pr.*, uend- *m. rec.* *perperam* || 2 quer- *Q* || 5 que *Q* ||  
 13 comuotis *Q* *pr.* || 14 Adolatio *Q* *cum L* || 15 imitatur *Q*, prior i  
*supra vers.* | pret- *Q* || 16 propitiis *Q* alteram i, *supra quam scr.*  
 u *Q*, restituit postea alia *m.* | prec- *Q* || 17 led- *Q* || 20 obrepunt  
 lex opr- *Q* || 23 cornu *Q* *L* || *Q* || 24 suum *Q* | templet *Q* *cum vulg.*  
 || 25 nesciat. Tuilli *Q* *cum vett. codd.*, nesciat si tu illi s. Varie hic  
 locus emendatus est inde ab Erasmo qui supplevit 'ut non habere se  
 nesciat quod tu illi cel.'. ut nesciat, cum illi Haase: ut ne sciat  
 tu illi Buecheler et Bickel ingeniose. Malo tamen scribere ut nescio  
 (scil. nescienti se cornua non habere) tu illi unde hyperbaton fit ex  
 Senecae consuetudine || 26 prest- *Q*

bula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice, ut quomodo fiat intellegam : perdidi usum. Idem de istis captionibus dico : quo enim nomine potius sophismata appellem ? nec ignorantii nocent nec scientem iuuant.

5 Si utique uis uerborum ambiguitates diducere, hoc nos doce, beatum non eum esse, quem uulgas appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum, cui bonum omne in animo est, erectum et excelsum et mirabilia calcantem, qui neminem uidet, cum quo se commutatum uelit, qui hominem ea sola parte aestimat, qua homo est, qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, sic uiuit, quomodo illa praescripsit, cui bona sua nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit, certus iudicii, inconcussus, intrepidus, quem aliqua uis mouet, nulla perturbat, quem fortuna, cum quod habuit telum nocentissimum ui maxima intorsit, pungit, non uulnerat, et hoc raro : nam cetera eius tela, quibus genus humaanum debellatur, grandinis more dissultant, quae incussa tectis sine ullo habitatoris incommmodo crepitat ac soluitur. Quid me detines in eo, quem tu ipse pseudomenon appellas, de quo tantum librorum compositum est ? Ecce tota mihi uita mentitur : hanc coargue, hanc ad uerum, si acutus es, redige. Necessaria iudicat, quorum magna pars superuacula est : etiam quae non est superuacula, nihil in se momenti habet in hoc, ut possit fortunatum beatumque praestare. Non enim statim bonum est, si quid necessarium est : aut proicimus bonum, si hoc

---

3 sophism- *Q* || 6 s. atquem *Q* pr. || 8 excisum *Q* cum vett. codd., excelsum s | mirabilia *Q* cum rell., mutabilia Hense ex conjectura Hauppii. Retinere mihi videtur mirabilia (*scil.* quae vulgo admirationem movent), cui vocabulo apte calcantem opponitur || 9 commut- *sic Q* || 11 comp- *sic Q P* || 12 prescr- *Q* || 15 pturbat, p add. ead. m. *Q* || 16 pungit *Q* sed t supra vers. || 18 dissultant *Q* sed prior s exp., disultant *L* || 19 s. ac soluitur ex ads- *Q* || 20 tuipse eudomenon *Q* cum vett. codd., tu ipse pseudomenon s vulg.: ipse delendum putat Rossbach || 21 comp- *sic Q L P* || 25 s. fortunatum *Q* sed tu supra vers. || 26 prest- *Q*

nomen pani et polentae damus et ceteris, sine quibus  
 vita non ducitur. Quod bonum est, utique necessarium  
 est : quod necessarium est, non utique bonum est, quo-  
 niā quidem necessaria sunt quaedam eadem uilissima.  
 Nemo usque eo dignitatem boni ignorat, ut illud ad haec 5  
 diem utilia demittat. Quid ergo ? non eo potius cu-  
 ram transferes, ut ostendas nobis omnibus magno temporis  
 inpendio quaeri superuacua et multos transisse uitam,  
 dum uitae instrumenta conquirunt ? Recognosce singu-  
 los, considera uniuersos : nullius non uita spectat in cra-  
 stinum. Quid in hoc sit mali, quaeris ? infinitum. Non  
 enim uiuunt, sed uiicturi sunt : omnia differunt. Etiam-  
 si adtenderemus, tamen nos uita praecurreret : nunc  
 uero cunctantes quasi aliena transcurrit et ultimo die  
 fol. 42<sup>v</sup> finitur, omni perit. Sed ne epistulae modum || excedam, 15  
 quae non debet sinistram manum legentis implere, in  
 alium diem hanc litem cum dialecticis differam nimium  
 subtilibus, et hoc solum curantibus, non et hoc. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XLVI. 1 **L**ibrum tuum, quem mihi promiseras, accepi et tam-  
 quam lecturus ex commodo adaperui ac tantum degu-  
 stare uolui : deinde blanditus est ipse, ut procederem  
 longius. Qui quam disertus fuerit, ex hoc intellegas  
 licet : leuis mihi uisus est, cum esset nec mei nec tui cor-

---

<sup>1</sup> polente *Q* || 3 s. qm quidem *Q* *L recte* || 6 demittat *Q*  
*P Par.b.* dimittat *p* *L* || 7 nobis om/nibus *Q* *L*, omnibus *vulg.*  
 || 8 transisse *Q* sed is *supra vers.* *Q<sup>1</sup>* || 9 instrumente *sed a supra*  
*extr. e puncti.* *Q* | Recognosces *Q* || 13 prec. *Q* || 15 epistole *Q*  
 || 16 debet et sinistram *coni.* *Hense* | *impl- sic* *Q* *L* || 18 subtilius  
*Q* *L*

<sup>20</sup> accepi *ex accipi* *Q* || 22 utipse (*pro ipse ut*) *Q* || 23 differtus  
 sed ss *supra ff puncti.* *scr. m. rec.* *Q*

poris, sed qui primo aspectu aut Titi Liuii aut Epicuri posset uideri. Tanta autem dulcedine me tenuit et traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerim. Sol me inuitabat, fames admonebat, nubes minabantur: tamen exhausi totum. Non tantum delectatus, sed gauisus sum. Quid ingenii iste habuit, quid animi! dicerem, quid impetus, si interquieuisset, si *ex* interuallo surrexisset: nunc non fuit impetus, sed tenor, compositio uirilis et sancta; nihilominus interueniebat dulce illud et loco lene. Grandis, erectus es: hoc te uolo tenere, sic ire. Fecit aliquid et materia: ideo eligenda est fertilis, quae capiat ingenium, quae incitet. *De libro* plura scribam, cum illum retractauero; nunc parum mihi sedet iudicium, tamquam audierim illa, non legerim: sine me et inquirere. Non est quod ueararis: uerum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes, propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur! nisi quod iam etiam ubi causa sublata est, mentimur consuetudinis causa. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. XLVII.  
Libenter ex his, qui a te uenient, cognoui familiareriter te cum seruis tuis uiuere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. « Serui sunt. » Immo homines. « Serui sunt. » Immo contubernales. « Serui sunt. » Immo humiles amici. « Serui sunt. » Immo conserui, si cogitaueris

7 imp- sic *Q* *L P*, item *infra* | si inter quieuisset siinteruallo  
*Q* cum prope omnibus codd.: ex addidit *Madvig* || 8 comp - sic *Q*  
 || 9 interueniebat *ex* interuenitbat *Q* || 10 scire (*pro* sic ire) *Q*  
 || 11 eleganda *Q* | fertilisq; (*pro* fertilis quae) *Q* || 12 Libro *Q*  
*cum vett. codd.*, de libro 5: set de libro *Madvig* || 15 ueroris *Q*  
 || 16 propter quid *Q* *L* || 17 quod etiam etiam *sed prius* etiam  
*punct. Q*, quod etiam *aut* quod iam etiam *vulg.*

20 his *Q p L Par.b*, iis *P. is Hense<sup>3</sup>* || 24 cogitaueris] at co-  
 gnoueris *in marg. m. ead. ut videtur Q*, item *L sed hic & pr.*

2 tantundem in utrosque licere fortunae. Itaque rideo  
istos, qui turpe existimant cum seruo suo cenare: quare,  
nisi quia superbissima cunsuetudo cenanti domino stan-  
tium seruorum turbam circumdedit? Est ille plus quam  
capit, et ingenti auditate onerat distentum uentrem 5  
ac desuetum iam uentris officio, ut maiore opera omnia  
3 egerat quam ingessit: at infelicibus seruis mouere labra  
ne in hoc quidem, ut loquantur, licet. Virga murmur  
omne compescitur, et ne fortuita quidem uerberibus

fol. 43<sup>r</sup> excepta sunt, tussis, || sternumenta, singultus: magno malo 10  
ulla uoce interpellatum silentium luitur; nocte tota ie-

4 iuni mutique perstant. Sic fit, ut isti de domino loquantur,  
quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non  
tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum  
os non consuebatur, parati erant pro domino porrigerere cer- 15  
uicem, periculum imminens in caput suum auertere:  
in conuiuis loquebantur, sed in tormentis tacebant.

5 Deinde eiusdem adrogantiae prouerbium iactatur, totidem hostes esse quot seruos: non habemus illos hostes,  
sed facimus. Alia interim crudelia, inhumana praetereo, 20  
quod ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam  
iumentis abutimur, quod cum ad cenandum discubui-  
mus, aliis sputa detergit, aliis reliquias temulentorum  
6 toro subditus colligit. Alius pretiosas aues scindit: per  
pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam 25  
manum frusta excutit, infelix, qui huic uni rei uiuit, ut  
altilia decenter secat, nisi quod miserior est, qui hoc

2 caen- Q et sic mox || 6 maiora Q L || 7 incessit Q p L ||  
9 comp- sic Q P || 10 strumenta Q pr. || 11 interpellatū ex -tur Q<sup>1</sup>  
|| Noctetota Q cum vulg., nocte tamen p | ieunimutiq; Q pr.,  
sed m transfixit m. rec., ieuni utique Par.b || 12 perstant ex prest-  
Q<sup>1</sup> || 16 imm- sic Q P Par.b || 18 adrog- sic Q L<sup>1</sup> g || 20 proptereo Q  
|| 22 quod seclusit Hense Buechelerum secutus | cen - Q | discui-  
buimus sed altera i punct. Q || 23 sputam sed m transfixa Q,  
sputam sed m erasa L | detergit Q L, deterget vel detergeret  
alii || 24 toro add. Rossbach | prec- Q || 26 frus/ta Q cum P  
recte | et sed u supra e Q

uoluptatis causa docet quam qui necessitatis discit.  
 Alius uini minister in muliebrem modum ornatus cum 7  
 aetate luctatur: non potest effugere pueritiam, retrahitur,  
 iamque militari habitu glaber retritis pilis aut  
 5 penitus euulsis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem  
 domini ac libidinem diuidit et in cubiculo uir, in  
 conuiuio puer est. Alius, cui conuiuarum censura permissa 8  
 est, perstat infelix et expectat, quos adulatio et intemperantia  
 aut gulae aut linguae reuocet in crastinum.  
 10 Adice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum rei sapor excitet, cuius  
 delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit,  
 quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat.  
 Cum his cenare non sustinet et maiestatis suae deminu-  
 15 tionem putat ad eandem mensam cum seruo suo accedere.  
 Dii melius! quot ex istis dominos habet! Stare ante limen 9  
 Callisti dominum suum uidi et eum, qui illi impegerat  
 titulum, qui inter reicula mancipia produxerat, aliis intrantibus  
 20 excludi: rettulit illi gratiam seruus ille in primam  
 decuriam coniectus, in qua uocem praeco experitur:  
 et ipse illum inuicem apologauit, et ipse non iudicauit  
 domo sua dignum. Dominus Callistum uendidit: sed  
 domino quam multa Callistus! Vis tu cogitare istum, 10  
 quem seruum tuum uocas, ex isdem seminibus ortum

<sup>4</sup> glaber] lenis caluus + leuis *in marg.* Q L || 6 et inter  
 cubiculo Q *cum* L (et inter L), sed ter transfixit m. rec. Q  
 || 8 pstat ex prestat corr. Q<sup>2</sup>, prestat p | exp- sic Q P  
*Par.b* | adol- Q L P<sup>1</sup> || 9 gulē ex gule m. rec. Q, et sic mox  
 lingue ex lingue || 13 sac- Q || 14 caen- Q | magestatis sue Q ||  
 || 16 Dii sic Q *cum* p L | quod Q L P *Par.b* | habent Q *cum*  
*rell.*: corr. Haase || 17 calisti Q p L *Par.b*, et sic *infra* calistum....  
 calistus Q | impegerat Q P, impegerat vel impeierat vel inpelorat  
 alii || 18 ridicula Q *cum* *rell.* *codd.*: reicula coni. Muretus | pro-  
 duixerat (pro compend.) ex perd- Q<sup>3</sup> || 19 Retulit Q *cum* L *Par.b*  
 || 20 uoce lineolam super addidit Q<sup>4</sup> || 21 adpologauit sed d punct.  
 et *in marg.* excusat Q, item L ubi *in marg.* excusaū || 23 Illis  
 (pro Vis) Q *cum* p L || 24 hisdem Q p L P | hortū Q

eodem frui caelo, aequa spirare, aequa uiuere, aequa mori ! tam tu illum uidere ingenuum potes quam ille te seruum. Mariana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna  
fol. 43<sup>v</sup> depressit, alium ex illis pastorem, alium || custodem ca- 5  
sae fecit : contemne nunc eius fortunae hominem, in  
11 quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem  
me locum inmittere et de usu seruorum disputare, in  
quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi su- 10  
mus. Hacc tamen praecepti mei summa est : sic cum  
inferiore uiuas, quemadmodum tecum superiore uelis  
uiuere. Quotiens in mentem uenerit, quantum tibi in  
seruum *tuum* liceat, ueniat in mentem tantundem in  
12 te domino tuo licere. « At ego, inquis, nullum habeo do- 15  
minum. » Bona aetas est : forsitan habebis. Nescis, qua  
aetate Hecuba seruire cooperit, qua Croesus, qua Darei  
13 mater, qua Platon, qua Diogenes ? Viue cum seruo clemen-  
ter, comiter quoque , et in sermonem illum admitte et in  
consilium et in conuictum. Hoc loco adclamabit mihi tota  
manus delicatorum : « nihil hac re humilius, nihil turpius. » 20  
Hos ego eosdem deprehendam alienorum seruorum oscu-  
lantes manum. Ne illud quidem uidetis, quam omnem in-  
uidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam  
seruis detraxerint ? Dominum patrem familiæ appellauerunt,  
seruos, quod etiam in mimis adhuc durat, fami- 25  
liares. Instituerunt diem festum, non quo solo cum seruis

---

2 tamquam tu Q cum L g | ingenium, i punct. Q || 3 mariana Q  
cum rell., Variana coni. Lipsius: librorum scripturam iuentur Bue-  
cheler et Hense rectius || 4 senatorium Q cum rell. codd. sed i punct.  
|| 5 s. case Q || 6 fortunę Q || 7 contemptis Q || 8 usus sed  
extr. s exp. Q || 9 quo Q L || 10 prec. Q || 12 Quoties lineolam  
super addidit m. rec. Q, quoties L<sup>1</sup> || 13 tuum addidit Gertz || 14 At  
ego Q cum L P recte || 16 cooperit Q P recte | darei Q pr.,  
darii corr. m. rec. || 18 comitē supra vers. Q<sup>1</sup>, comitem L || 22 ma-  
nus Q, manum ceteri codd. | illo Q || 24 patri Q pr. cum L, s  
super add. m. rec. | familie Q, familiae vett. codd., familias 5 ||  
25 minis Q L

domini uesperentur, sed quo utique ; honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicauerunt. « Quid ergo ? omnes seruos ad- 15  
mouebo mensae meae ? » Non magis quam omnes liberos.  
5 Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum : non ministeriis illos aestimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores, ministeria casus adsignat. Quidam centent tecum, quia digni sunt, quidam, ut sint : si quid enim in  
10 illis ex sordida conuersatione seruile est, honestiorum conuictus excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum 16  
in foro et in curia quaeras : si diligenter adtenderis, et domi inuenies. Saepe bona materia cessat sine artifice : tempta,  
et experiere. Quemadmodum stultus est, qui equum emp-  
15 turus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, sic  
stultissimus est, qui hominem aut ex ueste aut ex condicione,  
quae uestis modo nobis circumdata est, aestimat.  
« Seruus est. » Sed fortasse liber animo. « Seruus est. » Hoc 17  
illi nocebit ? ostende, quis non sit : alius libidini seruit,  
20 alius auaritiae, alius ambitioni, *omnes spei*, omnes timori.  
Dabo consularem aniculae seruientem, dabo ancillulae  
diuitem, ostendam nobilissimos iuuenes mancipia pan-  
to|morum: nulla seruitus turpior est quam uolun- fol. 44r  
taria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant,  
25 quo minus seruis tuis hilarem te praestes et non superbe

---

I uescetur *Q L* perperam | sed quo corr. ex dequo *Q<sup>1</sup>* | post  
utique distinguit Hense Geritzum seculitus recte || 2 pusillam ex  
pusillum *Q<sup>1</sup>* || 4 mense *Q* || 5 opere *Q* || 8 caenent ex canent  
*Q<sup>2</sup>* || 10 honestiorem *Q L* || 13 caessat sed prior s supra vers., in  
marg. caesa *Q.*, cesa *L* || 14 experire *Q cum rell. codd.* : experiere  
Maavig et Hense ex correctione Pontani, experieris vel experiere  
etiam Schweighaeuser || 16 ex (ante ueste) supra vers. *Q* | condit- *Q*  
|| 18 animo seruus *Q cum rell. codd. exc. p* || 20 omnes spei addidit  
Hense ex Macrobius, qui in Sat. I 11, 7 ss. quam multa ex hac  
epistula sumpserit, idem vir doctus adnotat || 21 consolare sed u  
supra alteram o *Q* | aniculat<sup>e</sup> *Q*, annicula te *L* | ancillule *Q*  
|| 23 turpior est sic *Q L* cum vulg., turpior Macr. || 24 ipsi *Q*  
*cum rell. codd.* : isti Schweighaeuser || 25 preſtes *Q*

18 superiorem : colant potius te quam timeant. Dicet aliquis nunc me uocare ad pilleum seruos et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi : colant potius dominum quam timeant. « Ita, inquit, prorsus? colant tamquam clientes, tamquam salutatores ? » Hoc qui dixerit, obliuiscetur id 5 dominis parum non esse, quod dec sat est. Qui colitur,  
 19 et amatur : non potest amor cum timore misceri. Rec-  
 tissime ergo facere te iudico, quod timeri a seruis tuis  
 non uis, quod uerborum castigatione uteris: uerberibus  
 muta admonentur. Non quicquid nos offendit, *et laedit:* 10  
 sed ad rabiem *nos* cogunt peruenire deliciae, ut quicquid  
 20 non ex uoluntate respondit, iram euocet. Regum nobis  
 induimus animos : nam illi quoque oblieti et suarum uirium  
 et inbecillitatis alienae sic excandescunt, sic saeuunt,  
 quasi iniuriam acceperint, a cuius rei periculo illos fortunae 15  
 suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant,  
 sed occasionem nocendi captant querendo ; acceperunt  
 21 iniuriam ut facerent. Diutius te morari nolo ; non est  
 enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera  
 boni mores, placent sibi, permanent : leuis est malitia, 20  
 saepe mutatur, non in melius, sed in aliud. VALE.

---

4. inquit Q L P recte. 'Ita, inquit, prorsus? colant t. *interpungo* ]  
 cum Hessio et Mückio: 'Ita, inquit, prorsus colant t. *plerique*  
 edd. *ante Haasium*; 'ita, inquit, prorsus, colant t. *Haase*; 'ita  
 inquit prorsus: colant t. *Hense* || 6 est (*pro esse*) Q || 8 seruis,  
 s *extr. supra vers.* Q || 9 uteris *ex uteris* Q\* || 10 multa admou-  
 entur Q p L<sup>1</sup>: corr. *Pincianus* | et (*ante laedit*) om. Q L || 11 nos  
 om. Q cum vett. codd. | delicię Q || 14 alienę Q | seu Q || 15 for-  
 tunę Q || 16 magnitudo *ex magnitudine* Q || 17 quaerendo Q L P  
*Par.b. Distinguit* captant querendo; acceperunt *Hense praeeun-*  
*tibus Mureto, Grutero, Gronovio, Madvigio*: captant: quaerendo  
 acceperunt *alii* || 18 aut Q || 21 sepe Q.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**A**d epistulam, quam mihi ex itinere misisti, quae<sup>1</sup> Ep. XLVIII.  
 tam longa quam ipsum iter fuit, postea rescribam:  
 seducere me debo et quid suadeam circumspicere. Nam  
<sup>5</sup> tu quoque, qui consulis, diu an consuleres cogitasti:  
 quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore  
 mora opus sit, ut soluas quaestionem quam ut propos-  
 nas? utique cum aliud tibi expeditat, aliud mihi. Ite-<sup>2</sup>  
 rum ego tamquam Epicureus loquor? mihi uero idem  
<sup>10</sup> expedit, quod tibi: aut non sum amicus, nisi quicquid  
 agitur ad te pertinens, meum est. Consortium rerum  
 omnium inter nos facit amicitia: nec secundi quicquam  
<sup>15</sup> singulis est nec aduersi: in commune uiuitur. Nec potest  
 quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui om-  
 nia ad utilitates suas conuertit: alteri uiuas oportet,  
 si uis tibi uiuere. Haec societas diligenter et sancte ob-<sup>3</sup>  
 seruata, quae nos homines hominibus miscet et iudicat  
 aliquod esse commune ius generis humani, plurimum  
<sup>20</sup> ad illam quoque, de qua loquebar, interiorem societatem  
 amicitiae colendam proficit: omnia enim cum amico  
 communia habebit, qui multa cum homine. Hoc, Lucili<sup>4</sup>  
 uiorum optime, mihi ab istis subtilibus praecipi malo,  
 quid amico praestare debeam, quid homini, quam quot  
 modis amicus dicatur, et homo quam multa significet.

---

<sup>2</sup> epistolam Q L P | itinere, prior i supra vers. Q | quaetam  
 longaquam (longaquam ex longamiam corr. pr. m.) Q, tam lon-  
 gam quam rell. codd. (ante tam super add. quae m. sec. ei m exp.  
 ex longam L) et omnes edd. || 6 longiora Q L || 7 quest. Q || 9 id  
 Q cum plerisque vett. codd., idem 5 || 11 ate Q cum p L || 13 uiun-  
 tur Q || 14 quicquam sed s supra c punct. Q<sup>1</sup> | beate Q || 16 sancta  
 compend. Q, sanctae ex sancta corr. L || 17 om̄s hominibus Q  
 cum vett. codd., homines hominibus 5: omnes omnibus Muretus  
 || 18 aliquod Q P Par.b recte || 19 socia&atem Q || 20 s. cumamico  
 communia Q cum vulg., communia cum amico Haase || 22 prec. Q  
 || 24 dicatur Q p P Par.b, datur L

In diuersum ecce sapientia et stultitia discedunt : cui accedo ? in utram ire partem iubes ? Illi homo pro amico est, huic amicus non est pro homine : ille amicum sibi fol. 44<sup>v</sup> parat, hic se amico : tu mihi uerba distorques || et syllabas 5 digeris. Scilicet nisi interrogationes uaferimas struxero 5 et conclusione falsa a uero nascens mendacium adstrinxero, non potero a fugiendis petenda secernere. Pudet me: in re tam seria senes ludimus.

## [SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.]

6 « Mus syllaba est: mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit. » Puta nunc me istuc non posse soluere: quod mihi ex ista inscientia periculum inminet ? quod incommodum ? Sine dubio uerendum est, ne quando in muscipulo syllabas capiam aut ne quando, si neglegentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte illa acutior est collectio: « mus syllaba est: syllaba autem caseum 10 7 non rodit: mus ergo caseum non rodit. » O pueriles ineptias ! in hoc supercilia subduximus ? in hoc barbam demisimus ? hoc est, quod tristes docemus et pallidi ? Vis scire, quid philosophia promittat generi humano ? consilium. Alium 15 mors uocat, alium paupertas urit, alium diuitiae uel alienae torquent uel suae : ille malam fortunam horret, hic se felicitati suae subducere cupit : hunc homines male 8 habent, illum dii. Quid mihi lusoria ista componis ? non

3 s. ille — hic *Q vulg.*: invertit *K. Niemeyer (Philol. LVIII 1899, p. 443)*, *parum opportune* || 4 sill- *Q* || 8 sera *Q L* | Vale post ludimus *cm. Q*, sed sequitur salutationis formula ideoque, sicut in compluribus libb. mss. et edd., a verbis *Mus syllaba est incipit nova epistula, cui in margine m. rec. adscrispsit XLVIII*. Sed recte *Muretus sequentia cum praecedentibus materiae continuatione conexa divelli non oportere existimavit* || 12 Quid *Q* | scientia *Q p L P<sup>1</sup>* *Par.b* || 14 muscipulo *Q p L P<sup>1</sup>*, *muscipula vulgo* || 18 subduximus *Q* sed sub *ex corr.* | dim- *Q L P<sup>1</sup>* || 19 scire quod *Q L* || 20 phyl- *Q* || 22 alienę *Q* | ille *ex illa Q<sup>2</sup>* | malum *Q* || 23 felicitatis *Q L* et *pr. P* || 24 dii *Q cum vett. codd.*, di ε | luxuria *Q p P<sup>1</sup> L<sup>2</sup>* | comp- sic *Q*

est iocandi locus : ad miseros aduocatus es. Opem laturum te naufragis, captis, aegris, egentibus, intentae securi subiectum praestantibus caput pollicitus es : quo diuenteris ? quid agis ? Hic, cum quo ludis, timet : succurre, 5 quicquid laqueat timor, pendentium poenis. Omnes undique ad te manus tendunt, perditeae uitiae perituraeque auxilium aliquod implorant, in te spes opesque sunt : rogant, ut ex tanta illos uolutatione extrahas, ut disiectis et errantibus clarum ueritatis lumen ostendas. Dic, quid 9 natura necessarium fecerit, quid superuacuum, quam faciles *leges* posuerit, quam iucunda sit uita, quam expedita illas sequentibus, quam acerba et implicita eorum, qui opinioni plus quam naturae crediderunt : si prius docueris, quae partem malorum leuatura sint. 15 Quid istorum cupiditates demit ? quid temperat ? Vtiam tantum non prodessent ! nocent. Hoc tibi, cum

---

I es Q P Par.b || 4 s. succurre/quicquid laquati (corr. loquatur m. rec.) respondentium poenis Q. Similem scripturam exhibent vett. codd., nisi quod laqueati L Par.b, paenit. Par.b, succurrere et la quietes pendentium penis p, laque ti P: varie autem 5 immunit plane emendandi causa (cf. Fickertum, I p. 185 s.). Succurre, quicquid lacessivit 'vel flavit uenti), respondentium poenis copi. Madvig, Adv. cr. II p. 478 s.: Succurre, quidquid laqueo verbi respondeat, iam poenis Gemoll: succurre quicquid laqueis istis respondentium poenis Io. Mueller. At eiusdem imaginis esse laquei (aut laqueandi) et pendendi verba recte viderunt Buecheler et Hense, quorum prior haec esse loci sententia videtur succurre, quidquid laqueist timore pendentri rumpens. Audeo scribere succurre, quicquid (= utut) laqueat (scil. eos) timor, pendentium (scil. animo) poenis || 6 perditę Q || 7 impl- sic Q L P | opes exp. post opesq. Q || 11 leges om. Q L p P' Par.b | iocanda sed u supra a priorem Q<sup>2</sup> || 12 acerba ex -ua Q<sup>2</sup> | implicita] in marg. sinepace Q. item L (ubi impl- ) || 13 naturae supra vers. Q<sup>1</sup> || 14 quam Q cum vett. codd., quae 5 | eorum Q cum vell. codd., malorum coni. Schweighaeuser: ad horum mala levanda valere lusoria ista crediderim addidit ante si prius Hense, qui librorum vett. scripturam quam partem eorum tuerit. Quod supplementum vix necessarium videbitur, si probetur quae partem malorum, unde satis perspicua efficitur sententia Dic, quid natura necessarium fecerit cet., si (scil. si modo) prius docueris cet. Qua quidem enuntiati structura saepe utilitur Seneca: cf. ep. 58, 13 de quo statim dicam, si prius — docuero et alibi

uoles, manifestissimum faciam, comminui et debilitari  
 generosam indolem in istas argutias coniectam. Pudet  
 dicere, contra fortunam militaturis quae porrigant tela,  
 quemadmodum illos suborment. Hac ad summum bonum itur? per istud philosophiae «sive niue» et turpes  
 infamesque etiam ad album sedentibus exceptiones?  
 Quid enim aliud agitis, cum eum, quem interrogatis,  
 scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidi-  
 disse uideatur? Sed quemadmodum illos praetor, sic hos  
 philosophia in integrum restituit. Quid disceditis ab  
 ingentibus promissis et grandia locuti, effecturos uos,  
 ut non magis auri fulgor quam gladii praestringat oculos  
 fol. 45<sup>r</sup> meos, ut ingenti constantia et quod omnes optant et  
 quod omnes timent calcem, ad grammaticorum elementa  
 descenditis? Quid dicitis? «sic itur ad astra?» Hoc enim  
 est, quod mihi philosophia promittit, ut parem deo faciat:  
 ad hoc inuitatus sum, ad hoc ueni: fidem praesta. Quantum  
 potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus  
 et praescriptionibus philosophorum: aperta decent et  
 simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset aetatis,  
 parce dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc  
 quae dementia est superuacula discere in tanta temporis  
 egestate? VALE.

---

4 quemamm- *Q* | ac *Q* || 5 phylosophyae *Q* | sive niue *Q*,  
 sive niuem *L* || 9 pretor *Q* || 10 phyl- *Q* | quidiscensit *Q*  
 (-tes corr. m. rec.) cum p *L* *P* Par.b, quid disceditis *P* ||  
 12 fulgor *Q* et pr. *P* | quid (pro quam) *Q* | praestringat *Q*  
*L recte* || 14 elimenta *Q* et pr. *L* || 16 phyl- *Q* || 17 adhoc ex  
 adhuc (ante inuitatus) *Q* | fide presta *Q* || 19 prescr- *Q* | phyl- *Q* ||  
 23 aeg- *Q*

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**st quidem, mi Lucili, supinus et neglegens, qui in 1 Ep. XLIX. amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur: tamen repositum in animo nostro desiderium loca inter- 5 dum familiaria euocant nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem irritant, sicut dolorem lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut seruulus familiaris amisso aut uestis aut domus renouat. Ecce Campania et maxime Neapolis ac Pompeiorum tuorum conspectus incredibile 10 est quam recens desiderium tui fecerint: totus mihi in oculis es. Cum maxime a te discedo: uideo lacrimas con- bibentem et affectibus tuis inter ipsam coercionem exeuntibus non satis resistentem. Modo amisisse te uideor: 2 quid enim non « modo » est, si recorderis? modo apud So- 15 tionem philosophum puer sedi, modo causas agere coepi, modo desii uelle agere, modo desii posse. Infinita est uelocitas temporis, quae magis appetit respicientibus. Nam ad praesentia intentos fallit: adeo praecepitis fugae transitus lenis est. Causam huius rei quaeris? quic- 3 20 quid temporis transit, eodem loco est: pariter aspici- tur, una iacet: omnia in idem profundum cadunt. Et alioquin non possunt longa interualla esse in ea re, *quae tota breuis est. Punctum est quod uiuimus et adhuc puncto minus: sed et hoc minimum specie quadam longioris spatii.*

---

<sup>2</sup> supinus *Q* sed n *supra* vers. || 4 desiderio ex dederio *Q<sup>1</sup>*, *ū supra o extr. Q<sup>2</sup>* || 6 irr- sic *Q Par.b L<sup>2</sup>* | dolore *Q* || 7 seruuli familiaris amissio *Q L P Par.b: corr. Gertz* || 9 ad — conspectum *Q L P Par.b*, a — conspectū *p: corr. Volkmann* || 10 totibi (pro totus) *Q* || 12 aff- sic *Q et pr. L* | coercionem *Q*, cohertionem *L* || 13 nobis *Q cum vett. codd.*, non s | amisisse *Q* sed is *supra* vers. || 15 phyl- *Q* || 18 presentiā sed lineola exp. *Q*, praesentiam *L* | prec- *Q* | fuge *Q* || 20 transit *Q L P Par.b: transit Hense<sup>2</sup>* || 21 inde sed de punct. *Q*, inde *p L Par.b*, in *P*: in idem Rossbach || 22 alio quinon *Q* | esset *Q L, sed t punct Q* || 22-24 quae tota — spatii om. *Q*

natura derisit ; aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adulescentiam, aliud inclinationem quandam ab adulescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem.

4 In quam angusto quodam quot gradus posuit! Modo te prosecutus sum : et tamen hoc « modo » aetatis nostrae bona portio est, cuius breuitatem aliquando [futuram] cogitemus. Non solebat mihi tam uelox tempus uideri : nunc incredibilis cursus apparet, siue quia admoueri lineas sentio, siue quia adtendere coepi et computare damnum meum. Eo magis itaque indignor aliquos ex hoc tempore, <sup>10</sup> quod sufficere ne ad necessaria quidem potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit, in superuacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus, quo legat lyrics : eodem loco

<sup>fol. 45v</sup> *loca dialecticos: || tristius inepti sunt. Illi ex professo lasci- 15 uiunt, hi agere ipsos aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum et a limine salutanda in hoc unum, ne uerba nobis dentur et aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques et maceras in ea quaestione, quam subtilius est contempsisse <sup>20</sup> quam soluere ? Securi est et ex commodo migrantis minuta conquirere : cum hostis instat a tergo et mouere se iussus est miles, necessitas excutit quicquid pax otiosa collegerat. Non uacat mihi uerba dubie cadentia consecitari*

---

<sup>1</sup> derisit] diuisit *vulgo edd. ante Haasium* || <sup>2</sup> adul- *Q pr.*, *adol-* *Q<sup>2</sup>* *cum L Par.b* | ab adulescentia *Q L* || <sup>4</sup> angusto quodam quot *Q L* et corr. *P recte* || <sup>5</sup> nostra *compend.* *Q* || <sup>6</sup> futurā *Q cum rell. codd., expungendum putat P. Thomas cui assentior:* defecturam *Hense<sup>2</sup> ex conjectura Io. Muelleri* || <sup>9</sup> comp- sic *Q P* || <sup>10</sup> aliquis sed o *supra alteram i Q* || <sup>14</sup> quod *Q L* || <sup>15</sup> loca *supplendum putat Rossbach (Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 494),* habeo vel pono *Schweighaeuser*, pone *Haase*, conloco *Aem. Hermes quem secutus est Hense<sup>2</sup>* | ineptiunt *P. Thomas* || <sup>17</sup> etalimine *ex utalimina Q* || <sup>20</sup> subtilius *Q cum rell. codd., defendit Hense recte:* utilius *Madvig* | contems- *Q* || <sup>21</sup> Securi *Q pr. cum rell. codd., Securius (us compend.) corr. m. rec. | et om. Q* || <sup>22</sup> conquerere *sed i supra e primam Q<sup>1</sup>* | iussum sed s *supra in punct. Q<sup>1</sup>* || <sup>23s.</sup> coligarat *Q p L* || <sup>24</sup> dubie caden/tia *ex dubiae caden/tiae radendo Q*

et uafriciam in illis meam experiri. « Aspice qui coeant populi, quae moenia clausis | ferrum acuant portis. » Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiens est. Demens omnibus merito uiderer, si cum saxa in 8  
 5 munitum murorum series feminaeque congererent, cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret aut posceret, cum hostilia in portis tela uibrarent et ipsum solum suffosionibus et cuniculis tremeret, sederem otiosus et eiusmodi quaestiunculas ponens: « quod  
 10 non perdidisti, habes: cornua autem non perdidisti: cornua ergo habes » aliaque ad exemplum huius acutae deliratio concinnata. Atqui aequa licet tibi demens uidear, 9  
 si istis impendero operam: et nunc obsideor. Tunc tamen periculum mihi obpresso externum immineret,  
 15 murus me ab hoste secereret: nunc mortifera mecum sunt. Non uaco ad istas ineptias: ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit uita. Aduersus haec me doce aliquid: effice, ut ego mortem 10  
 non fugiam, uita me non effugiat. Exhortare aduersus  
 20 difficultia, da aequanimitatem aduersus ineuitabilia: angustias temporis mei laxa. Doce non esse positum bonum uitae in spatio eius, sed in usu, posse fieri, immo saepissime fieri, ut qui diu uixit, parum uixerit. Dic mihi dormituro: « potes non expurgisci »; dic experrecto: « potes  
 25 non dormire *amplius*. » Dic exeunti: « potes non reuerti »;

---

<sup>1</sup> uafriciam *Q L* | *Asp-* sic *Q L P Par.b*: de hac scriptura cf. epp. 51,11; 52,12; 56,7 et alibi || <sup>2</sup> clausis *Q pr.* cum *Par.b*, a erasit *Q<sup>1</sup>* restituit *m. rec.*, clusis *ex aliis codd. praetulerunt Ficker, Haase, Hense* || <sup>5</sup> feminæq; *ex* feminæq; *Q<sup>1</sup>* || <sup>6</sup> iuuentur sed *s supra* <sup>1</sup> *m. rec. Q* || <sup>8</sup> suffusionib; *Q et pr. L* || <sup>11</sup> Aliaquæ *Q pr.* || <sup>12</sup> concinnata, *c supra vers. Q* || <sup>13</sup> impendero *Q cum relli. codd.*: nunc *ex conjectura Gertzii addit Hense*, qui simul dubitat an scriptum fuerit si istis in p̄sentia impendero o. *Additamento opus non esse Rossbachio assentior* || <sup>14</sup> immin- sic *Q Par.b* || <sup>20</sup> deaequanimitate *Q cum relli. codd.*, da aequanimitatem Schweighaeuser, quem sequor (cf. ep. 1,5): adde aequanimitatem Linde || <sup>22</sup> eius (*us compend.*) *ex est Q* || <sup>23</sup> uixit, it *supra vers. Q<sup>1</sup>* || <sup>25</sup> amplius *om. Q et L<sup>2</sup>, fort. recie*

11 dic redeunti: «potes non exire.» Erras, si in nauigatione tantum existimas minimum esse, quo a morte uita diducitur: in omni loco aequre tenue interuallum est. Non ubique se mors tam prope ostendit: ubique tam prope est. Has tenebras discute: et facilius ea trades, ad quae praeparatus sum. Dociles natura nos edidit et rationem dedit 12 imperfectam, sed quae perfici posset. De iustitia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraque, et illa, cui alieni corporis abstinentia est, et hac, cui sui cura. Si me nolueris per deuia ducere, facilius ad id, quo tendo, 10 perueniam. Nam, ut ait ille tragicus, «ueritatis simplex oratio est» ideoque illam implicari non oportet: nec enim quicquam minus conuenit quam subdola ista calliditas animis magna conantibus. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

15

Ep. L. 1  
fol. 46<sup>r</sup> **E**pistulam tuam accepi post multos menses quam miseras: superuacuum itaque putauit ab eo, qui afferebat, quid ageres quaerere. Valde enim bona memoriae est, si meminit: et tamen spero te sic iam uiuere, ut ubicunque eris, sciam quid agas. Quid enim aliud 20 agis quam ut meliorem te ipse cotidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intellegas tua uitia esse, quae putas rerum? Quaedam enim locis et temporibus adscribimus: at illa, quocumque transierimus, secutura sunt. Harpasten, uxoris meae fatuam, scis heredita- 25

<sup>2</sup> qua sed a punct. Q, quo rell. sed a super add. L<sup>8</sup> || 5 ad- quae (quae compend.) ex atq; Q<sup>9</sup> | pparatus Q || 7 que ex qui Q<sup>8</sup> || 8 frugilitate sed a supra i priorem punct. Q<sup>1</sup> || 9 cui, i ex corr. Q || 12 implicari Q P, implicare vel implicare alii

<sup>16</sup> Epistolam Q L P Par.b || 17 s. aff- sic Q L<sup>8</sup> Par.b || 18 bonę Q || 21 cotidie Q L P Par.b, cottidie Hense ex p || 24 ut Q L || 25 harpasten ex harparten Q<sup>1</sup> | meae Q L P Par.b recie

rium onus in domo mea remansisse. Ipse enim auarissimus ab istis prodigiis sum: si quando fatuo delectari uolo, non est mihi longe quaerendus: me rideo. Haec fatua subito desiit uidere. Incredibilem rem tibi narro,  
 5 sed ueram: nescit esse se caecam; subinde paedagogum suum rogit ut migret, ait domum tenebricosam esse. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat 3  
 tibi: nemo se auarum esse intellegit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos s ne duce erramus et  
 10 dicimus: «non ego ambitious sum, sed nemo aliter Romae potest uiuere: non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum uitium, quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus uitiae: adulescentia haec facit.» Quid nos decipimus? 4  
 15 non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in uisceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos aegrotare nescimus. Si curari coeprimus, quando tot morborum tantas uires discutiemus? Nunc uero ne quaerimus quidem medicum, qui  
 20 minus negotii haberet, si adhiberetur ad recens uitium: sequerentur teneri et rudes animi recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa 5 defecit: erubescimus discere bonam mentem. At mehercules, si turpe est magistrum huius rei quaerere, illud

1 s. auarissimus *Q cum rell. codd.*, auersissimus corr. *R. Agricola*. Librorum scripturam retinere mihi videtur: haec est enuntiata sententia 'ipse enim, qui ex sapientiae praeceptis minime avarus sum, ab istis prodigiis deterreor summa avaritia' 12 sumpsi (pro sum si) *Q p L* 13 quer- *Q* 14 narra *Q* 16 tenebricosam *Q P Par.b*, tenebrerosam *L* 9 Caeci tamen *Q cum L P Par.b recite* | queř *Q* 10 abicioſus *ex abic- m. rec. Q* | romę *Q* 11 postest sed s prior puncti. *Q* 12 Non est *ex Nouest Q* 14 adul- *Q L Par.b* 16 sedet- ideo *Q* 17 egr- *Q* 18 morbos/tantasue res *Q p L*, prope item *rell.*: m. tantasve aegritudines *edd. vett.*, m. tam veteres *Hause*, m. tantosve (*om. res*) *Haupt*, morbos, tantas febres *Madvig*: probabilius tot morborum tantas uires *Gertz in Sen. dial. p. 414* 19 nec *Q cum rell. codd.*, ne *Muretus* | modicum *Q* 21 monstrantē *Q pr.*, monstrantes corr. *m. rec.* || 22 nisi supra vers. *Q* 24 turpe est (*om. si*) *Q L P Par.b M*

desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere: laborandum est, et ut uerum dicam, ne labor quidem magnus est, si modo, ut dixi, ante animum nostrum formare incipimus et recorrigere, quam indurescat prauitas eius.

6 Sed nec indurata despero: nihil est, quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura. Robora in rectum quamuis flexa reuocabis; curuatas trabes calor explicat et aliter natae in id finguntur, quod usus noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibilis et omni umore obsequentior! Quid enim est aliud animus 10 quam quodam modo se habens spiritus? uides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto 7 tenuior est. Illud, mi Lucili, non est quod te impedit, quo minus de nobis bene speres, quod malitia nos iam tenet, quod diu in possessione nostri est: ad neminem ante 15 bona mens uenit quam mala. Omnes praeoccupati sumus: 8 uirtutes discere uitia dediscere || est. Sed eo maiore animo fol. 46<sup>v</sup> ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi nobis boni perpetua possessio est: non dediscitur uirtus. Contraria enim male in alieno haerent, ideo depelli 20 et exturbari possunt; fideliter sedent, quae in locum suum ueniunt. Virtus secundum naturam est, uitia inimica 9 et infesta sunt. Sed quemadmodum uirtutes receptae

---

i disp- Q || 5 indurata Q cum vett. codd., -tam s || 7 fluxa Q  
 pr. | Curbatas Q pr. cum L || 8 ut aliter Q: fort. ut — fin-  
 gantur | natę Q || 10 omni humore Q L | Quid ē enim (ē in marg.)  
 Q || 11 Videns sed n punct. Q || 12 om̄i ex om̄a corr. m. rec. Q ||  
 13 tenuiore, i supra vers. Q | imp- sic Q L || 15 possessionē Q cum  
 L || 16 simus sed u supra i Q' || 17 uitia dediscere. Sed eo Q cum  
 p L: est uitia dediscere. sed eo Gronovius, uitia dediscere est. eo  
 Haupt, v. dediscere est. sed eo Hense, cui assentior: particula sed  
 opportuna videtur contextui ubi verba Sed eo maiore animo ad  
 em. n. debemus accedere cet. respondent praeced. Illud, mi Lucili,  
 non est quod te impedit | maiorem Q L || 19 traditi nobis ex  
 traditionibus corr. ead. m. Q || 20 mala Q cum rell. codd.: corr.  
 P. Thomas | haerent Q cum L (her- L) recte || 21 & supra vers.  
 Q' || 23 quemamm- Q | rege te Q L', rege te Par.b, rege tae p,  
 recepte P ex corr., receptae s

exire non possunt facilisque earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum inbecillae mentis atque aegrae est, formidare inexperta: itaque cogenda est, ut incipiat. Deinde non est acerba medicina: pro-  
tinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem uoluptas est, philosophia pariter et salutaris et dulcis est. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**Q**uomodo quisque potest, mi Lucili: tu istic habes 1 Ep. LI.  
 10 Aetnam, editum illum ac nobilissimum Siciliae montem, quem quare dixerit Messala unicum, siue Valgius, — apud utrumque enim legi, — non reperio, cum plurima loca euomant ignem, non tantum edita, quod crebrius euenit, uidelicet quia ignis in altissimum effertur, sed etiam  
 15 iacentia: nos utcumque possumus, contenti sumus Bais, quas postero die quam attigeram reliqui, locum ob hoc deuitandum, cum habeat quasdam naturales dotes, quia illum sibi celebrandum luxuria desumpsit. «Quid ergo? 2 ulli loco indicendum est odium?» Minime: sed quemad-  
 20 modum aliqua uestis sapienti ac probo uiro magis conuenit quam al'qua, nec ullum colorem ille odit, sed aliquem parum putat aptum esse frugalitatem professo: sic regio quoque est, quam sapiens uir aut ad sapien-

1 exire sed i in ras. Q | facilius quae Q, faciliusque plerique vett. codd., faciliisque 5 || 2 primum Q cum rell. codd.: proprium coni. Madvig, privum O. Rossbach, l. c., p. 494, non necessario 3 aegra esse Q || 4 acerba ex acerua Q || 6 phyl. Q  
 10 aethnam Q | et illuc Q cum p L P Par. b (sed illic ex illuc P): editum ac Chatelain, editum illum ac Hense, aliter alii opinati sunt et emendarunt | sicilie Q || 11 Messala sic Q cum L || 13 igne Q, sed lineolam super addidit Q || tantum Q P recte | aed. Q || 16 potero Q | attig. Q L | ab (ex ad Q) hoc Q P || 18 cael. Q || 19s. quemadm. ex quemamm. corr. Q || 20 aliqua Q pr. cum vett. odd., alia corr. Q

tiam tendens declinet tamquam alienam bonis moribus.  
 3 Itaque de secessu cogitans numquam Canopum eligit,  
 quamvis neminem Canopus esse frugi uetet, ne Baias  
 quidem : deuersorum uitiorum esse coeperunt. Illic sibi  
 plurimum luxuria permittit, illic, tamquam aliqua licentia  
 4 debeatur loco, magis soluitur. Non tantum corpori, sed  
 etiam moribus salubrem locum eligere debemus: quem-  
 admodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter  
 popinas quidem. Videre ebrios per litora errantes et co-  
 messationes nauigantium et symphoniarum cantibus stre-  
 pentes lacus et alia, quae uelut soluta legibus luxuria  
 5 non tantum peccat, sed publicat, quid necesse est? Id  
 agere debemus, ut irritamenta uitiorum quam longissime  
 profugiamus: indurandus est animus et a blandimentis  
 uoluptatum procul abstrahendus, Vna Hannibalem hi-  
 berna soluerunt et indomitum illum niuibus atque Alpibus  
 uirum eneruauerunt fomenta Campaniae: armis uicit,  
 6 uitiis uictus est. Nobis quoque militandum est, et quidem  
 tol. 47<sup>r</sup> genere militiae, quo numquam quies, numquam || otium  
 datur: debellandae sunt in primis uoluptates, quae, ut 20  
 uides, saeuia quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi  
 proposuerit, quantum operis adgressus sit, sciet nihil  
 delicate, nihil molliter esse faciendum. Quid mihi cum  
 istis calentibus stagnis? quid cum sudatoriis, in quae  
 siccus uapor corpora exhausurus includitur? omnis su-  
 7 dor per laborem exeat. Si faceremus, quod fecit Hannibal,  
 ut interrupto cursu rerum omissoque bello fouendis cor-  
 poribus operam daremus, nemo non intempestiuam de-

<sup>4</sup> diuersorum *Q pr. L* | *caepeř Q pr.* || <sup>7</sup> *s. Quemamm- Q* || <sup>9</sup> *Vide Q pr., re super add. Q<sup>1</sup>* | *ebrios Q<sup>1</sup>* | *comessationes Q pr.*  
*recte, cōm-* *Q<sup>2</sup>* || <sup>15</sup> *uoluptantium sed n et i punct.. Q* | *abstr- Q*  
*recte, s supra vers.* | *hannabilem Q pr.* || <sup>16</sup> *calpibus sed c punct.*  
*Q* || <sup>20</sup> *debellande Q* || <sup>23</sup> *nihil (anta molliter) supra vers. Q<sup>1</sup>*: *fors- tasse omitti potest* || <sup>24</sup> *sudatoriis ex sudoribus corr. ead. m. Q*  
 || <sup>27</sup> *cursum sed m punct. Q* | *omm- Q*

sidiam uictori quoque, nedium uincenti, periculosam merito  
 reprehenderet: minus nobis quam illis Punica signa  
 sequentibus licet, plus periculi restat cedentibus, plus  
 operis etiam perseuerantibus. Fortuna mecum bellum 8  
 gerit: non sum imperata facturus; iugum non recipio,  
 immo, quod maiore uirtute faciendum est, excutio. Non  
 est emoliendus animus: si uoluptati cessero, cedendum  
 est dolori, cedendum est labori, cedendum est pauper-  
 tati; idem sibi in me iuris esse uolet et ambitio et ira:  
 10 inter tot affectus distrahar, immo discerpar. Liber- 9  
 tas proposita est; ad hoc praemium laboratur. Quae  
 sit libertas, quaeris? Nulli rei seruire, nulli necessitati,  
 nullis casibus, fortunam in aequum deducere. Quo die  
 illa me intellexero plus posse, nil poterit: ego illam feram,  
 15 cum in manu mors sit? His cogitationibus intentum loca 10  
 seria sanctaque eligere oportet: effeminat animos amoe-  
 nitatis nimia nec dubie aliquid ad corrumpendum uigorem  
 potest regio. Quamlibet uiam iumenta patiuntur, quorum  
 durata in aspero ungula est: in molli palustriique pascuo  
 20 saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso  
 uenit: segnis est urbanus et uerna. Nullum laborem re-  
 cusant manus, quae ad arma ab aratro transferuntur: in  
 primo deficit puluere ille unctus et nitidus. Seuerior loci 11  
 disciplina firmat ingenium aptumque magnis conatibus  
 25 reddit. Literni honestius Scipio quam Bais exulabit:

---

1 periculosani *Q*, periculo sani *L* || 3 s. *verba cedentibus* —  
 perseuerantibus *secludenda putavit Fickert* || 7 emoti indus *Q L*,  
 emoliendus 5: emotus sui iuris *Haase* | *si ex sibi radendo Q* | *ced-*  
*ex caed- radendo Q et sic mox* || 10 aff- *sic Q Par.b L<sup>2</sup>* || 11 propos-  
 (pro compend.) *ex ppos- Q* | *prem- Q* || 13 s. *quoddi eillumintel-  
 lero Q et prope item alii vett. codd.: corr. Lipsius* || 16 animos *ex*  
*animo videtur correxisse ead. m. Q*, *animo L* | *Amoenitas sed ni*  
*supra vers. Q* || 17 *inima Q pr. cum L* | *dubie ex dubiae Q* | *aliqui Q*  
 || 20 *saginata ex sanguinata Q*, *sanguinata L* | *subterunt Q L*  
 || 22 *aratro Q sed ra supra vers.* || 23 *defecit Q L Par.b*, *deficit*  
*vulgo* || 25 *exulabat Q cum vell. codd.: exulabit Io. Mueller cui*  
*assentior*

ruina eius non est tam molliter conlocanda. Illi quoque, ad quos primos fortuna populi Romani publicas opes trans-tulit, C. Marius et Cn. Pompeius et Caesar struxerunt quidem uillas in regione Baiana, sed illas in posuerunt summis iugis montium: uidebatur hoc magis militare, ex edito s. speculari late longeque subiecta. Aspice, quam positio-nem elegerint, quibus aedificia excitauerint locis et qualia: 12 scies non uillas esse, sed castra. Habitaturum tu putas umquam fuisse in mica Catonem, ut praenauigantes adul-teras dinumeraret et tot genera cumbarum uariis colo-ribus picta et fluuitantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna conuicia? nonne ille manere intra uallum maluisset, quod in unam noctem manu sua ipse duxisset? Quidni malit, quisquis uir est, somnum suum 15 classico || quam symphonia rumpi? Sed satis diu cum Bais 15  
 fol. 47<sup>v</sup> litigauimus, numquam satis cum uitiiis, quae, oro te, Lucili, persequere sine modo, sine fine: nam illis quoque nec finis est nec modus. Proice quaecumque cor tuum laniant, quae si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reuellendum erat. Voluptates praecipue exturba et inui-sissimas habe: latronum more, quos φύλήτας Aegyptii 20 uocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. VALE.

---

i coll- sic Q L Par.b || 2 p r Q pr. cum L P Par.b, sed populi romani suppl. m. rec.: mox ead. m. supplevit Celius (ex C) perperam et Gneius (ex c. n.) || 3 maurius Q L, sed u prior punct. Q | C. ante Caesar add. Gertz: non videtur necessarium | struxerunt Q L, exstruxerunt (vel extr-) vulgo: praefero struxerunt quod in poeticum Senecae stilum aptius cadit (cf. Horat. Carm. II 18, 18 s. sepulcri | immemor struis domos cet., ubi quidem villae in regione Baiana significantur) || 9 inimica an inimica incertum Q, inimica |rell. vett. codd.: corr. Lipsius || 10 cumb- in cymb- corr. m. rec. Q || 11 fluuitantem (corr. ex fluitantem Q) Q L P Par.b, fluuitan-tem s. || 12 conuitia Q L P Par.b || 14 mallit Q L Par.b, malit | vulgata quam sequor: mallet Hense praeante Haasio || 16 littig- Q || 20 reuoll- Q pr. | precipue Q | exturba et inuisissimas Q et corr. L recte || 21 ostilistas (s. altera supra vers.) Q, similiter L et alii: corr. Mureetus || 22 strangulent ex strangulant corr. m. rec. Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quid est hoc, Lucili, quod nos alio tendentes alio <sup>1</sup> Ep. LII. trahit et eo, unde recedere cupimus, impellit? quid conluctatur cum animo nostro nec permittit nobis quicquam <sup>5</sup> semel uelle? Fluctuamur inter uaria consilia: nihil libere uolumus, nihil absolute, nihil semper. « Stultitia, inquis, <sup>2</sup> est, cui nihil constat, nihil diu placet. » Sed quomodo nos aut quando ab illa reuellemus? Nemo per se satis ualet ut emergat: oportet manum aliquis porrigat, aliquis <sup>10</sup> educat. Quosdam ait Epicurus ad ueritatem sine ullius <sup>3</sup> adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos uiam; hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsi protulerunt: quosdam indigere ope aliena, non ituros, si nemo praecesserit, sed bene secuturos. Ex his Metrodorum ait esse: <sup>15</sup> egregium hoc quoque, sed secundae sortis ingenium. Nos ex illa prima nota non sumus: bene nobiscum agitur, si in secundam recipimur. Ne hunc quidem contempseris hominem, qui alieno beneficio esse saluus potest: et hoc multum est, uelle seruari. Praeter haec adhuc inuenies <sup>20</sup> genus aliud hominum ne ipsum quidem fastidiendum eorum, qui cogi ad rectum compellique possunt, quibus non duce tantum opus sit, sed adiutore et, ut ita dicam, coactore: hic tertius color est. Si quaeris huius quoque exemplar, Hermarchum ait Epicurus talem fuisse. Itaque <sup>25</sup> alteri magis gratulatur, alterum magis suspicit: quamuis enim ad eundem finem uterque peruerterit, tamèn maior est

---

<sup>3</sup> imp- sic Q Par.b || <sup>7</sup> nihil (ante diu) Q sed i altera supra vers. || <sup>13</sup>s. prec- Q || <sup>14</sup> secutoros sed u supra o priorem Q<sup>a</sup> | Ex his Q, ex his L, ex is vel ex iis alii || <sup>15</sup> Egregium ex Egrium corr. Q<sup>x</sup> | secunde Q || <sup>17</sup> secunda Q | recipimur Q P et corr. L recte || <sup>21</sup> compelli quae Q || <sup>22</sup> adiutore Q sed ad supra vers. || <sup>23</sup> Sicq; (pro Si quaeris) Q, similiter L<sup>2</sup> || <sup>24</sup> emarchum Q || <sup>25</sup> suscipit Q

5 laus idem effecisse in difficiliore materia. Puta enim duo aedificia excitata esse, ab imo dispara, aequa ex-celsa atque magnifica. Alterum pura area accepit, illic protinus opus crevit; alterum fundamenta lassarunt in mollem et fluuidam humum missa multumque labo- 5 ris exhaustum est, dum peruenitur ad solidum, inueniendo: quicquid fecit, alterius magna pars et difficilior latet.

6 Quaedam ingenia facilia, expedita, quaedam manu, quod aiunt, facienda sunt et in fundamentis suis occupata. Itaque illum ego feliciorem dixerim, qui nihil negotii secum 10 habuit, hunc quidem melius de se meruisse, qui malignitatem naturae suae uicit et ad sapientiam se non perdu- 7 xit, sed extraxit. Hoc durum ac laboriosum ingenium nobis datum scias licet: imus per obstantia. Itaque pugne- 15 mus, aliquorum inuocemus auxilium. « Quem, inquis, inuocabo? » Hunc aut illum. Tu uero etiam ad priores reuertere, qui uacant: adiuuare nos possunt non tantum 8 qui sunt, sed qui fuerunt. Ex his autem, qui sunt, eligamus

---

2 ambo Q L P Par.b: corr. Buecheler | dispara Q L P Par.b,  
paria s vulg. || 3 purā corr. ex purū Q: praefero pura area ex  
Arg. b concinnitatis causa || 4 lassabunt (bunt compend. Q) Q L  
P Par.b: ex magna codd. et edd. varietate recte practulit Hense las-  
sarunt ex conjecturā Lipsii quam confirmat codex Vatic. 2207 teste  
Chatelainio || 5 missā Q cum L<sup>1</sup> || 6 inueniebo (eb punct. Q)  
Q L P Par.b, inuenio aut inueniendo aut inueniam aut inuenit  
aut inuenit ergo s, apparet in altero unus s et vulgata quae habet  
apparet in altero quidquid factum est ex Erasmi, ut videtur, con-  
iectura: intuenti ambo coni. Buecheler, in medio Haupt qui etiam  
coni. duo duos aedificia excitasse, ambo paria ac praeterea alter  
(pro alterum) ante puram || 7 alter post fecit addunt s: invenio q. f.  
alterius opifex; alterius cet. supplevit Haase, intuenti ambo quicquid  
fecit alter in aperto est, alterius cet. Hense dubitans et similiter  
Disselbeck. Audeo proponere multumque laboris exhaustum est, d.  
p. ad s., inueniendo (scil. inueniendi opere): quicquid fecit, alterius  
(scil. agentis) m. p. cet. || 8 facilia et expedita vulg., et om. Q L  
Hense<sup>2</sup> || 9 aiunt ex agiunt, ut videtur, radendo Q || 10 illum ego  
Q L, ego illum alii || 11 demeruisse Q || 14 mini (pro imus) Q ||  
18 se Q pr., d supra vers. add. Q<sup>1</sup>

non eos, qui uerba magna celeritate || praecipitant et com- fol. 48  
 munes locos uoluunt et in priuato circulantur, sed eos, qui  
 uita docent, qui cum dixerunt, quid faciendum sit, probant  
 faciendo, qui docent, quid uitandum sit, nec umquam  
 5 in eo, quod fugiendum dixerunt, deprehenduntur. Eum  
 elige adiutorem, quem magis admireris, cum uideris quam  
 cum audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire, o  
 quibus admittere populum ac disserere consuetudo est, si  
 modo hoc proposito in turbam prodeunt, ut meliores  
 10 fiant *faciantque* meliores, si non ambitionis hoc causa  
 exercent. Quid enim turpius philosophia captante cla-  
 more? numquid aeger laudat medicum secantem? Ta- 10  
 cete, *fauete* et praebete uos curationi: etiam si exclama-  
 ueritis, non aliter audiam, quam si ad tactum uitiorum  
 15 uestrorum ingemescatis. Testari uultis attendere uos  
 mouerique rerum magnitudine? sane liceat: ut quidem  
 iudicetis et feratis de meliore suffragium, quidni non per-  
 mittam? Apud Pythagoram discipulis quinque annis ta-  
 cendum erat: numquid ergo existimas statim illis et loqui  
 20 et laudare licuisse? Quanta autem dementia eius est, quem 11  
 clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt?  
 Quid laetaris, quod ab hominibus his laudatus es, quos

---

I caeleritatem Q L (cel- L) | prec- Q || 3 uitam Q cum rell.  
 codd., corr. Muretus: vitam vita coni. Hense, sed accusativus pro  
 ablative ex librarii arbitrio propter seq. docent prefectus videtur  
 | dixerint Q, dixerint L et sic infra || 4 qui uitandum Q || 5 dephen-  
 duntur Q || 6 cum quem uideris sed quem exp. Q || 8 amittere  
 Q || 10 fiantq; / (pro fiant faciantque) Q || 11 phyl- Q || 12 s. facite  
 Q L<sup>2</sup> (dein aliquid rasi in L), tacete fauete 5 || 13 cum rationi Q,  
 cum exp. m. rec. || 14 adtac'um Q L || 15 ingemescatis stc Q L P<sup>1</sup> |  
 att- sic Q || 16 moueriqueae Q pr., mon- corr. m. rec. | rerum ma-  
 gnitudine Q L: vitatur clausula heroica quam efficit vulgata scrip-  
 tura magnitudine rerum || 17 meliora Q pr. cum L, meliori corr.  
 m. rec. || 18 quod compend. ante apud super add. Q<sup>2</sup> | pythagorū  
 Q pr. cum L || 19 Nunquid Q || 21 imp- sic Q || 22 is Q pr. et  
 corr. L, his Q<sup>2</sup> cum L pr. et rell. vett. | est sed t punct. Q, est L

non potes ipse laudare? Disserebat populo Fabianus, sed audiebatur modeste: erumpebat interdum magnus clamor laudantium, sed quem rerum magnitudo euocauerat, non sonus inoffense ac molliter orationis elapsae.

- 12 Intersit aliquid inter clamorem theatri et scholae: est aliqua et laudandi licentia. Omnia rerum omnium, si obseruentur, indicia sunt et argumentum morum ex minimis quoque licet capere: in pudicum et incessus ostendit et manus mota et unum interdum responsum et relatius ad caput digitus et flexus oculorum; in probum risus, insanum uultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt: qualis quisque sit, scies, si quemadmodum laudet, quemadmodum laudetur, aspiceris.
- 13 Hinc atque illinc philosopho manus auditor intentat et super ipsum caput mirantium turba consistit: non laudatur ille nunc, si intellegis, sed conclamatur. Relinquuntur istae uoces illis artibus, quae propositum habent populo placere: philosophia adoretur. Permittendum erit aliquando iuuenibus sequi impetum animi, tunc autem, cum hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt: talis laudatio aliquid exhortationis afferit ipsis audientibus et animos adulescentium exstimalat.

---

i potest sed extr. t punct. Q || 3 laudantium Q cum vulg., laudentium Par.b unde vix conici posse plaudentium Hense arbitratur || 4 inoffense (in supra vers.) Q, praeulit Hense vulgatae inoffensae | molliter ex mollitur Q | elapse Q || 5 scolae Q L P || 6 laudan dilicentia Q, laudandi licentia vulg., l. diligentia coni. Geritz, l. decentia Hense ex conjectura Kochii. Librorum scripturam retineo quae idem valeat atque aliquatenus et laudare licet || 8 Et incessus impudi/cum Q L, impudicum et incessus vulg. || 9 s. relatus ~~an~~ relictus incertum Q || 12 sit in ras. Q || 13 quem adm- ex quem ammcorr. Q<sup>2</sup>, sic mox corr. m. rec. || 14 atq; Q cum L et vulg., itaque alii | phyl- Q || 15 constantium Q L Par.b, consistit sed istit in resura maioris spati P<sup>2</sup> teste Hensio || 17 prop- (pro compend.) ex pp- Q<sup>2</sup>, praep- L || 18 phyl- Q || 21 aff- sic Q Par.b || 22 adol- Q L P Par.b

Ad rem commoueantur, non ad uerba composita: alioquin nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui. Differam hoc in praesentia: desiderat enim propriam et longam exsecutionem, quemadmodum populo 15  
 5 disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam non erit dubium, postquam prostituta est: sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non || instito- fol. 48  
 rem, sed antistitem nancta est. VALE.

EXPLICIT LIBER QUINTVS

10

---

i comp- sic Q L | Alioquin Q cum rell. codd., alioqui *Muretus*  
 || 4 quē amm- Q || 5 scit Q || 6 s. phyl- Q || 8 penetrabilibus  
 Q L et pr. P | modo ex modum corr. m: rec. Q || 9 nancta sed  
 n punct. Q, nacta P | VALE om. Q L



L. ANNAEI SENECAE AD LVCILIVM  
INCIPIT LIBER SEXTVS

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**Q**uid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est , Ep. LIII.  
ut nauigarem? Solui mari languido: erat sine dubio caelum  
graue sordidis nubibus, quae fere aut in aquam aut in  
uentum resoluuntur, sed putaui tam pauca milia a Parthe-  
nope tua usque Puteolos subripi posse, quamuis dubio  
et impendente caelo. Itaque quo celerius euaderem, pro-  
tinus per altum ad Nesida direxi praecisurus omnes sinus.  
Cum iam eo processissem, ut mea nihil interesset, utrum 2  
irem an redirem, primum aequalitas illa, quae me cor-  
ruperat, periit: nondum erat tempestas, sed iam incli-  
natio maris ac subinde crebrior fluctus. Coepi gubernata-  
rem rogare, ut [me in aliquo litore exponeret: aiebat  
ille aspera esse et importuosa nec quicquam se aeque  
in tempestate timere quam terram. Peius autem uexabar, 3  
quam ut mihi periculum succurreret: nauisia enim me

---

*Libri inscriptio prope eadem exstat in Q et L, finem libri  
praecedentis non signant P V, tituli nullum vestigium in Par.b  
|| 1 L. ex VEL corr. m. rec. Q: L || 4 persuasū ex persuasus  
Q || 5 maris Q pr. cum L<sup>2</sup>, mare corr. Q<sup>2</sup> | languidus Q pr. cum  
L<sup>2</sup>, languidius corr. Q<sup>2</sup> || 7 putauitā Q | paucā illi Q cum L Par.b  
|| 9 imp. sic Q | cael- Q || 10 direxi Q V L P Par.b, derexi  
Hense | prec- Q || 11 precississem Q pr. | meam sed extr. m exp. Q  
|| 13 perit Q L P Par.b V (perit V pr.): perit Rossbach || 15 ali-  
quo sed u supra vers. Q | Aiegebatur Q pr. || 18 Nausia Q pr.,  
Nausea Q<sup>2</sup>*

segnis haec et sine exitu torquebat, quae bilem mouet nec effundit. Insti itaque gubernatori et illum, uellet nollet, coegi, peteret litus. Cuius ut uiciniam attigimus, non expecto, ut quicquam ex praeceptis Vergillii fiat, « obuertunt pelago proras » aut « ancora de prora iacit »: memor artificii mei uetus frigidae cultor mitto me 5  
4 in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. Quae putas me passum, dum per aspera erepo, dum uiam quaero, dum facio ? intellexi non inmerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt, quae tulerim, cum me ferre non possem : illud scito, *Vlixem* non fuisse tam irato mari natum, ut ubique naufragia faceret : nauiator erat. Et ego quocumque nauigare debuero, uicesimo anno perueniam. Ut primum stomachum, quem scis non cum mari nauiam effugere, collegi, ut corpus unctione re- 10  
5 creau, hoc coepi mecum cogitare, quanta nos uitiorum nostrorum sequeretur oblitio, etiam corporalium, quae subinde admonent sui, nedum illorum, quae eo magis 15  
6 latent, quo maiora sunt. Leuis aliquem motiuncula decipit ; sed cum creuit et uera febris exarsit, etiam duro et perpessio confessionem excipit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt : adhuc dissimulamus et aut talum extorsisse dicimus nos aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo quaeritur nomen, ||

---

3 *peteret sed exir. t punct.* Q | attingimus sed n punct. Q || 4  
*præceptis* Q | uerg- Q L, uirg- alii || 5 obuertant Q cum plerisque codd., obuertunt Verg. | anciora Q pr. sed h supra i Q<sup>2</sup> || 6 frigide Q || 7 psycrolutam Q L || 8 eripio Q L V Par.b || 9 nautis Q pr., nautas Q<sup>2</sup> | timere Q L<sup>2</sup> || 10 me ferre Q, me ferre vulg.: efferre Rossbach ex P (scil. eloqui) | possim Q cum refl. vett. codd., defendit Rossbach: possem Erasmus<sup>3</sup> || 11 ulixē ex elixest Q<sup>2</sup> | fuisset sed t punct. Q, fuisset L || 12 nauiator Q pr., nauseator Q<sup>2</sup> et sic mox nauiam Q pr., nauseam Q<sup>2</sup> || 13 uicesimo Q L P cum vulg. || 14 non deleverunt Ruhkopf et alii || 15 effugere collegi Q: effugere, recollegi comi. Hense || 19 moxiuncula Q || 21 exceptit Q L, exceptit refl. prope omnes: acceptit aut extorqnet aut exprimit edd. vett., excutit Heuse, non necessario || 22 puncti unguis Q, punctiungulas L V Par.b || 23 dicimus ex didicimus radendo Q

qui ubi uel talaria coepit intendere et utrosque distortos fol. 49<sup>r</sup>  
pedes fecit, necesse est podagram fateri. Contra euenit in his 7  
morbis, quibus afficiuntur animi : quo quis peius se habet,  
minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime. Nam  
5 qui leuiter dormit, et species secundum quietem capit,  
aliquando dormire se dormiens cogitat : grauis sopor  
etiam somnia extinguit animumque altius mergit, quam  
ut in ullo intellectu sui sit. Quare uitia sua nemo con- 8  
fitetur ? quia etiamnunc in illis est : somnium narrare  
10 uigilantis est, et uitia sua confiteri sanitatis indicium  
est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere  
possimus. Sola autem nos philosophia excitabit, sola  
somnum excutiet grauem : illi te totum dedica. Dignus  
illa es, illa digna te est : ite in complexum alter alterius.  
15 Omnibus aliis rebus te nega, fortiter, aperte : non est  
quod precario philosopheris. Si aeger essem, curam inter- 9  
misisses rei familiaris et forensia tibi negotia excidissent  
nec quemquam tanti putares, cui aduocatus in remissione  
descenderes : toto animo id ageres, ut quam primum morbo  
20 liberareris. Quid ergo ? non et nunc idem facies ? omnia  
impedimenta dimitte et uaca bonae menti : nemo ad illam  
peruenit occupatus. Exercet philosophia regnum suum ;

---

i ut talaria Q p L Par.b V corr. P pr.: etiam talaria Hense,  
vel tal. Rossbach, cui assentior (ut et uel facile permuntantur in  
libris) | dextros Q cum vulg., quam scripturam alii defendunt,  
ali i aliter emendarunt: aegros coni. Vavassor, deteriores Reitz,  
distortos Toup et Chatelain quibus assentior: distorserit (pro dextro  
fecit) Lipsius || 3. aff- sic Q Par.b | animo Q cum vett. codd.,  
animi 5: adficiuntur animo coni. Rossbach | se habet Q V P recte  
|| 4. kar- Q || 5 quietem ex quietem radendo Q | capit al. Q  
L P Par.b, capit et al. alii, unde Haase et Hense sic distinguunt  
qui leviter dormit, et species s. q. capit et aliquando quam inter-  
punctionem retineo, particula et omissa ante al. ut in optimis codd.,  
cum prior et pro etiam usurpata sit || 7s. quam ut inulde/in-  
tellectus sui est Q L (in ullo L): corr. Schultess || 11 Experi-  
giscamur sed i ex e Q V P || 12 phyl- Q || 14 digna te est Q L V  
Par.b recte || 15-22 verba aperte — occupatus rejicit m. rec. Q ||  
16 phyl- Q | eger Q | intermississes Q || 17 megocia Q || 21 imp-  
sic Q pr. || 22 phyl- Q

dat tempus, non accipit. Non est res subsiciua ; ordinaria  
 10 est, domina est, adesse iubet. Alexander cuidam ciuitati  
 partem agrorum et dimidium rerum omnium promit-  
 tenti « eo, inquit, proposito in Asiam ueni, ut non id  
 acciperem, quod dedissetis, sed ut id haberetis, quod s  
 reliquissem. » Idem philosophia rebus omnibus, « non  
 sum hoc tempus acceptura, quod uobis superfuerit, sed  
 11 id uos habebitis, quod ipsa reiecero. » Totam huc con-  
 uerte mentem, huic asside, hanc cole : ingens inter-  
 uallum inter te et ceteros fiet ; omnes mortales multo 10  
 antecedes, non multo te dii antecedent. Quaeris, quid  
 inter te et illos interfuturum sit ? diutius erunt. At me-  
 hercules magni artificis est clusisse totum in exiguo :  
 tantum sapienti sua, quantum deo omnis aetas patet.  
 Est aliquid, quo sapiens antecedat deum : ille naturae 15  
 12 beneficio non timet, suo sapiens. Ecce res magna, habere  
 inbecillitatem hominis, securitatem dei. Incredibilis philo-  
 sophiae uis est ad omnem fortuitam uim retundendam.  
 Nullum telum in corpore eius sedet, munita est, solida :  
 quaedam defetigat et uelut leuia tela laxo sinu eludit, 20  
 quaedam discutit et in eum usque, qui miserat, respuit.

VALE.

1 subsiciua *Q* cum *rell. codd.*, in *marg.* subsequens, item *L* ||  
 2 adest et iubet *Q* cum *rell. codd.*, sed lubet *corr. m. rec.* : adesse  
*iubet coni.* Madvig et Haase || 6 Idē ex idest *Q<sup>a</sup>* | rebus *Q* cum  
*rell. codd.*, quam scripturam recte defendunt Hense<sup>2</sup> et Bourgery ||  
 7 hic *Q* cum *vett. codd.* || 8 re egero *Q L*, similiter p *P V*, erogauero  
*Par.b vulg.*, rejecero Hense. ex conjectura Lipsii: erogaro Haase,  
 relegaro H. Mueck || 9 ass- sic *Q* || 10 auito *Q pr. cum p L V P<sup>i</sup>*  
*Par.b*, corr. in auitio *Q<sup>a</sup>*: multo ε || 11 dii sic *Q L V P* || 12 fu-  
 turum *Q* | Ad *Q pr. cum P<sup>i</sup> Par.b* || 13 artificis ex artifexes *Q<sup>a</sup>* || 14  
 sapienti *Q L P Par.b recte* | post omnis aliquid erasum *Q* || 15 quo  
 ex: quod *Q*, quod *P<sup>i</sup> Par.b* || 17 s. phyl- *Q* || 20 defatigat *Q L*  
 et fort. *P<sup>i</sup>* | verba leuia tela suspecta Hauptio defendit O. Rossbach,  
*l. c.*, p. 494

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

fol. 49<sup>v</sup>
Longum mihi commeatum dederat mala ualitudo; 1 Ep. LIII.  
 repente me inuasit. « Quo genere? » inquis. Prorsus me-  
 rito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est. Vni tamen  
 5 morbo quasi adsignatus sum, quem quare Graeco nomine  
 appellem nescio; satis enim apte dici suspirium potest.  
 Breuis autem ualde et procellae similis est impetus;  
 intra horam fere desinit: quis enim diu exspirat? Omnia 2  
 corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt:  
 10 nullum mihi uidetur molestius. Quidni? aliud enim quic-  
 quid est, aegrotare est, hoc animam agere. Itaque medici  
 hanc « meditationem mortis » uocant: facit enim aliquando  
 spiritus ille, quod saepe conatus est. Hilarem me putas 3  
 haec tibi scribere, quia effugi? Tam ridicule facio, si hoc  
 15 fine quasi bona ualitudine delector, quam ille, quisquis  
 uicisse se putat, cum uadimonium distulit: ego uero et  
 in ipsa suffocatione non desii cogitationibus laetis ac for-  
 tibus adquiescere. « Quid hoc est? inquam: tam saepe 4  
 mors experitur me? Faciat: at ego illam diu expertus  
 20 sum. » « Quando? » inquis. Antequam nascerer. Mors est  
 non esse. Id quale sit, iam scio: hoc erit post me, quod  
 ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et  
 fuisse, antequam prodiremus in lucem; atqui nullam

2 comitatum *Q* cum *rell. codd.*: corr. *Lipsius* || 4 innotum *Q* ||  
 5 quem *ex* quam *Q<sup>2</sup>* | greco *Q* || 7 procelle *Q* || 8 desinit *ex* desiit  
*Q* | diu exspirat *Q* cum *vulg.*, defendit *Linde*: diu vix spirat  
*Gertz* || 9 aut *ex* ait (*ante incommoda*) *Q* || 11 agere *Q* *L V P*  
*Par.b*: egerere *Hense*, praeiente *Chatelainio*, *ex V ubi* & egerere  
*supra scr. est*, sed *vulgatam scripturam notissima exempla commen-*  
*dant* (*cf. Cic. Tusc. I 9, 19; Cael. apud Cic. fam. VIII 13, 2 et*  
*alia huiusmodi*) || 14 sic *Q p V L P* || 16 uicisse *Q*, se *om.*  
*p Par.b* || 18 sepe *Q* || 19 experitum, i *erasa Q* | At *Q cum vulg.:*  
*secl. Hense praeiente Gertzio*, sed *at saepissime cum pron. pers.*  
*adhibitum esse emphaseos causa etiam a Liv. et Curi. constat* (*cf.*  
*St.-Schm.<sup>4</sup>, p. 500*) || 22 fugit sed *g erasa Q* || 23 proderemus *Q L*

- 5 sensimus tunc uexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet lucernae peius esse, cum extincta est, quam antequam accenditur? Nos quoque et extinguimur et accendimur: medio illo tempore aliquid patimur, utrumque uero alta securitas est. In hoc enim, 5 mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, cum illa et praecesserit et secutura sit. Quicquid ante nos fuit, mors est: quid enim refert, non incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus, non esse?
- 6 His et eiusmodi exhortationibus, — tacitis scilicet, nam 10 uerbis locus non erat, — alloqui me non desii: deinde paulatim suspirium illud, quod esse iam anhelitus coepерat, interualla maiora fecit et retardatum est ac remansit. Nec adhuc, quamuis desierit, ex natura fluit spiritus: sentio haesitationem quandam eius et moram. 15
- 7 Quomodo uolet, dummodo non ex animo suspirem. Hoc tibi de me recipe: non trepidabo ad extrema, iam praeparatus sum, nihil cogito de die toto. Illum tu lauda et imitare, quem non piget mori, cum iuuet uiuere: quae est enim uirtus, cum eiciaris, exire? Tamen est et hic uirtus: eicior quidem, sed tamquam exam. Et ideo numquam eicitur sapiens, quia eici est inde expelli, unde inuitus recedas: nihil inuitus facit sapiens. Necessitatem effugit, quia uult quod coactura est. VALE.

---

2 lucerneꝝ Q || 3 s. etextinguimur Q cum plerisque codd., et om. p  
 || 5 utrimq; ex utrumq; radendo Q, restituit utrumq; m. rec.;  
 utrumque Par.b || 7 pcess- Q | secuta Q p V L P || 11 all-  
 sic Q || 12 illud ex ille Q<sup>2</sup> || 13 s. ac remansit Q cum rell. codd.,  
 atque emansit Madvig praeante Gronovio. An ac remisit? || 15  
 hēsit- Q || 17 s. pparatus, p supra vers. Q || 18 tu om. unus s, sect.  
 complures edd. iam inde a Mentel. || 22 eici ē ex eiciem m. rec. Q |  
 inde expelli Q cum vulg.: inde vi expelli Gertz, cui emendationi  
 recte adversatus Hense | unde Q p P Par.b recte

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

1 Ep. LV.  
fol. 50r

A gestatione cum maxime uenio non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. Labor est enim et diu ferri, ac nescio an eo maior, quia contra naturam est, quae pedes dedit, ut per nos ambularemus, oculos, ut per nos uideremus. Debilitatem nobis indixere deliciae, et quod diu noluimus, posse desimus. Mihi tamen necessarium erat concutere corpus, ut siue bilis insederat faucibus, discuteretur, siue ipse ex aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum iactatio, quam profuisse mihi sensi. Ideo diutius uehi perseueraui inuitante ipso litore, quod inter Cumas et Seruili Vatiae uillam curuatur et hinc mari, illinc lacu uelut angustum iter clauditur. Erat autem e recenti tempestate spissum: fluctus enim illud, ut scis, frequens et concitatus exaequat, longior tranquillitas soluit, cum harenis, quae umore alligantur, sucus abscessit. Ex consuetudine tamen mea circumspicere coepi, an aliquid illic inuenirem, quod mihi posset bono esse, et direxi oculos in uillam, quae aliquando Vatiae fuit. In hac ille praetorius diues, nulla alia re quam otio notus, consenuit et ob hoc unum feix habebatur. Nam quotiens aliquos amicitiae Asinii Galii, quotiens Seiani odium,

---

<sup>2</sup> Egestati- Q L || 7 diliciae Q P<sup>1</sup> || 8 desimus Q p L P<sup>1</sup>  
*Par.b et pr. V.*, desimus Hense<sup>2</sup> quem sequor || 12 litore Q pr.,  
 alteram t supra scr. m. rec. || 13 uaciae Q L || 14 clauditur sic Q L  
 | Erat aut̄ Q cum L et mox fluctus enī Q cum p L P, quae scrip-  
 tura ad sententiam magis facere mihi videtur quam vulg. Erat  
 enim — fluctus autem. Harum particularum in libris frequentem  
 permutationem ex compendii diversa interpretatione ortam esse con-  
 stat | recenti Q pr., a supra e primam scr. Q: a recenti vulg.,  
 sed praepositio e aptius quadrare videtur || 16 exequat Q || 17 arenis  
 Q p P | umore Q pr., hum- Q<sup>3</sup> cum p L || 19 possit Q L || 20 di-  
 rexii Q p L V P Par.b, der- Hense || 21 p̄torius Q || 22 quoties Q pr.,  
 et sic mox, cum L || 23 amicitiae Q cum vett. codd., amicitia nonnulli c

deinde amor merserat, — aeque enim offendisse illum  
 quam amasse periculoseum fuit, — exclamabant homines:  
 4 « o Vatia, solus scis uiuere. » At ille latere sciebat, non uiuere:  
 multum autem interest, utrum uita tua otiosa sit an ignaua.  
 Numquam aliter hanc uillam Vatia uiuo praeteribam, 5  
 quam ut dicerem: « Vatia hic situs est. » Sed adeo, mi Lucili,  
 philosophia sacrum quiddam est et uenerabile, ut etiam,  
 si quid illi simile est, mendacio placeat. Otiosum enim ho-  
 minem seductum existimat uulgas et securum et se con-  
 tentum, sibi uiuentem, quorum nihil ulli contingere nisi 10  
 sapienti potest. Ille sollicitus scit sibi uiuere: ille enim,  
 5 quod est primum, scit uiuere. Nam qui res et homines  
 fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegauit, qui  
 alias res feliciores uidere non potuit, qui uelut timidum  
 atque iners animal metu oblituit, ille sibi non uiuit, sed, 15  
 quod est turpissimum, uentri, somno, libidini: non  
 continuo sibi uiuit, qui nemini. Adeo tamen magna  
 res est constantia et in proposito suo perseverantia,  
 6 ut habeat auctoritatem inertia quoque pertinax. De ipsa  
 uilla nihil tibi possum certi scribere: frontem enim eius 20  
 tantum noui et exposita, quae ostendit etiam transeun-  
 tibus. Speluncae sunt duae magni operis, cuius laxo  
 atrio pares, manu factae, quarum altera solem non  
 fol. 50<sup>v</sup> recipit, altera usque in occidentem tenet. Platanona me-  
 dius riuus et a mari et ab Acherusio lacu receptus 25

---

<sup>1</sup> merserat corr. ex mors- Q || <sup>2</sup> quem sed a supra e Q<sup>1</sup> ||  
<sup>5</sup> pteribā Q || <sup>7</sup> phyl- Q || <sup>11</sup> sollicitus Q p L V Par.b; solus legitur  
 in P (corr. ex sollicitus radendo) et super additum est in V, com-  
 mendavit Madvig (adv. cr. II p. 480) quem sequor, cum praesertim  
 etiam sollicitudo et solitudo alibi inter se permutaata sint in libris:  
 solus non sollicitus mavult Hense | sit Q || <sup>12</sup> homines sed s supra  
 vers. Q || <sup>13</sup> cupiditatiū (sed i tertia punct. Q) Q L V | religauit  
 Q p L P<sup>1</sup> Par.b et pr. V || <sup>14</sup> alio/res Q, alio corr. in alias Q<sup>2</sup>,  
 alios vulg. || <sup>15</sup> inhers Q || <sup>16</sup> uentris omni Q, uentri somno rell.  
 libb. mss et edd. || <sup>21</sup> et om. Q, exp. L | quae sed a erasa Q  
 || <sup>22</sup> cuius (us compend.) Q cum p L P Par.b: corr. Lipsius || <sup>24</sup> Pla-  
 tanon amedius Q, sed medius corr. in mediis m. rec. || <sup>25</sup> abac-  
 cherusio sed prior c punct. Q, ab accher- L

euri modo diuidit, alendis piscibus, etiam si assidue exhauriatur, sufficiens. Sed illi, cum mare patet, parcitur: cum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen est commodissimum in villa, 7 quod Baias trans parietem habet: incommodis illarum caret, uoluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse noui; esse illam totius anni credo: occurrit enim Fauonio et illum adeo excipit, ut Bais neget. Non stulte uidetur elegisse hunc locum Vatia, in quem otium suum pigrum 10 iam et senile conferret. Sed non multum ad tranquilitatem locus confert: animus est, qui sibi commendet omnia. Vidi ego in villa hilari et amoena maestos, uidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes ideo parum bene conpositum esse te, 15 quod in Campania non es. Quare autem non es? hoc usque cogitationes tuas mitte. Conuersari cum amicis 9 absentibus licet, et quidem quotiens uelis, quamdiu uelis: magis hac uoluptate, quae maxima est, fruimur, dum absumus. Praesentia enim nos delicatos facit, et 20 quia aliquando una loquimur, ambulamus, consedimus, cum diducti sumus, nihil de his, quos modo uidimus, cogitamus. Et ideo aequo animo ferre debemus absentiā, quia nemo non multum etiam praesentibus abest. Pone hic primum noctes separatas, deinde occupationes 25 utriusque diuersas, deinde studia secreta, suburbanas profectiones: uidebis non multum esse, quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidens est: hic au- 10 tem numquam abest; quemcumque uult, cotidie uidet.

2 sed illiricum *Q L* | pascitur *Q L* || 7 illā *Q cum rell. codd.*: illas  
*ed. Mentel.*, villam *Muretus* *aliī* || 9 elegisse *Q recte*, egisse *L* |  
*uatia Q L V Par. b recte* || 12 ergo *Q L* | mēstos *Q* || 13 occupatis  
*sed s super add. m. rec. Q*, occupati *L* || 14 cōpos- *Q* || 17 quoties  
*Q pr. cum L* || 19 assumus *Q* | Pres- *Q* || 20 quialiquando *Q*  
 || 21 dehis *Q Par. b*, de his *L V*, de iis *Hause et Hense* *ex p ubi*  
*altera i est supra scr.*, de is *Hense* *ex P ubi* deis || 23 p̄sent- *Q*  
 || 25 utiq; *Q* || 27 animo *ex ammo Q* || 28 quemcumq; *ex quemq; Q*

Itaque mecum stude, mecum cena, mecum ambula : in angusto uiuebamus, si quicquam esset cogitationibus clusum. Video te, mi Lucili ; cum maxime audio : adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiām non epistulas, sed codicellos tibi scribere. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**p. LVI. 1 **P**eream, si est tam necessarium quam uidetur silentium in studia seposito. Ecce undique me uarius clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera uocum, quae in odium possunt 10 aures adducere : cum fortiores exercentur et manus plumbo graues iactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas respiraciones ; cum in aliquem inertem et hac plebeia unctione contentum incidi, 15 audio crepitum inlisae manus umeris, quae prout plana fol. 51 peruenit || aut concava, ita sonum mutat. Si uero pilicrepus 2 superuenit et numerare coepit pilas, actum est. Adice nunc scordalum et furem deprehensum et illum, cui uox sua in balineo placet: adice nunc eos, qui in piscinam cum 20 ingenti impulsae aquae sono saliunt. Praeter istos, quorum, si nihil aliud, rectae uoces sunt, alipilum cogita te-

<sup>1</sup> caena Q || <sup>2</sup> sic sed c punct. Q, sic Par.b || <sup>4</sup> eptas Q || <sup>5</sup> codicellos Q p L V P Par.b, probavit Hense quem sequor: codicillos vulg.

<sup>7</sup> Per eam Q || <sup>13</sup> quoties Q pr. cum L || <sup>14</sup> aceruissimas sed u in b corr. Q V, aceru- p L P || <sup>15</sup> conuentum Q || <sup>16</sup> inlis ae ex inillis ae Q | humerisq; Q || <sup>17</sup> sonum ex somnum radendo Q | pilicrepus Q pr., pilicrepitus Q<sup>2</sup> || <sup>18</sup> superuenit enumerare Q || <sup>19</sup> sordalum Q p L P Par.b | deprehensum Q cum L, deprehensum Hense ex P corr. || <sup>20</sup> balineo sed i punct. Q V || <sup>21</sup> impulse Q pr., impulsu perperam corr. m. rec. | aquae Q cum vulg., atque L | sonos sed s punct. Q || <sup>22</sup> recte Q | cogitate nuam Q, cogita tenuam L

nuem et stridulam uocem, quo sit notabilior, subinde experientem nec umquam tacentem, nisi dum uellit alas et alium pro se clamare cogit: iam biberari uarias exclamations et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem sua quadam et insignita modulatione uidentis. « O te, inquis, ferreum aut surdum, 3 cui mens inter tot clamores tam uarios, tam dissonos constat, cum Chrysippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem. » At mehercules ego istum fremitum 10 non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae, quamuis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi uidetur uox auocare quam crepitus: 4 illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac 15 uerberat. In his, quae me sine auocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono et fabrum inquilinum et serrarium uicinum, aut hunc, qui ad Metam Sudantem tubulas experitur et tibias, nec cantat, sed exclamat: etiamnunc molestior est mihi sonus, qui intermittitur 20 subinde quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia 5 ista duraui, ut audire uel pausarium possim uoce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse nec auocari ad externa: omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se 25 non rixentur cupiditas et timor, dum auaritia luxuriaque

---

<sup>2</sup> uelit *ex* uelit *Q<sup>2</sup>* *L<sup>2</sup>* || <sup>3</sup> biberari *Q p L V M* (*scil.* eius qui potionies, biberes vendit), liberarii *P Par.b*, libarii *vulg.* *ex emendatione Caelii Rhodigini.* *Librorum scripturam* *recepit Hense<sup>2</sup>* (*cf. Thes. l. l. vol. II, p. 1954,70 ss.*) || <sup>4</sup> *ex clustulariū* (*pro et crust-*) *Q cum p L V* || <sup>5</sup> *sua Q cum L V P Par.b* || <sup>8</sup> *crhysippum Q p:* *Crispum coni.* *Lipsius* | *uestrum compend.* *Q cum p L V P Par.b* | *ass- sic Q L Par.b* || <sup>9</sup> *Admehercules Q cum p,* *ad etiam P pr. Par.b* || <sup>11</sup> *audiā ex audaciā radendo Q* || <sup>14</sup> *hac Q* || <sup>16</sup> *essedas (corr. ex esse das) Q cum vulg.: raedas Buecheler ex p ubi eredas* || <sup>17</sup> *serarium Q pr. cum L,* *ferarium corr. m. rec.* || <sup>18</sup> *tabulas Q cum rell. codd.: corr. Gruterus* || <sup>20</sup> *quam ex quam Q* || <sup>21</sup> *pausarium Q pr., sed perperam corr. in pausarium m. rec.* | *acerb- sed b ex u Q V* || <sup>24</sup> *foras Q L*

non dissideant nec altera alteram uexet. Nam quid prodest  
 6 totius regionis silentium, si affectus fremunt? « Omnia  
 noctis erant placida composta quiete. » Falsum est: nulla  
 placida est quies, nisi quam ratio composuit: nox exhi-  
 bет molestiam, non tollit, et sollicitudines mutat. Nam  
 5 dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt quam  
 dies: illa tranquillitas uera est, in quam bona mens ex-  
 7 plicatur. Aspice illum, cui somnus laxae domus silentio  
 quaeritur, cuius aures ne quis agitet sonus, omnis ser-  
 uorum turba conticuit et suspensum accendentium pro-  
 prius uestigium ponitur: huc nempe uersatur atque illuc,  
 10 somnum inter aegritudines leuem captans: quae non  
 8 audit, audisse se queritur. Quid in causa putas esse? Ani-  
 mus illi obstrepit: hic placandus est, huius conpescenda  
 seditio est, quem non est quod existimes placidum, si  
 fol. 51<sup>v</sup> iacet corpus. Interdum quies inquieta est: et ideo ad  
 rerum actus excitandi ac tractatione bonarum artium oc-  
 cupandi sumus, quotiens nos male habet inertia sui in-  
 9 patiens. Magni imperatores, cum male parere militem  
 uident, aliquo labore compescunt et expeditionibus deti-  
 nent: numquam uacat lasciuire districtis nihilque tam  
 certum est quam otii uitia negotio discuti. Saepe uidemur  
 taedio rerum ciuilium et infelicitis atque ingratae stationis  
 paenitentia secessisse: tamen in illa latebra, in quam nos  
 timor ac lassitudo coniecit, interdum recrudescit ambitio.  
 20 Non enim excisa desiit, sed fatigata aut etiam obirata

<sup>2</sup> aff- sic *Q Par.b* || <sup>3</sup> tacita *Q p L V*, placida *P Par.b* quam  
*scripturam cum seqq.* nulla placida est quies apius congruentem  
*confirmat etiam Sen. rhet. Controv. VII 16,27 ubi idem Varronis*  
*Atacini versus affertur* || <sup>4</sup> nisi *supra vers. Q L* | quā *Q cum rell.*  
*codd.*: qua *Hense ex emendatione Gemollii* | comp- sic *Q Par.b* |  
*Nec exhibet Q* || <sup>5</sup> Non *Q, n L*, nam *p V P Par.b* || <sup>8</sup> somnum  
*Q L* | laxe *Q* || <sup>10</sup>s. propitius (*sed ti punct. Q*) *Q L* || <sup>12</sup> egr- *Q*  
 || <sup>13</sup> quaer- *Q* | putat *sed s supra t posteriorum Q<sup>1</sup>* || <sup>15</sup> se-  
*dicio Q V* | Quā *Q* || <sup>18</sup> quoties *Q pr. cum L* || <sup>20</sup> comp- sic *Q*  
*L P* || <sup>21</sup> tam *supra vers. Q<sup>1</sup>* || <sup>22</sup> negocio *Q* || <sup>23</sup> ted- *Q* | in-  
*grate Q* || <sup>24</sup> inquā *Q*, in qua *L* || <sup>25</sup> lascit- *Q* || <sup>26</sup> desiit *Q L*,  
*desit Hense<sup>2</sup>* | obirata *Q V et pr. L*, abiecta *Par.b et complures edd.*

rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico, quae <sup>10</sup>  
uidetur aliquando cessisse, deinde frugalitatem professos  
sollicitat atque in media parsimonia uoluptates non dam-  
natas, sed relictas petit, et quidem eo uehementius, quo  
<sup>5</sup> occultius. Omnia enim uitia in aperto leniora sunt : morbi  
quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erum-  
punt ac uim suam proferunt. Et auaritiam itaque et am-  
bitionem et cetera mala mentis humanae tunc pernicio-  
sissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. Otiosi <sup>11</sup>  
<sup>10</sup> uidemur, et non sumus. Nam si bona fide sumus, si recep-  
tui cecimus, si speciosa contempsimus, ut paulo ante  
dicebam, nulla res nos auocabit, nullus hominum auium-  
que concentus interruppet cogitationes bonas, solidasque  
iam et certas. Leue illud ingenium est nec sese adhuc re- <sup>12</sup>  
<sup>15</sup> duxit introrsus, quod ad uocem et accidentia erigitur. Habet  
intus aliiquid sollicitudinis et habet aliiquid concepti pa-  
uoris, quod illum curiosum facit, ut ait Vergilius noster :  
« et me quem dudum non ulla iniecta mouebant | tela neque  
aduerso glomerati ex agmine Grai, | nunc omnes terrent  
aura, sonus excitat omnis | suspensum et pariter comi-  
tique onerique timentem. » Prior ille sapiens est, quem <sup>13</sup>  
non tela uibrantia, non arietata inter se arma agminis  
densi, non urbis impulsae fragor territat: hic alter im-  
peritus est, rebus suis timet ad omnem crepitum ex-  
<sup>20</sup> pauescens, quem una quaelibet uox pro fremitu accepta  
deicit, quem motus leuissimi exanimant : timidum illum

<sup>1</sup> idē ex idest Q || 2 frugil- sed a supra i Q<sup>t</sup> || 11 contemsi-  
mus Q. contemps- V P Par.b et corr. L, contemnimus Haase et  
Hense ex p || 13 contemptus Q p et pr. L || 15 introrsus Q cum  
vulg., introrsus p quae scriptura Hense dubitat an praeferenda  
sit || 16 et secl. P. Thomas, habet aliiquid om. Muretus, Schweig-  
haeuser, alii || 17 uirg. Q L V P Par.b || 21 oneriq; Q pr, hon- Q<sup>s</sup> || 22  
inter Q p L P Par.b: inter se Erasmus<sup>s</sup> || 23 impulse Q || imp-  
sic Q V || 24 rebus suis timet secl. P. Thomas | ad ônem ex adeo  
nempe corr. Q || 25 cum Q p L V Par.b, quem ex qum corr. m.  
rec. P: quom suspicatur Hense || 26 deiecit Q L V P Par.b, edd.  
ante Hensium

14 sarcinae faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris,  
multa trahentibus, multa portantibus, uidebis illum « com-  
mitique onerique timentem ». Tunc ergo te scito esse com-  
positum, cum ad te nullus clamor pertinebit, cum te nulla  
uox tibi excutiet, non si blandietur, non si minabitur, 5  
15 non si inani sono uana circumstrepit. « Quid ergo ? non ali-  
quando commodius est et carere conuicio ? » Fateor: itaque  
ego ex hoc loco migrabo. Experiri et exercere me uolui:  
quid necesse est diutius torqueri, cum tam facile reme-  
fol. 52<sup>r</sup> dium Vlices sociis etiam aduersus Sirenas inuenerit ? 10  
VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**p. LVII. <sup>1</sup> Cum a Bais deberem Neapolim repetere, facile cre-  
didi tempestatem esse, ne iterum nauem experirer :  
et tantum luti tota uia fuit, ut possim uideri nihilomi-  
nus nauigasse. Totum athletarum fatum mihi illo die  
perpetiendum fuit: a ceromate nos haphe exceptit in cryp-  
ta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faci-  
bus obscurius, quae nobis praestant non ut per tene-  
bras uideamus, sed ut ipsas. Ceterum etiam si lccus ha-  
beret lucem, puluis auferret, in aperto quoque res grauis  
et molesta : quid illic, ubi in se uolutatur et, cum sine  
ullo spiramento sit inclusus, in ipsos, a quibus excitatus  
est, recidit ? Duo' incommoda inter se contraria simul  
pertulimus : eadem uia, eodem die et luto et puluere la-  
3 borauimus. Aliquid tamen mihi illa obscuritas, quod co-

<sup>1</sup> faciant Q L P<sup>1</sup> Par.b V pr. p corr. | quemcumq; Q recte, quae-  
cumque L || 3s. comp- sic Q V P || 6 circum/strepit Q cum p  
L V P<sup>1</sup> Par.b || 7 conuictio Q p P Par.b, conuictio L || 10 syr-  
Q p L V P

<sup>13</sup> bais Q pr., bagis corr. m. rec. || 16 adletarū Q || 17 s. etcrypta  
Q pr., sed in scr. supra et punct. Q<sup>1</sup> || 19 prest- Q

gitarem, dedit : sensi quendam ictum animi et sine metu mutationem, quam insolitae rei nouitas simul ac foeditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine tolerabili, nedum a perfecto absum, sed de illo, 5 in quem fortuna ius perdidit : huius quoque ferietur animus, mutabitur color. Quaedam enim, mi Lucili, nulla 4 effugere uirtus potest : admonet illam natura mortalitatis suae. Itaque et uultum adducet ad tristia et inhorescet ad subita et caligabit, si uastam altitudinem in 10 crepidine eius constitutus despexerit : non est hoc timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes 5 quidam et paratissimi fundere suum sanguinem alienum uidere non possunt : quidam ad uulneris noui, quidam ad ueteris et purulenti tractationem inspectionemque succi- 15 dunt ac linquuntur animo ; alii gladium facilius recipiunt quam uident. Sensi ergo, ut dicebam, quandam 6 non quidem perturbationem, sed mutationem : rursus ad primum conspectum redditae lucis alacritas redit incogitata et iniussa. Illud deinde mecum loqui coepi, 20 quam inepte quaedam magis aut minus timeremus, cum omnium idem finis esset. Quid enim interest, utrum supra aliquem uigilarium ruat an mons ? nihil inuenies. Erunt tamen, qui hanc ruinam magis timeant, quamuis utraque mortifera aeque sit : adeo non effectus, sed 25 efficientia timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere, 7 qui existimant animam hominis magno pondere extriti permanere non posse et statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber ? Ego uero non facio : qui hoc dicunt, ui-

---

2 insolito *Q L* | fed- *Q L* || 7 amni- *Q* || 8 adtristitiā *Q cum L*  
*Par.b, corr. Gruterus* | horrescet *Q L* || 10 disp- *Q L P* || 11 affectio  
*Q Par.b* | rationi *Q pr.*, rationale *corr. m. rec.* || 14 inspectionem quae  
*Q pr.* || 18 redditae *Q* || 21 s. supraliquē *Q pr.* || 22 uigila//iū *Q*  
*pr.*, uigillariū *corr. ead. m.* : scribo uigilarium *cum Hensio*, cuius  
*vide adnotationem p. 176, 9* | aut *Q cum vett. codd.*, an 5 || 24 eque *Q*  
|| 25 dei stoicis sed i prima punct. *Q* || 26 pendere *Q* | extriti *Q pr.*,  
extriti *corr. m. rec.*, exterriti *Par.b*

8 dentur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest  
 obprimi, nam circa id diffugit, quo urgetur: quemad-  
 modum aer uerbere atque ictu non laeditur, nec scinditur  
 quidem, sed circa id, cui cessit, refunditur: sic animus,  
 tol. 52<sup>v</sup> qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest || nec 5  
 intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suae per ipsa,  
 quibus premitur, erumpit. Quomodo fulmini, etiam cum  
 latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est  
 reditus, sic animo, qui adhuc tenuior *est* igne, per omne  
 9 corpus fuga est. Itaque de illo quaerendum est, an possit 10  
 inmortalis esse. Hoc quidem certum habe: si superstes  
 est corpori, praeter illum nullo genere posse, propter quod  
 non perit, quoniam nulla inmortalitas cum exceptione  
 est nec quicquam noxium aeterno est. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

15

Ep. LVIII. 1 **Q**uanta uerborum nobis paupertas, immo egestas  
 sit, numquam magis quam hodierno die intellexi. Mille  
 res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae  
 nomina desiderarent nec haberent, quaedam uero, *quae*  
 cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem 20  
 2 ferat in egestate fastidium? Hunc quem Graeci oestron  
 uocant pecora peragentem et totis saltibus dissipantem,

1 Quem amm- *Q* || 2 obprimi *sic* *Q* *V* | diffugit (diffugit *Q*) *Q*  
*L* *V* *P* *Par.b* *O vulg.*, effugit *Haase* et *Hense* ex *p* | urgetur *sic*  
*Q* *L* *V* | Quemamm- *Q* || 3 led- *Q* | nec *sic* *Q* *L* et corr. *V* || 6 affligi  
*Q* cum *vulg.*: effligi *L* *P pr.*, *praetulit* *Hense* || 8 hac *Q* | fulgit  
 sed s *supra* g *Q* || 9 tenuior (*om. est*) *Q* || 10 quer- *Q* | possis  
 sed t *supra* extr. s *Q* || 11 quidem est *Q* *L* || 12 propter compend.  
*Q* cum *L* *P Par.b* et *pr. V*, proteri *Haupt*, opteri *Madvig*, praeteri  
*Buecheler* quem sequor (*cf. ep. 47.5* proptereo *pro praetereo Q*), alia  
 alii | nullo ex nullum *Q* | quod non perit *Q* cum *vulg.* || 13 qm *Q*

19 quae posse uero add. *Hense* ex conjectura Kochii et G. Gemollii:  
 num necessarium esset, dubitavit Buecheler, sed additamento omisso  
 oratio abruptior existit || 20 cum *Q* *p L P Par.b*, dum cum *V pr.*  
 et *O* unde dudum cum (*vel* cum d.) *Rossbach* || 21 grrecio estron *Q*

asylum nostri uocabant. Hoc Vergilio licet credas : « est lucum Silari iuxta illicibusque uirentem | plurimus Alburnum uolitans, cui nomen asilo | Romanum est, oestrum Grai uertere uocantes, | asper, acerba sonans, quo tota s exterrita siluis | diffugunt armenta. » Puto intellegi istud uerbum interisse. Ne te longe differam, quaedam simplificia in usu erant, sicut « cernere ferro inter se » dicebant. Idem Vergilius hoc probabit tibi: « ingentis genitos diuersis partibus orbis | inter se coiisse uiros et cernere ferro. » Quod 10 nunc decernere dicimus : simplicis illius uerbi usus amissus est. Dicebant antiqui « si iusso », id est iussero: hoc 4 nolo mihi credas, sed eidem Vergilio: « cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma. » Non id ago nunc hac dili- 5 gentia, ut ostendam, quantum tempus apud grammaticum 15 perdiderim, sed ut ex hoc intellegas, quantum apud Ennium et Accium uerborum situs occupauerit, cum apud hunc quoque, qui cotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint. « Quid sibi, inquis, ista praeparatio uult? quo spectat? » 6 Non celabo te: cupio, si fieri potest, propitiis auribus 20 tuis « essentiam » dicere; si minus, dicam et iratis. Ciceronem auctorem huius uerbi habeo, puto locupletem: si recentiorem quaeris, Fabianum, disertum et elegantem, orationis etiam ad nostrum fastidium nitidae. Quid enim

1 asylum Q p L || 2 lucum ex locum ead. m. Q, sed s supra m extr. scr. m. rec. unde lucus (cf. Verg. Georg. III 146 Est lucos Silari circa cet.) | illicibusq; Q cum L | Pluribus Q cum p L P Par.b et pr. V || 3 asylo Q V P Par.b L<sup>1</sup> || 4 grai Q sed r supra vers. | acerba sed b ex u m. rec. Q P, item corr. V || 5 intelligi Q p L Par.b || 7 dicebantur Q p L V P Par.b, dicebant ed. Mentel. || 9 coisse Q L V P, coisse Verg. Aen. XII 709 || 10 simplicis, extr. s supra vers. Q || 11 iusso ex iussio radendo Q | id ē ex idem m. rec. Q || 12 fidem Q p L V P Par.b: eidem coni. Haase, alias antea alii emendationes temptaverant: fortasse aut librorum scripturam immutare non oportet aut imperativam vocem fide fuisse suspicari licet || 15 intelligas Q || 16 actium Q p | sit Q pr. cum L || 17 quia Q L || 18 inquit sed s supra d Q<sup>1</sup> | ppar- Q | quos sed s punct. Q || 20 quid sentiam Q cum rell. codd.; corr. Muretus || 22 recenc- Q | diss- Q L || 23 nitide Q

fiet, mi Lucili? quomodo dicetur oīσία res necessaria,  
 natura continens fundamentum omnium? Rogo itaque  
 permittas mihi hoc uerbo uti. Nihilominus dabo ope-  
 ram, ut ius a te datum parcissime exerceam: fortasse  
 7 contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, 5  
 cum ecce hoc nullo modo Latine exprimere possim, prop-  
 ter quod linguae nostrae conuicium feci? Magis dam-  
 fol. 53<sup>r</sup> nabis angustias Romanas, || si scieris unam syllabam esse,  
 quam mutare non possum. Quae sit haec, quaeris? τὸ ὄν.  
 Duri tibi uideor ingenii: in medio positum, posse sic tran- 10  
 sferri, ut dicam « quod est ». Sed multum interesse uideo:  
 cogor uerbum pro uocabulo ponere: sed si ita necesse est,  
 8 ponam « quod est ». Sex modis hoc a Platone dici amicus  
 noster, homo eruditissimus, hodierno die dicebat: omnes  
 tibi exponam, si ante indicauero esse aliquid genus, esse 15  
 et speciem. Nunc autem primum illud genus quaerimus,  
 ex quo ceterae species suspensae sunt, a quo nascitur  
 omnis diuisio, quo uniuersa comprensa sunt. Inuenietur  
 autem, si coeperimus singula retro legere; sic enim perdu-  
 9 cemur ad primum. Homo species est, ut Aristoteles ait; 20  
 equus species est; canis species est. Ergo commune ali-  
 quod quaerendum est his omnibus uinculum, quod illa  
 complectatur et sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo  
 genus esse coepit horum omnium, quae modo rettuli, ho-  
 10 minis, equi, canis, animal. Sed sunt quaedam quae animam 25

I usia Q V P Par.b, sed idem vocabulum graecis litteris ite-  
 ravit in margine eadem, ut videtur, manus in Q || 2 naturā Q cum  
 L V P<sup>3</sup> || 4 adte Q L (ad te L) || 6 hic Q L, id vulg.: scribo hoc  
 (cf. § 20 hic idos Q L pro hoc i.) || 7 lingue Q | conuictum Q || 9  
 scit Q | to on Q V P Par.b, in marg. adscr. graece idem vocabu-  
 lum pr. m. Q || 10 positam Q cum rell. codd.: corr. Muretus || 14  
 dicebatur Q L: docebat coni. R. Volkmann || 16 quer. Q || 17 ce-  
 tere Q | suspense Q || 18 compressa sunt Q, in marg. adscr. at  
 comprensa ead. m. (alteram e addidit m. rec.) || 21 aequus Q, et  
 sic infra aequi | aliquid Q et pr. V || 23 compl. sic Q V | qui/dem  
 Q cum L, quid est p V P Par.b || 24 modo Q recte, om. L | retuli  
 Q p L Par.b || 25 animalis Q L<sup>2</sup> | sedquaedam quae Q cum

habent nec sunt animalia. Placet enim satis et arbustis animam inesse: itaque et uiuere illa et mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia et animalia in hac forma sunt et sata. Sed quaedam anima <sup>5</sup> carent, ut saxa: itaque erit aliquid animantibus antiquius, corpus scilicet. Hoc sic diuidam, ut dicam corpora omnia aut animantia esse aut inanima. Etiamnunc est aliquid superius quam corpus: dicimus enim quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia. Quid ergo erit, ex quo haec <sup>10</sup> ducantur? illud, cui nomen modo parum proprium inposuimus, «quod est». Sic enim in species secabitur, ut dicamus: «quod est» aut corporale est aut incorporale. Hoc ergo est genus primum et antiquissimum et, ut ita <sup>12</sup> dicam, generale; cetera genera quidem sunt, sed sp <sup>13</sup> cialia: tamquam homo genus est. Habet enim in se nationum species, Graecos, Romanos, Parthos; colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos. Catonem, Ciceronem, Lucretium. Ita qua multa continet, in genus cadit; qua sub alio est, in speciem. Illud genus «quod est» generale, <sup>20</sup> supra se nihil habet; initium rerum est; omnia sub illo sunt. Stoici uolunt superponere huic etiamnunc aliud <sup>14</sup> genus magis principale: de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum ponendi docuero, cum sit rerum omnia capax. «Quod est» in has <sup>15</sup> species diuido, ut sint corporalia aut incorporalia: nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? ut dicam: aut animantia sunt aut inanima. Rursus animantia quemadmo-

*p L V P Par.b*, sed sunt quaedam quae *vulg.*: quae *secl.* *Hense*<sup>8</sup> *ex nonnullis* <sup>5</sup> (*ubi* sed quaedam, *om.* sunt et quae), *sed veri similius* videtur *omissum esse* sunt *propter seq.* sunt <sup>12</sup> *2 anima* *Q vulg.*, *animum* *L* | *uiuere* *Q* *sed ui supra vers.* <sup>17</sup> *animalia* *Q pr.* *cum p L V P Par.b*, *animata m. rec.* *Q cum vulg.*: *animantia* *Hense ex uno* <sup>5</sup> | *aliqua Q L Par.b et pr. V P* <sup>18</sup> *qua in quia corr.* *Q V*, *et sic mox* <sup>20</sup> *diducantur Q p L V* <sup>16</sup> *gr̄cos Q* <sup>18</sup> *qua in quia corr.* *Q V*, *et sic mox* <sup>21</sup> *inicium Q* <sup>21</sup> *Sthoici ex Sthoici radendo Q* | *superponere Q sed re supra vers.* | *aliut Q pr. cum p* <sup>27</sup> *inanima sic Q p V P*, *inanimentia aut inanimata alii*

fol. 53<sup>v</sup> dum diuido? || ut dicam: quaedam animum habent, quae-  
dam tantum animam, aut sic: quaedam impetum habent,  
incedunt, transeunt, quaedam solo adfixa radicibus aluntur,  
crescent. Rursus animalia in quas species seco? aut mor-  
15 talia sunt aut inmortalia. Primum genus Stoicis quibusdam  
uidetur « quid »: quare uideatur, subiciam. « In rerum, in-  
quiunt, natura quaedam sunt, quaedam non sunt, et haec  
autem, quae non sunt, rerum natura complectitur, quae  
animo succurrunt, tamquam Centauri, Gigantes et quicquid  
aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam imagi em  
16 coepit, quamuis non habeat substantiam. » Nunc ad id,  
quod tibi promisi, reuertor, quomodo quaecumque sunt,  
in sex modos Plato partiatur. Primum illud « quod est » nec  
uisu nec tactu nec ullo sensu comprehenditur: cogitabile est.  
Quod generaliter est, tamquam homo generalis, sub oculis  
non uenit; sed specialis uenit, ut Cicero et Cato. Animal non  
uidetur: cogitatur. Videtur autem species eius, equus et  
17 canis. Secundum ex his, quae sunt, ponit Plato quod eminent  
et exsuperat omnia: hoc ait per excellentiam esse. Poeta  
communiter dicitur, — omnibus enim uersus facientibus  
hoc nomen est, — sed iam apud Graecos in unius notam  
cessit: Homerum intellegas, cum audieris poetam. Quid  
ergo hoc est? deus scilicet, maior ac potentior cunctis.  
18 Tertium genus est eorum, quae proprie sunt: innumerabili-  
lia haec sunt, sed extra nostrum posita conspectum.  
Quae sint, interrogas? Propria Platonis supellex est: ideas

2 imp- *Q L V P* || 4 et crescent *vulg.*: *secl. Haase*, ‘non recte. tria  
si fuerint verba, addatur decrescent, quod *Buecheler* placuit, nisi  
praestat quod mihi in mentem venit arescant’ *adn. Hense*<sup>a</sup> p. 180,25  
|| 7 naturam *Q* || 8 compl- *sic Q V* || 13 parciatur *Q* || 14 conphendit  
*Q* || 17 set (*vel sed*) *compend.* *ante* cogitatur *supra scr. m.*  
*rec.* *Q* | aequus sed a *erasa Q* || 19 ait *Q pr.*, agit *Q' L* | ut poeta  
*vulgo* *edd.* *ante* *Hensium*, ut *om.* *Q* || 21 grecos *Q* || 22 intelligas *Q*  
|| 23 homo (*pro hoc*) *Q*. *Dubito utrum Quiriniani scriptura ex prava*  
*compendii interpretatione orla sit an homo poetice pro iste scripserit*  
*Seneca* || 24 propriae *Q* || 26 Quaesint interrogas? *Q*: cf. *adn. ad*  
*quaeris?* *in ep. 2,6:* Quae sunt, interrogas? aut ‘Quae sunt?’ inter-  
rogas *edd.* *ante* *Hensium*, quae sint, interrogas. *Hense* | suppellex *Q*

uocat, ex quibus omnia, quaecumque uidemus, fiunt et ad quas cuncta formantur. Hae immortales, inmutables, inuiolabiles sunt. Quid sit idea, id est, quid Platonis esse uideatur, <sup>19</sup> audi: « idea est eorum, quae natura fiunt, exemplar aeternum. » Adiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat: uolo imaginem tuam facere. Exemplar picturae te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat: ita illa, quae me docet *et* instruit facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura, hominum, piscium, arborum, aī quae quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum locum habebit idos. Quid sit hoc <sup>20</sup> idos, adtendas oportet et Platonis inputes, non mihi, hanc rerum difficultatem: nulla est autem sine difficultate <sup>15</sup> subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar: ille cum reddere Vergilium coloribus uellet, ipsum intuebatur. Idea erat Vergilii facies, futuri operis exemplar: ex hac quod artifex trahit et operi suo imposuit, idos est. Quid <sup>21</sup> intersit, quaeris? Alterum exemplar est, alterum forma <sup>20</sup> ab exemplari sumpta et operi inposita: || alteram artifex fol. 54<sup>r</sup> imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: haec est idos. Habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex statuam figurauit: haec idea est. Etiam nunc si aliam desideras distinctionem, idos in opere est, <sup>25</sup> idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum, quae communiter sunt; <sup>22</sup> haec incipiunt ad nos pertinere; hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum, quae quasi sunt: tamquam inane, tamquam tempus. Quaecumque uidemus

---

<sup>2</sup> Hae *Q* cum *L V Par.b recte* || 3 idē *Q*, idem *L* || 4 eorumq; *Q pr.* || 5 definitio*n* *Q* | quod sed d *punct.* *Q*, quod *L* || 8 imp-*sic* *Q V P* | que*Q* || 9 et *om.* *Q L* || 11 atq; (*pro ad quae*) *Q* cum *L<sup>1</sup> Par.b* || 12 idos et sic *infra ubique Q*, sic etiam *Hense ex p L V P Par.b*: *graece vulg.* | hic *Q L* || 13 adt- *sic Q L O* || 14 sine *Q* sed ne *supra vers.* || 16 uirg- *ex uerg- Q V* || 18 imp- *sic Q* || 20 & operi inposita add. *in marg. inf.* *Q'* || 22 he*Q* || 23 intus *Q*

aut tangimus, Plato in illis non numerat, quae esse proprie  
putat: fluunt enim et in assidua deminutione atque adiec-  
tione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit  
iuuenis; nemo nostrum est idem mane, qui fuit pridie.  
Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quicquid uides, 5  
currit cum tempore: nihil ex his, quae uidemus, manet:  
 23 ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est,  
quod ait Heraclitus: « in idem flumen bis descendimus et  
non descendimus. » Manet enim idem fluminis nomen, aqua  
transmissa est. Hoc in amne manifestius. est quam in 10  
homine: sed nos quoque non minus uelox cursus pree-  
teruehit, et ideo admiror dementiam nostram, quod tan-  
topere amamus rem fugacissimam, *corpus*, timemusque,  
ne quando moriamur, cum omne momentum mors prioris  
habitus sit: uis tu non timere, ne semel fiat, quod cotidie 15  
 24 fit! De homine dixi, fluuida materia et caduca et omnibus  
obnoxia causis: mundus quoque, aeterna res et inuicta,  
mutatur nec idem manet. Quamuis enim omnia in se ha-  
beat, quae habuit, aliter habet quam habuit: ordinem  
 25 mutat. « Quid ista, inquis, mihi subtilitas proderit? » Si me 20  
interrogas, nihil: sed quemadmodum ille caelator oculos  
diu intentos ac fatigatos remittit atque auocat et, ut dici  
solet, pascit, sic nos animum aliquando debemus relaxare  
et quibusdam oblectamentis reficere. Sed ipsa oblecta-  
menta opera sint: ex his quoque, si obseruaueris, sumes, 25

1 propriae, a *erasa* *Q* || 2 s. adiectione *ex* deiect- *Q<sup>1</sup>* || 3 idem  
esse *Q* || 6 que *Q* | uidimus *Q*, uidemus *vulg.* | manet, t *supra vers.*  
*Q* || 8 ait *ex corr.* *Q<sup>1</sup>* | *eraclitus* *Q L P* | descendimus *Q*  
recte, *ex corr.* *V*, et sic mox || 10 inâne, *lineolam super addidit Q<sup>1</sup>*  
| *manifestius* *Q* || 11 currus *Q L* | pteruehit *Q* || 12 ammiror *Q*.  
admiror *L* || 13 refugacissimam (*pro rem f.*) *Q* | *corpus om.* *Q* |  
timemus quae *Q* || 15 non ante timere recte omisisse nonnullos ε  
et vett. *edd.* *Gemoll opinatur*: sed vis tu cum infinitivo est formula  
hortantis, iubentis usitata || 16 fluuida sic *Q* cum plerisque coda. ||  
19 que *ex* quod *Q<sup>2</sup>* | alter *Q* || 20 isti sed a supra i extr. punct.  
*Q<sup>1</sup>* | mihi inquis (inquis corr. ex inquit) *Q* || 21 quemamm- *Q* ||  
25 his *Q L V Par.b*, hiis aut is *alii*

quod possit fieri salutare. Hoc ego, Lucili, facere soleo: ex 26  
 omni notione, etiam si a philosophia longissime auersa est,  
 eruere aliquid conor et utile efficere. Quid istis, quae modo  
 tractauimus, remotius a reformatione morum? quomodo  
 5 meliorem me facere ideae Platonicae possunt? quid ex istis  
 traham, quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipsum,  
 quod omnia ista, quae sensibus seruiunt, quae nos accendunt  
 et irritant, negat Plato ex his esse, quae uere sint. Ergo 27  
 ista imaginaria sunt et ad tempus aliquam faciem ferunt,  
 10 nihil horum || stabile nec solidum est: et nos tamen cupimus, fol. 54<sup>v</sup>  
 tamquam aut semper futura aut semper habituri. Inbecilli  
 fluuidique inter uana constitimus: ad illa mittamus ani-  
 mum, quae aeterna sunt. Miremur in sublimi uolitantes  
 rerum omnium formas deumque inter illa uersantem et  
 15 hoc prouidentem, quemadmodum quae inmortalia facere  
 non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte ac  
 ratione uitium corporis uincat. Manent enim cuncta, non 28  
 quia aeterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis:  
 inmortalia tutore non egerent. Haec conseruat artifex  
 20 fragilitatem materiae ui sua uincens. Contemnamus omnia,  
 quae adeo pretiosa non sunt, ut an sint omniō, dubium  
 sit. Illud simul cogitemus, si mundum ipsum, non minus 29  
 mortalem quam nos sumus, prouidentia periculis eximit,  
 posse aliquatenus nostra quoque prouidentia longiorem  
 25 prorogari huic corpusculo moram, si uoluptates, quibus

---

2 natione *Q p L Par.b* (*scil. secta Gruterus*), ratione corr. *V.*  
 oratione 5, vacatione *Erasmus*, tractatione *Muretus*: notione *coni.*  
*de Ian.*, quam emendationem confirmari codice *P* (*ubi* notione  
*corr. radendo ex nat-*) testatur *Hense*<sup>2</sup> in *adn. p. 184.2 | phyl-* *Q*  
 || 3 quodmodo *Q*, quod modo *L V Pcr.b*, quae modo 5 || 4 re-  
 motis *Q cum rell. codd.: corr. Madvig* || 5 s. existis trahā *Q* ex  
 existimestrahā *ut videtur* || 6 compr- *sic Q L* || 8 irr- *sic Q Par.b*  
*L*<sup>2</sup> | negat, t *supra vers. Q | uere ex uere Q*<sup>2</sup> || 12 fluuidiqui *Q* | inter  
 ualla constituimus *Q p Par.b*, interualla *aut* per interualla *alii*:  
 per intervalla consistimus *Muretus*, inter talia consistimus *Madvig*,  
 inter vana constitimus *Hense ex emendatione Gertzii* || 15 quemamm-  
*Q* | quae *supra vers. Q* || 20 uincens, n *supra vers. Q* | *Contempn-* *Q*  
 || 21 adō *Q pr.* || 25 uoluptatis *Q et pr. L*

30 pars maior perit, potuerimus regere et coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentia protulit. Erat quidem corpus ualidum ac forte sortitus et illi nomen latitudo pectoris fecerat, sed nauigationes ac pericula multum detraxerant uiribus: parsimonia tamen et eorum, quae 5  
 31 auditatem euocant, modus et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit et annum unum atque octogesimum impleuit sine ulla deductione. Ideo magi, 10 qui forte Athenis erant, inmolauerunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem nouem nouies multiplicata conponunt: non dubito quin paratus esset paucos dies 32 ex ista summa et sacrificium remittere. Potest frugalitas 15 producere senectutem, quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem. Iucundum est secum esse quam diutissime, cum quis se dignum, quo frueretur, effect: itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema et finem non opperiri, sed manu facere. 20 Prope est a timente, qui fatum segnis exspectat, sicut ille ultra modum deditus uino est, qui amphoram exsiccat 33 et faecem quoque exsorbet. De hoc tamen quaeremus, pars summa uitiae utrum [ea] faex sit an liquidissimum

---

i periit *Q p L V P Par.b* || 3 hac sed h punct. *Q* || 10 octoges- sic *Q L Par.b* | impl- sic *Q L V P* || 12 fortis *Q* | huma- naerrati *Q L* (humana err- *L*) | consumasset et *Q L* || 14 parat ausisset *Q L* et similiter, ut Hense testatur, parat auset *p*, parata (in fine vers.) xusset ut videtur *V*, parat.... et (4 litt. erasae, quarum prima a) *P*, parat ausisset (parat in fine pag.) *Par.b*. Vulgatam scripturam paratus esset exhibet *O*, quam iure probat Rossbach (subaudi si ei diutius vivere licuisset): paratus et *Haupt*, par laus sit *Buecheler*. Incertus autem sum an fuerit non dubito quin paratus tu sis et cet. (paratus sis et iam Madvig) || 16 pducere *Q pr.* | tuto *Q p L* et *pr. V P* || 17 Ioc- *Q*, *L pr. alii* || 20 opperiri *Q V L* recte || 21 exsp- sic *Q p L* || 22 ampho/rem *Q pr.* cum *L*, amphoram corv. m. rec. | exsiccat sic *Q L V Par.b* || 23 exsorbet sic *Q L* et ex corr. *P* || 24 ea scel. Hense<sup>2</sup> praeente Haasio | haec *Q* cum plerisque codd., faex nonnulli 5

ac purissimum quiddam, si modo mens sine iniuria est et integri sensus animum iuuant nec defectum et praemortuum corpus est: plurimum enim refert, uitam aliquis extendat an mortem. At si inutile ministeriis corpus <sup>34</sup> est, quidni oporteat educere animum laborantem? et <sup>fol. 55<sup>r</sup></sup> fortasse paulo ante quam debet, faciendum est, ne cum fieri debebit, facere non possis: et cum maius periculum sit male uiuendi quam cito moriendi, stultus est, qui non exigua temporis mercede magnae rei aleam redimit. Paucos <sup>10</sup> longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit, multis iners uita sine usu sui iacuit: quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex uita perdidisse quam ius finienda? Noli me inuitus audire, tamquam ad te iam pertineat ista <sup>35</sup> sententia, et quid dicam aestima: non relinquam senectutem, si me totum mihi reseruabit, totum autem ab illa parte meliore; at si cooperit concutere mentem, si partes eius conuellere, si mihi non uitam reliquerit, sed animam, prosiliam ex aedificio putri ac ruenti. Morbum morte non <sup>36</sup> fugiam, dumtaxat sanabilem nec officentem animo. Non <sup>20</sup> afferam mihi manus propter dolorem: sic mori uinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne, propter quod uiuitur. Inbecillus est et ignauus, qui propter dolorem moritur, stultus, qui doloris <sup>25</sup> causa uiuit. Sèd in longum exeo: est praeterea materia, <sup>37</sup>

2 s. p̄mort- Q || 7 particulū Q pr. || 9 magne Q | aliā Q cum p L || 11 uita Q cum vulg., expungit Io. Mueller | Quanto Q cum vulg.: quanto (vel quoto cuiq.) coni. Hense | crudelius Q cum rell. codd.: levius Madvig, utilius Gertz. Librorum vero scriptura ad sententiam quadrare videtur quae est 'quanto deinde crudelius iudicas vitae finem imponere ante tempus quam remittere ius finienda vitae, idest quam vitam quamvis vexatam et inutiliter paulisper provocare?' || 12 quāius Q, quamius p, quam ius Madvig: quamuis L V P Par.b, quam vim Io. Mueller | finienda Q recte || 13 iste Q pr. || 15 reseruabit vulg., seruabit Q, fort. rectius || 18 exaedificatio corr. ex etaedificatio m. rec. Q || 20 aff- sic Q Par.b || 22 imped- sic Q || 25 pret- Q

quae ducere diem possit: et quomodo finem inponere uitae poterit, qui epistulae non potest? Vale ergo: quod libentius quam mortes meras lecturus es. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. LIX. 1 **M**agnam ex epistula tua percepi uoluptatem: per-  
mitte enim mihi uti uerbis publicis nec illa ad significatio-  
nem Stoicam reuoca. Vitium esse uoluptatem credimus.  
Sit sane: ponere tamen illam solemus ad demonstrandam  
2 animi hilarem affectionem. Scio, inquam, et uoluptatem,  
si ad nostrum album uerba dirigimus, rem infamem esse ,  
et gaudium nisi sapienti non contingere: est enim animi  
elatio suis bonis uerisque fidentis. Vulgo tamen sic lo-  
quimur, ut dicamus magnum gaudium nos ex illius con-  
sulatu aut nuptiis aut ex partu uxoris percepisse, quae  
adeo non sunt gaudia, ut saepe initia futurae tristitiae ,  
sint: gaudio autem iunctum est non desinere nec in con-  
3 trarium uerti. Itaque cum dicit Vergilius noster « et mala  
mentis | gaudia », diserte quidem dicit, sed parum proprie:  
nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen  
inposuit et quod uoluit expressit: significauit enim homi- ,  
4 nes malo suo laetos. Tamen ego non inmerito dixeram  
cepisse me magnam ex epistula tua uoluptatem: quamuis

1 inponere ex -rit ead. m. Q || 2 uitę Q | ep̄lae Q || 3 mortis  
moras Q L<sup>2</sup> Par.b (moras ex corr. Par.b) complures s, probaverunt  
Gronovius et alii: mortis timores coni. Guil. Gemoll, adn. cr. in  
L. A. Sen. epp. mor., p. 12. Recipio cum Hensio mortes meras ex  
p V et pr. L, quamquam et mortis moras probabilem sententiam  
exhibit

5 ep̄la Q || 8 demonstrandum Q L || 9 aff- sic Q Par.b L<sup>2</sup>  
|| 10 nostram Q P et pr. p | aluum Q p L V P: corr. R. Agricola |  
dirig- sic Q cum rrell. codd., derig- Hense || 13 s. consolatu sed u  
supra alt. o Q || 14 aut ex nuptiis Q L V P Par.b, ex om. p | pre-  
cipisse Q pr. || 15 sepe Q | inicia Q | future Q | tristiae Q pr. || 18  
propriae Q pr. || 22 coepisse Q L P | ep̄la Q et sic infra

enim ex honesta causa imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius inpotentem et in diuersum statim inclinaturum uoluptatem uoco, opinione falsi boni motam, inmoderatam et inmodicam. Sed ut ad propositum reuertar, ||  
 5 audi, quid me in epistula tua delectauerit: habes uerba fol. 55<sup>v</sup> in potestate, non effert te oratio nec longius quam destinasti trahit. Multi sunt, qui ad id, quod non proposuerant scribere, alicuius uerbi placentis decore uocentur, quod tibi non euenit: pressa sunt omnia et rei aptata,  
 10 loqueris quantum uis et plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est: apparet animum quoque nihil habere superuacui, nihil tumidi. Inuenio tamen 6 translationes uerborum ut non temerarias ita quae periculum sui fecerint; inuenio imagines, quibus si quis nos  
 15 uti uetat et poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi uidetur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio: illi, qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquentur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua  
 20 poetis, sed ut inbecillitatis nostrae adminicula sint, ut et dicentem et audientem in rem praesentem adducant. Sextum ecce cum maxime lego, uirum acrem, Graecis 7 uerbis, Romanis moribus philosophantem. Mouit me imago ab illo posita: ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis  
 25 ab omni parte suspectus est, pugnae paratum. « Idem, inquit, sapiens facere debet: omnes uirtutes suas undique expandat, ut ubicumque infesti aliquid oriatur, illic pa-

---

I homine ista *Q p L O Par.b*, nomine ista *aut* omne ista *aut* ista *aut* iusta *alii*: honesta *Lipsius*, non iniusta *vel* non inhon. *Rossbach* | imp- sic *Q L V* || 2 aff- sic *Q Par.b L<sup>2</sup>* || 6 nec *Q sed c supra* vers. || 8 auocentur coni. *Haase* || 12 tumidi *Q pr., -dū corr. m.* rec. || 13 itaq; *Q cum p L P Par.b* || 18 demonstrande *Q* | loquentur *idemque verbum post parabolis iteratum Q L* || 20 sunt *Q* | utet *Q*, ut et *p L*, et ut *alii*: set ut et *Hense dubitans* || 21 inre mihi presentem *sed m extr. punct. Q, similiter L* | adducantur *Q L* || 22 grec- *Q* || 23 phyl- *Q* || 25 pugne *Q* || 26 inquid *Q et pr. V* | om̄s *Q pr., super add. i (unde omnis) Q<sup>1</sup>, omnis p* || 27 expandit *Q*

rata praesidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant. » Quod in exercitibus his, quos imperatores magni ordinant, fieri uidemus, ut imperium ducis simul omnes copiae sentiant, sic dispositae, ut signum ab uno datum peditem simul equitemque percurrat: hoc aliquanto 5  
 8 magis necessarium esse nobis ait. Illi enim saepe hostem timuere sine causa, tutissimumque illis iter quod suspectissimum fuit: nihil stultitia pacatum habet. Tam superne illi metus est quam infra: utrumque trepidat latus. Secuntur pericula et occurunt: ad omnia pauet, imparata 10 est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem incursum munitus, intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interritus et contra illa ibit et inter illa.  
 9 Nos multa alligant, multa debilitant. Diu in istis uitiis 15 iacuimus, elui difficile est: non enim inquinati sumus, sed infecti. Ne ab alia imagine ad aliam transeamus, hoc quaeram, quod saepe mecum dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primo quia non fortiter illam repellimus nec toto ad salutem impetu nitimur, 20 deinde quia illa, quae a sapientibus uiris reperta sunt, non satis credimus nec apertis pectoribus haurimus leui-  
 10 terque tam magnae rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis, quantum satis sit, aduersus uitia discere,  
 fol 56r qui quantum a uitiis uacat, discit? || Nemo nostrum 25 in altum descendit; summa tantum decerpsimus et exiguum temporis impendisse philosophiae satis abundeque

---

1 pres- Q || 2 his sic Q L Par.b || 4 copie Q | sentiunt corr.  
 in sentient Q, sentient L | disposite Q || 5 equitemq; (ex aeq-)  
 qui Q || 6 sepe Q || 7 tutissimum quae Q || 8 pacatum Q L V  
 P recte || 10 imperata sed a supra e punct. ead. m. Q || 12 munitur  
 intentus Q L || 14 interritus Q sed r prior supra vers. || 15 debili-  
 tant ex deibitant, ut videtur, corr. ead. m. Q | uiciis Q ||  
 18 sepe Q | dispicio Q recte, despicio alii || 20 tota Q et pr. L  
 || 23 magne Q | Quem amm- Q || 27 impēdisse, lineolam supra e prio-  
 rem addidit Q, imped- p L Par.b et pr. V | phyl- Q | habundeq; Q

occupatis fuit. Illud praecipue impedit, quod cito nobis 11 placemus: si inuenimus, qui nos bonos uiros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Non sumus modica laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore 5 congescit, tamquam debitum prendimus. Optimos nos esse, sapientissimos adfirmantibus adsentimur, cum sciamus illos saepe multa mentiri; adeoque indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis 10 liberalissimum et in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India 12 uagaretur et gentes ne finitimiis quidem satis notas bello uastaret, in obsidione cuiusdam urbis, *dum* circumit muros 15 et inbecillissima moenium quaerit, sagitta ictus diu persedere et incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine sicci uulneris dolor cresceret et crus suspensum equo paulatim obtorpuisset, coactus absistere « omnes, inquit, iurant esse me Iouis filium, sed uulnus hoc hominem 20 esse me clamat. » Idem nos faciamus. Pro sua quemque 13 portione adulatio infatuat: dicamus: « uos quidem dicitis me prudentem esse, ego autem uideo, quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem. Ne hoc quidem intellego, quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, 25 quis potionis modus: quantum capiam, adhuc nescio. » Iam 14 docebo, quemadmodum intellegas te non esse sapientem.

---

i prec- *Q* || 3 agnosc- *Q L* || 4 adul- *Q L, pr. V P* || 5 pendimus *Q* || 7 sepe *Q* || 8 in nobis id *prop. Koch*, in eo *Guil. Gemoll* | tum *Q p L V Par.b* || 9 autdit *Q* | liberariss- *Q* || 10 etinebr- *Q*, et in ebr- *p L V P Par.b*, et *om. ed. Mentel*. *quam secuti sunt cum aliis tum Hense* | libidibus *Q* || 12 tam *Q p L* || 14 et, ut videtur, eras. ante in obs. *Q* | dum *om.* *Q p L V P<sup>1</sup> Par.b, supra scr. P<sup>2</sup>*: cuius *mavult Rossbach* || 15 inbecilliss- *Q* | persedere *Q L V<sup>1</sup>* recte || 18 aeq- *Q* | obtorp- *sic Q L vulg.*, optorp- *Hense* | coactus ex cumactus *corr. Q<sup>2</sup>* | absist- *sic Q L V P vulg.*, apsist- *Hense* || 20 ante Pro addunt cum vett. *edd.* || 21 adul- *ex adul- Q<sup>2</sup> V<sup>2</sup> P m. rec.* || 23 intelligo *Q* || 25 modius sed i punct. *Q* || 26 quemamm- *Q* | intelligas *Q*

Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris et placidus, inconcussus; cum diis ex pari uiuit. Nunc ipse te consule: si numquam maestus es, nulla spes animum tuum futuri expectatione sollicitat, si per dies noctesque par et aequalis animi tenor erecti et placentis sibi est, peruenisti ad 5 humani boni summam. Sed si appetis uoluptates et undique et omnes, scito tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis peruenire, sed erras, qui inter diuitias illuc uenturum esse te speras, inter honores, id est, gaudium inter sollicitudines quaeris. Ista, quae 10 sic petis tamquam datura laetitiam ac uoluptatem, causae 15 dolorum sunt. Omnes, inquam, illi tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnumque consequantur, ignorant: ille ex conuiuiis et luxuria, ille ex ambitione et circumfusa clientium turba, ille ex amica, alius ex studiorum libera- 15 lium uana ostentatione et nihil sanantibus litteris: omnes istos oblectamenta fallacia et breuia decipiunt, sicut ebrietas, quae unius horae hilarem insaniam longi temporis taedio pensat, sicut plausus et adclamationis se-  
 fol. 56<sup>v</sup> cundae fauor, qui magna sollicitudine et partus est || et 20  
 16 expiandus. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientiae effectum, gaudii aequalitatem. Talis est sapientis animus, qualis mundi super lunam: semper illic serenum est. Habes ergo et quare uelis sapiens esse, si numquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur nisi ex uirtutum conscientia: 25 non potest gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans.

---

2 diis Q L || 4 expect- sic Q V P Par.b || 5 erectis Q L ||  
 6 appetis sed prior p supra vers. Q || 8 qui Q cum rell. codd.,  
 excepto p ubi uix: coni. via Haase || 9 illud Q p L || 10 idem (pro  
 id est) Q P || 14 conuiuiis Q recte, conuiuis p L || circumfusam  
 Q pr. cum L, m extr. exp. m. rec. || 15 s. liberarium Q || 18 hore Q  
 || 19 s. secunde Q || 20 sollicitudinē Q || 23 mundi Q p L V P<sup>i</sup>: mundi  
 status Erasm.<sup>1</sup>, qualis facies mundi coni. Hense, q. mundi s. l.  
 natura Buecheler. An mundi habitus? | illic, c supra vers. Q || 24  
 ut Q p L V, et Haase; uellis Q p L | esse quia sinumquam Q L  
 V P<sup>i</sup> Par.b O (is pro si O): quia exp. Haase

« Quid ergo? inquis, stulti ac mali non gaudent? » Non 17  
 magis quam praedam nancti leones: cum fatigauerunt se  
 uino ac libidinibus, cum illos nox inter uitia defecit, cum  
 uoluptates angusto corpori ultra quam capiebat ingestae  
 5 suppurare coeperunt, tunc exclamat miseri Vergilianum  
 illum uersum: « namque ut supremam falsa inter gaudia  
 noctem | egerimus, nosti. » Omnem luxuriosi noctem inter 18  
 falsa gaudia et quidem tamquam supremam agunt: illud  
 gaudium, quod deos deorumque aemulos sequitur, non  
 10 interrupitur, non desinit: desineret, si sumptum esset  
 aliunde. Quia non est alieni muneris, ne arbitrii quidem  
 alieni est: quod non dedit fortuna, non eripit. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

*Q*ueror, litigo, irascor. Etiamnunc optas, quod tibi 1 Ep LX.  
 15 optauit nutrix tua aut paedagogus aut mater? nondum  
 intellegis, quantum mali optauerint? O quam inimica  
 nobis sunt uota nostrorum! eo quidem inimiciora quo  
 cessere felicius. Iam non admiror, si omnia nos a prima  
 pueritia mala secuntur: inter execrationes parentum creui-  
 20 mus. Exaudiant dii nostram quoque pro nobis uocem  
 gratuitam. Quousque poscemos aliquid deos ita quasi 2  
 nondum ipsi alere nos possimus? quamdiu sationibus  
 implebimus magnarum urbium campos? quamdiu nobis

1 inquistulti *Q* | hac *Q* || 2 p̄dam *Q* | nancti sic *Q* *L* *O* *pr.* *V* ||  
 3 alibi/dinibus *Q* || 4 ingeste *Q* || 7 luxuriosi ex luxur- *Q* || 8 qui-  
 dem *Q* *pr. recte*, sed a *supra* e punct. *Q* | suprema *Q* *L* || 9 em- *Q*  
 || 10 desinet *Q* *L* | si *supra* vers. *Q*

14 Quaeror *Q* *L* *V* *P* || 15 ped- *Q* || 16 quantumalii *Q* cum p*L*  
 | obtauerint *Q* || 19 si ante mala exp. *Q* | secuntur sic *Q* p*P* || 20 dii  
*Q* *L* *Par.b* | quoq;/nostram (nostram compend. *Q*) *Q* p*L* *V* *P* *Par.b*,  
 corr. Buecheler: quoque dii nostram *Erasmus*<sup>1</sup>, dii quandoque no-  
 stram *Muretus*, exaudiunt di quoque nostrorum p. n. vocem.  
 Gratuitum q. K. Niemeyer, Philol. LVIII 1899, p. 444 || 21 quasi  
 ita *Q* *L* *V* *P* *Par.b*, invertit Haase || 23 impleimus *Q* *L*

populus metet? quamdiu unius mensae instrumentum  
multa nauigia et quidem non ex uno mari subuehent?  
Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur; una silua  
elephantis pluribus sufficit: homo et terra et mari pasci-  
3 tur. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura aluum 5  
dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut uastissimo-  
rum edacissimorumque animalium auiditatem uinceremus?  
Minime: quantulum est enim, quod naturae datur? Paruo  
illa dimittitur: non fames nobis uentris nostri magno con-  
4 stat, sed ambitio. Hos itaque, ut ait Sallustius, «uentri 10  
oboedientes» animalium loco numeremus, non hominum,  
quosdam uero ne animalium quidem, sed mortuorum. Viuit  
is, qui multis usui est, uiuit is, qui se utitur; qui uero  
latitant et torpent, sic in domo sunt, quomodo in condi-  
tiuo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas: 15  
mortem suam antecesserunt. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

**D**esinamus quod uoluimus, uelle: ego certe id ago,  
Ep. LXI. 1 fol. 57<sup>r</sup> senex ne eadem uelim, quae puer uolui. In hoc unum eunt  
dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio, 20  
inponere ueteribus malis finem: id ago, ut mihi instar  
totius uitae dies sit. Nec mehercules tamquam ultimum  
rapio, sed sic illum aspicio, tamquam esse uel ultimus  
2 possit. Hoc animo tibi hanc epistulam scribo, tamquam  
me cum maxime scribentem mors euocatura sit: paratus 25

1 strumenta *Q* || 3 pascue *Q* | impl- *Q* *alii* || 4 s. et terra et mari  
pascitur *Q* *cum p* *L*, *sic etiam* *Hause* et *Hense*; et terra pascitur et  
mari *alii* *libb. mss. et edd.* || 5 insatiabile *ex -li* *Q* | nobis *supra*  
vers. *Q* || 6 et (*pro ut*) *Q* et *pr. L* || 7 aed- *Q*

18 ergo *Q p* et *pr. L* || 19 senex eadem uelle *Q* *cum vett. codd.*  
*et nonnullis* 5, senex ne eadem uelle uideat *alii* 5: senex ne eadem  
uelle *Hense ex Madvigii conjectura* (ne s. *Madvig*), senex: ea desii  
uelle *Schultess* || 23 uelultimo, ul *supra vers. Q<sup>1</sup>* || 24 eplam *Q*

exire sum et ideo fruar uita, quia quam diu futurum  
hoc sit, non nimis pendo. Ante senectutem curaui, ut  
bene uiuerem, in senectute, ut bene moriar: bene autem  
mori est libenter mori. Da operam, ne quid utinam inui- 3  
tus facias: quicquid necesse futurum est repugnanti, id  
uolenti necessitas non est. Ita dico: qui imperia libens  
excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod  
nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est, set qui  
inuitus facit. Itaque sic animum componamus, ut quicquid  
10 res exiget, id uelimus et in primis ut finem nostri sine  
tristitia cogitemus. Ante ad mortem quam ad uitam pre- 4  
parandi sumus. Satis instructa uita est, sed nos in instru-  
menta eius atudi sumus; deesse aliquid nobis uidetur et  
semper uidebitur: ut satis uixerimus, nec anni nec dies  
15 facient, sed animus. Vixi, Lucili carissime, quantum satis  
erat: mortem plenus expecto. VALE.

## SENECA LVCILIO. SVO SALVTEM.

**M**entiuntur, qui sibi obstare ad studia liberalia tur- 1 Ep. LXII.  
bam negotiorum uideri uolunt: simulant occupationes et  
20 augent et ipsi se occupant. Vaco, Lucili, uaco et ubi-  
cumque sum, ibi meus sum. Rebüs enim me non trado,

3 et punct. ante in sen. Q: asyndeton ad vim orationis confert ||  
4 deoperam sed a supra e priorem punct. Q || 5 s. est repugnan-  
tiuolenti Q cum L pr. similiter p et pr. V P Par.b: pro inuo-  
lenti coni. id volenti Haase, cui assentior (cf. mox ut quicquid res  
exiget, id uelimus): annuenti (innuenti M Wirceb.) Rossbach, [in]  
volenti Hense || 7 acerbissimam ex aceru- Q° V || 8 et Q p et  
pr. V, sed vulg., set Hense quem sequor || 9 comp- sic Q L P  
|| 10 inprimi/sui Q: in primis ut (ut ex corr.) L, sicut coni. Guil.  
Gemoll || 11 s. ppar- Q || 12 s. in instrumento Q L V et pr. p  
|| 15 faciente sed e exir. punct. Q, facient plerique codd. et vulg.,  
faciunt Haase et Hense ex p | kar- Q || 16 plenius Q L | exp- sic  
Q L P Par.b

18 liberalia ex -ria Q || 20 Vaco ex Voco Q' et sic mox

sed commodo, nec consector perdendi *temporis* causas:  
 et quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas tracto  
<sup>2</sup> et aliquid in animo salutare conuerso. Cum me amicis  
 dedi, non tamen mihi abduco nec cum illis moror, quibus  
 me tempus aliquod congregauit aut causa ex officio nata  
 ciui, sed cum optimo quoque sum: ad illos, in quocumque  
 loco, in quocumque saeculo fuerunt, animum meum mitto.  
<sup>5</sup>  
<sup>3</sup> Demetrium, uirorum optimum, mecum circumfero et re-  
 licitis conchyliatis cum illo seminudo loquor, illum ad-  
 miror. Quidni admirer? uidi nihil ei deesse. Contem-  
 nere aliquis omnia potest, omnia habere nemo potest:  
 breuissima ad diuitias per contemptum diuinarum uia  
 est. Demetrius autem noster sic uiuit, non tamquam  
 contempserit omnia, sed tamquam aliis habenda permi-  
 serit. VALE.

15

L. ANNAEI SENECAE AD LVCILIVM  
 LIB. VI EXPLICIT

---

<sup>1</sup> temporis om. Q L || 5 tempus aliquid Q L (ad supra scr.  
 ante al. L) || 6 ciui Q cum veti. codd., ciuili s vulg.: civis Haase  
 quoq; Q cum L P Par.b recte | At Q cum L pr. || 8 obt- Q  
 || 9 conchili- Q || 10 s. contempnere Q p P Par.b

INCIPIT EIVSDEM LIBER VII.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM. ||

**M**oleste fero decessisse Flaccum, amicum tuum, plus <sup>1</sup> Ep. LXIII.  
tamen aequo dolere te nolo. Illud, ut non doleas, uix au-<sup>fol. 57v</sup>  
<sup>5</sup> debo exigere: et esse melius scio. Sed cui ista firmitas  
animi continget nisi iam multum supra fortunam elato?  
illum quoque ista res uellicabit, sed tantum uellicabit.  
Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lacrimas, si non  
nimiae decucurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci  
<sup>10</sup> sint oculi amissso amico nec fluant: lacrimandum est, non  
plorandum. Duram tibi legem uideor ponere, cum poeta-<sup>2</sup>  
rum Graecorum maximus ius flendi dederit in unum dum-  
taxat diem, cum dixerit etiam Niobam de cibo cogi-  
tasse? Quaeris, unde sint lamentationes, unde inmodici  
<sup>15</sup> fletus? per lacrimas argumenta desiderii quaerimus et do-  
lorem non sequimur, sed ostendimus. Nemo tristis sibi est:  
o infelicem stultitiam! est aliqua et doloris ambitio.  
« Quid ergo? inquis, obliuiscar amici? » Breuem illi apud <sup>3</sup>  
te memoriam promittis, si cum dolore mansura est: iam  
<sup>20</sup> istam frontem ad risum quaelibet fortuita res transferet.  
Non differo in longius tempus, quo desiderium omne  
mulcetur, quo etiam acerrimi luctus residunt. Cum primum

---

Eadem libri inscriptio exstat in Q et L nisi quod ē AÑ.  
et LI. in Q, prope similis in p, om. et libri et epistulae inscr.  
in V P Par.b FELICITER post VII add. Q p L || 12 ius ex uis Q,  
uis L || 14 inmodici, ci supra vers. Q || 16 tristis ibi Q L || 20  
transferret sed r prior puncti. Q || 21 omnē sed lineola exp. Q

te obseruare desieris, imago ista tristitiae discedet: nunc  
 ipse custodis dolorem tuum; sed custodienti quoque elab-  
 4 bitur eoque citius, quo est acrior, desinit. Id agamus, ut  
 iucunda nobis amissorum fiat recordatio. Nemo libenter  
 ad id redit, quod non sine tormento cogitaturus est: sic 5  
 et illud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis morsu  
 amissorum, quos amauimus, nomen occurrat, sed hic quo-  
 5 que morsus habet suam uoluptatem. Nam, ut dicere so-  
 lebat Attalus noster, «sic amicorum defunctorum memoria  
 iucunda est, quomodo poma quaedam sunt suauiter 10  
 aspera, quomodo in uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo  
 delectat: cum uero interuenit spatium, omne, quod an-  
 6 gebat, extinguitur et pura ad nos uoluptas uenit.» Si illi  
 credimus, «amicos incolumes cogitare melle ac placenta  
 frui est: eorum, qui fuerunt, retractatio non sine acerbi-  
 tate quadam iuuat. Quis autem negauerit haec acria  
 quoque et habentia austерitatis aliquid stomachum exci-  
 7 tare?» Ego non idem sentio, mihi amicorum defunctorum  
 cogitatio dulcis ac blanda est: habui enim illos tamquam  
 amissurus, amisi tamquam habeam. Fac ergo, mi Lucili,  
 20 quod aequitatem tuam decet, desine beneficium fortunae  
 8 male interpretari: abstulit, sed dedit. Ideo amicis auide  
 fruamur, quia quamdui contingere hoc possit, incertum  
 est. Cogitemus, quam saepe illos reliquerimus in aliquam  
 fol. 58<sup>r</sup> peregrinationem || longinquam exituri, quam saepe eodem 25  
 morantes loco non uiderimus: intellegemus plus nos tem-  
 9 poris in uiuis perdidisse. Feras autem hos, qui neglegen-

---

1 tristitia Q L P || 3 ante acrior aliquid eras. Q || 4 ioc- Q L Par.b  
 || 5 s. Sicut Q cum p L et pr. V: sic et Hense || 6 etcumaliqua  
 Q cum L || 10 ioc- Q<sup>a</sup> L P Par.b || 13 Si ex Sed Q<sup>1</sup> || 14 incolomes  
 Q L V P Par.b<sup>1</sup> | melle ex mella Q<sup>a</sup>, contrarium in L | placentia  
 sed i punct. Q, contrarium in L || 15 retractio Q L | aceritate  
 Q L || 16 hac Q || 17 hauster- Q || 22 interptari Q || 24 sepe Q et  
 sic mox | relinquemus sed n exp. Q || 26 intelligimus Q L  
 Par.b

tissime amicos habent, miserrime lugent, nec amant quemquam, nisi perdidérunt? ideoque tunc effusius maerent, quia uerentur, ne dubium sit, an amauerint: sera indicia adfectus sui quaerunt. Si habemus alios amicos, male de 10  
 his et meremur et existimamus, qui parum ualent in  
 unius elati solacium: si non habemus, maiorem iniuriam  
 ipsi nobis fecimus quam a fortuna accepimus: illa unum  
 abstulit, nos, quemcumque non fecimus. Deinde ne unum 11  
 quidem nimis amauit, qui plus quam unum amare non  
 potuit. Si quis despoliatus amissa unica tunica conplorare  
 se malit quam circumspicere, quomodo frigus effugiat et  
 aliquid inueniat, quo tegat scapulas, nonne tibi uideatur  
 stultissimus? Quem amabas, extulisti: quaere, quem ames.  
 Satius est amicum reparare quam flere. Scio pertritum 12  
 iam hoc esse, quod adiecturus sum, non ideo tamen prae-  
 termittan, quia ab omnibus dictum est: finem dolendi  
 etiam qui consilio non fecerat, tempore inuenit. Turpis-  
 simum autem est in homine prudente remedium maeroris  
 lassitudo maerendi: malo relinquas dolorem quam ab illo  
 20 relinquaris, et quam primum id facere desiste, quod etiam  
 si uoles, diu facere non poteris. Annum feminis ad lugen- 13  
 dum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed  
 ne diutius: uiris nullum legitimum tempus est, quia  
 nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis  
 25 dabis uix retractis a rogo, uix a cadauere reuulsis, cui la-  
 crimae in totum mensem durauerint? Nulla res citius in  
 odium uenit quam dolor, qui recens consolatorem inuenit  
 et aliquos ad se adducit, inueteratus uero deridetur, nec

---

<sup>1</sup> habeant Q L V P Par.b: qui cum (*vel* quum) — habeant  
 edd. ante Fickerum || <sup>2</sup> nisi Q p L<sup>1</sup> V P Par.b Hense<sup>2</sup>, nisi cum  
<sup>5</sup> vulg., nisi si Buecheler || <sup>5</sup> his Q L Par.b et pr. V, iis aut hiis  
 alii || <sup>6</sup> solatium Q || <sup>10</sup> dispol- Q L | unaca sed i supra a priori  
 rem punct. Q | tonica Q pr. || <sup>13</sup> quem ex quam (*ante ames*)  
 Q || <sup>15</sup> esse ex est Q | p̄mittam ex prem- Q || <sup>18</sup> prudente sic Q  
 cum optimis codd. | meroris Q || <sup>21</sup> feminis Q || <sup>22</sup> legerent sed u  
 supra e priorem puncti. Q<sup>2</sup> || <sup>25</sup> uix et sed et punct. Q | lacrime Q

14 inmerito: aut enim simulatus aut stultus est. Haec tibi scribo is, qui Annaeum Serenum, carissimum mihi, tam inmodice fleui, ut, quod minime uelim, inter exempla sim eorum, quos dolor uicit. Hodie tamen factum meum damno et intellego maximam mihi causam sic lugendi 5 fuisse, quod numquam cogitaueram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat, minorem esse et multo minorem, tamquam ordinem fata seruarent. Itaque assidue cogitemus tam de nostra quam omnium, quos diligimus, mortalitate. Tunc ego debui dicere: « minor est Serenus 10 meus: quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest. » Quia non feci, inparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia et mortalia esse et incerta lege mortalia: hodie fieri potest, quicquid umquam 15 potest. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo per-  
 fol. 58<sup>v</sup> uenturos, || quo illum peruenisse maeremus. Et fortasse, si modo uera sapientium fama est recipitque nos locus aliquis, quem putamus perisse, praemissus est. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. LXIIII. i F uisti here nobiscum. Potes queri, si here tantum; ideo 20 adieci « nobiscum »: mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret, non hic, qui erumpere ex laitorum culinis et terrere uigiles so-  
 z let, sed hic modicus, qui hospites uenisse significet. Varius nobis fuit sermo, ut in conuiuo, nullam rem usque 25 ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens. Lectus

<sup>2</sup> quia anneum Q L | kar- Q || 4 tamen Q V P Par.b, tamem L, autem Haase et Hense ex p || 5 intelligo Q || 7 multo ex -tū ead. m. Q || 8 facta Q pr. cum p et pr. Par.b | ass- sic Q Par.b L<sup>2</sup> || 13 cogito Q cum vulg.: cogita Hense ex uno s || 15 kar- Q || 16 mer- Q || 18 pmissus ex pmissus ead. m. Q  
<sup>20</sup> heri Q L et corr. V, et sic mox | potest quaeri Q L V ||  
<sup>24</sup> uenisset sed t punct. Q

est deinde liber Quinti Sextii patris, magni, si quid mihi  
 credis, uiri et, licet neget, Stoici. Quantus in illo, di boni, 3  
 uigor est, quantum animi! Hoc non in omnibus philosophis  
 inuenies: quorundam scripta clarum habent tantum  
<sup>5</sup> nomen, exanguia sunt. Instituunt, disputant, cauillantur,  
 non faciunt animum, quia non habent: cum legeris  
 Sextium, dices: « uiuit, uiget, liber est, supra hominem est,  
 dimittit me plenum ingentis fiduciae. » In qua positione 4  
 mentis sim, cum hunc lego, fatebor tibi: libet omnis  
<sup>10</sup> casus prouocare, libet exclamare: « quid cessas, fortuna?  
 congredere: paratum uides. » Illius animum induo, qui  
 quaerit, ubi se experiatur, ubi uirtutem suam ostendat,  
 « spumantemque dari pecora inter inertia uotis | optat aprum  
 aut fuluum descendere monte leonem ». Libet aliquid ha- 5  
<sup>15</sup> bere, quod uincam, cuius patientia exercear. Nam hoc  
 quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet tibi  
 beatae uitae magnitudinem et desperationem eius non  
 faciet: scies esse illam in excelso, sed uolenti penetrabilem.  
 Hoc idem uirtus tibi ipsa praestabit, ut illam admireris et 6  
<sup>20</sup> tamen speres. Mihi certe multum auferre temporis solet  
 contemplatio ipsa sapientiae: non aliter illam intueor ob-  
 stupefactus quam ipsum interim mundum, quem saepe  
 tamquam spectator nouus uideo. Veneror itaque inuenta 7  
 sapientiae inuentoresque: adire tamquam multorum here-  
<sup>25</sup> ditatem iuuat. Mihi ista adquisita, mihi laborata sunt. Sed  
 agamus bonum patrem familiae, faciamus ampliora, quae  
 accepimus: maior ista hereditas a me ad posteros transeat.  
 Multum adhuc restat operis: multumque restabit, nec  
 ulli nato post mille saecula praecludetur occasio aliquid

---

<sup>1</sup> sexti Q L et corr. P || 3 s. phyl- Q || 4 habent tantū Q cum L  
 V P Par. b; habentium Hense<sup>a</sup> ex conjectura Bickelii || 5 cetera  
 ante exanguia vulg., om. Q p L || 6 animo Q pr. || 13 paterā (pro  
 pecora) Q L<sup>b</sup> | optat Q sed t extr. supra vers. || 14 montē sed li-  
 neola punct. Q || 15 exerceatur Q p L || 18 uolent Q || 19 prest- Q  
 | ammireris Q || 22 quem Q recte, quae sed a exp. L | sepe Q || 24  
 inuentores quae Q || 27 adme Q cum p L || 29 precl- ex procl- Q

8 adhuc adiciendi. Sed etiam si omnia a ueteribus inuenta sunt, hoc semper nouum illi erit, usus et inuentorum ab aliis scientia ac dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi: non opus est mihi alia  
 fol. 59<sup>r</sup> quaerere, sed haec tamen morbis et temporibus || ap- 5  
tanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuatur; hoc palpebrarum crassitudo tenuatur; hoc uis subita et humor auertitur; hoc acuetur uisus: teras ista oportet et eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis: quomodo autem admoueantur aut 10  
 9 quando, nostri operis est quaerere. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt: suspiciendi tamen sunt et ritu deorum colendi. Quidni ego magnorum uiorum et imagines habeam incitamenta animi et natales celebrem? quidni ego illos honoris causa semper ap- 15  
pellem? Quam uenerationem praeceptoribus meis debeo, eandem illis praeceptoribus generis humani, a quibus 10  
 10 tanti boni initia fluxerunt. Si consulem uidero aut prae-  
torem, omnia, quibus honor haberi honori solet, faciam:  
equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem utrumque et Laelium Sapientem et Socraten cum Platone et Zenonem Cleanthenque in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego uero illos ueneror et tantis nominibus semper adsurgo.  
 VALE.

25

---

2 nouum ille erit *Q* *L*, n. e. *vulg.*: scribo n. illi e. *quod esse rectum iam suspicatus est* *Hense* || 3 hac *Q* et *pr. L* || 7 uis subitaet-humor *Q* cum *L V<sup>1</sup> P Par.b* (umor *P Par.b*): uis sub. et tumor coni. *Cornelissen* || 8 istas sed s *extr. punct.* *Q* || 12 suscipiendo *Q* || 14 incitamente sed a *supra e extr. punct.* *Q* || 16 prec- *Q*, mox prec- || 17 eandem *Q* sed n *supra vers.* || 18 s pret- *Q* || 20 aequo *Q* | semitam *Q* *L*, fort. *recte* || 21 *lel-* *Q* || 22 et zenone *Q* *L V<sup>1</sup> P*: Zenona *Aem. Hermes* | cleantithen quae *Q* et *pr. L* || 23 sumam *Q*

## SENECA LYCILIO SVO SALVTEM.

H esternum diem diuisi cum mala ualitudine: ante- <sup>1</sup> Ep. LXV.  
meridianum illa sibi vindicauit, postmeridianum mihi cessit.  
Itaque lectione primum temptauit animum. Deinde cum  
<sup>5</sup> hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, immo permit-  
tere: aliquid scripsi et quidem intentius quam soleo, dum  
cum materia difficulti contendeo et uinci nolo, donec interue-  
nerunt amici, qui mihi uim afferent et tamquam aegrum  
intemperantem coercent. In locum stili sermo successit, <sup>2</sup>  
<sup>10</sup> ex quo eam partem ad te perferam, quae in lite est: te arbitrum addiximus. Plus negotii habes quam existimas:  
triplex causa est. Dicunt, ut scis, Stoici nostri duo esse in  
rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam et materiam.  
Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo  
<sup>15</sup> moueat: causa autem, id est ratio, materiam format, quo-  
cumque uult uersat et ex illa uaria opera producit. Esse  
ergo debet, unde fiat aliquid, deinde a quo fiat: hoc causa  
est, illud materia. Omnis ars naturae imitatio est: itaque <sup>3</sup>  
quod de uniuerso dicebam, ad haec transfer, quae ab  
<sup>20</sup> homine facienda sunt. Statua et materiam habuit, quae  
pateretur artificem, et artificem, qui materiae daret faciem:  
ergo in statua materia aes fuit, causa opifex. Eadem  
condicio rerum omnium est: ex eo constant, quod fit, et  
ex eo, quod facit. Stoicis placet unam causam esse, id, <sup>4</sup>  
<sup>25</sup> quod facit. Aristoteles putat causam tribus modis dici: ||  
« prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil fol. 59v

<sup>2</sup> diuisit sed t punct. Q | ualit- Q L P Par.b || 4 elatione Q  
|| 8 afferent Q || 9 coercerent ex cernerent ead. m. Q || 10 s. arbitrium  
sed e punct. Q || 14 s. sinemouea. Q pr., corr. in si ñ moueat Q<sup>1</sup>  
|| 15 et post format om. Q (exp. L), habet contra et ex post uersat  
(sic etiam L ex corr.), unde concinnior exsistit enuntiati struc-  
tura || 18 Omnis ex Omnes m. rec. Q || 21 qui, i in ras. Q | ma-  
teria, Q || 23 conditio Q | est om. Q L | constat Q L V P Par.b  
| sit ex (pro fit et ex) Q || 25 Arrest- Q || 26 inquit Q

potest effici: secunda opifex: tertia est forma, quae unicuique operi inponitur tamquam statuae »: nam hanc Aristoteles idos uocat. « Quarta quoque, inquit, his ac cedit, propositum totius operis. » Quid sit hoc, aperiam. Aes prima statuae causa est: numquam enim facta esset, nisi fuisset id, ex quo funderetur duceretur. Secunda causa artifex est: non potuisset enim aes illud in habitum statuae figurari, nisi accessissent peritae manus. Tertia causa est forma: neque enim statua ista doryphoros aut diadumenos uocaretur, nisi haec illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propositum: nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit: uel pecunia est *haec*, si uenditurus fabricauit, uel gloria, si laborauit in nomen, uel religio, si donum templo parauit. Ergo et haec causa est, propter quam fit: an non putas inter causas facti operis esse numerandum, quo remoto factum non esset? His quintam Plato adicit exemplar, quam ipse idean uocat: hoc est enim, ad quod respiciens artifex id, quod destinabat, effecit. Nihil autem ad rem pertinet, utrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos, an intus, quod *ibi* ipse concepit et posuit. Haec exemplaria rerum omnium deus intra se habet numerosque uniuersorum, quae agenda sunt, et modos mente complexus est: plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat, immortales, inmutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet, et hominibus laborantibus, intereun-

---

3 idos *Q* *rell.* *vett.* || 5 ex *Q* *pr.*, es *supra scr. m. rec.* || 8 perite *Q* || 9 s. doriph- *Q* *L* || 10 illi ex illa corr. *ead. m. Q* || 11 s. nā nisi hoc non fuisset *Q* || 12 quod est *Q* *rell.* *vett.* || 14 haec om. *Q* || 15 dono ex donū *ead. m. Q* | templū *Q* cum *L* || 18 quā ipse *Q* recte, ex corr. *V<sup>2</sup>* *L<sup>2</sup>* || 19 idaeān *Q* p *L V* | id quod *Q P* || 21 ad id quod sed id *punct.* *Q* || 22 ibi om. *Q*, *exp. L* || 24 modos, s *supra vers.* *Q* || 25 plenius *Q* | idaeas *Q L O V Par.b* || 28 laborantibus ex laborantemis corr. *ead. m. Q*

tibus illa nihil patitur. Quinque ergo causae sunt, ut Plato 8 dicit: id ex quo, id a quo, id in quo, id ad quod, id propter quod: nouissime id quod ex his est. Tamquam in statua, — quia de hac loqui coepimus, — id ex quo aes est, id a 5 quo artifex est, id in quo forma est, quae aptatur illi, id ad quod exemplar est, quod imitatur is, qui facit, id propter quod facientis propositum est, id quod ex istis est, ipsa statua *est*. Haec omnia mundus quoque, ut ait 9 Plato, habet: facientem, hic deus est: ex quo fit, haec 10 materia est: formam, haec est habitus et ordo mundi, quem uidemus: exemplar, scilicet ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit: propositum, *propter* quod fecit. Quaeris, quod sit propositum deo? bo- 15 nitas. Ita certe Plato ait: «quae deo faciendi mundum fuit causa? bonus est: bono nulla cuiusquam boni inuidia est: fecit itaque quam optimum potuit.» Fer ergo iudex sententiam et pronuntia, quis tibi || uideatur uerissimum fol. 60 dicere, non quis uerissimum dicat: id enim tam supra nos est quam ipsa ueritas.

Haec, quae ab Aristotele et Platone ponitur, turba 11 causarum aut nimium multa aut nimium pauca comprehen- dit. Nam si, quocumque remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant inter causas tempus: nihil sine tempore potest fieri. Po- 25 nant locum: si non fuerit, ubi fiat aliquid, ne fiet quidem. Ponant motum: nihil sine hoc nec fit nec perit; nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primam et 12 generalem quaerimus causam. Haec simplex esse debet: nam et materia simplex est. Quaerimus, quid sit causa?

---

8 statua (*om. est*) *Q L V P Par.b* || 11 silicet *Q* || 12 s. propter *om.* *Q* || 13 quod (*ante sit*) *ex quae corr. ead. m. Q* || 15 cuiusquam *ex cuiusq; corr. ead. m. Q* || 17 uerisimillimum *Q cum L V P Par.b.* uerissimum *Hense<sup>e</sup> ex p. praeceunte Buechelero* (*cf. etiam Hensit<sup>i</sup> praefationem, p. XXII*) || 18 si quis uerissimum dicere. non quis uerissimum dicat *Q cum L* || 20 que *Q* || 21 s. comprendit *sic Q p.* compr- *V P* || 23 ponent *Q L pr.* || 25 nec sed. c *punct. Q*

ratio scilicet faciens, id est deus: ista enim, quaecumque rettulisti, non sunt multae et singulae causae, sed ex una 13 pendent, ex ea, quae faciet. Formam dicis causam esse? hanc inponit artifex operi: pars causae est, non causa. Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum causae necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici, quomodo scalprum, quomodo lima: sine his procedere ars non 14 potest, non tamen hae partes artis aut causae sunt. « Propositum, inquit, artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est. » Vt sit causa, non est efficiens 10 causa, sed superueniens. Hae autem innumerabiles sunt: nos de causa generali quaerimus. Illud uero non pro solita 15 ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum et consummatum opus causam esse: multum enim interest inter opus et causam operis.

15 Aut fer sententiam aut, *quod* facilius in eiusmodi rebus est, nega tibi liquere et nos reuerti iube. « Quid te, inquis, delectat tempus inter ista conterere, quae tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt? » Ego quidem priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus, et me prius scrutor, deinde hunc mundum. Ne nunc quidem tempus, ut existimas, perdo: ista enim omnia, si non concidantur nec in hanc subtilitatem inutilem dis-

i. v. id est dens *ut interpolata expunxit Schweighaeuser, secundus est Fickert* | Ita Q cum V P Par.b || 2 retulisti (*prior s supra vers. Q*) Q L Par.b et corr. V: quae nunc retuli Erasmus<sup>1</sup>, quaecumque rettulerunt isti P. Hauck | cause Q || 9 inquit Q || 10 causae sed e punct. Q || 12 quer- Q | solita ex soluta radendo Q || 16 Aufer Q cum p L et pr. V | quod om. Q p L || 17 negat ibi Q || 18 conterrere Q || 19 ambigant sed m punct. Q, similiter L || 20 peiora Q L Par.b et pr. V P, priora V P ex corr. cum vulg. Variie emendarunt viri docti: peculiari (potiori Koch) cura coni. Madvig, ampliora Chatelain, superiora C. Brakmann, potiora vel ut potiora Hense. At vulgatam scripturam priora (scil. priore loco) recipio anaphorice mox revocatam per prius in altera enuntiati parte et — scrutor | ac Q pr., haec corr. Q<sup>a</sup> | pacatur Q L P Par.b, placatur aut pascatur alii || 22 nunc sic Q p L, tunc aut hunc aut hoc alii | ita Q L P Par.b

trahantur, attollunt et leuant animum, qui graui sarcina  
 pressus explicari cupit et reuerti ad illa, quorum fuit.  
 Nam corpus hoc animi pondus ac poena est: premente  
 illo urguetur, in uinculis est, nisi accessit philosophia et  
 5 illum respirare rerum naturae spectaculo iussit et a terre-  
 nis ad diuina dimisit. Haec libertas eius est, haec euagatio:  
 subducit interim se custodiae, in qua tenetur, et caelo  
 reficitur. Quemadmodum artifices [ex] alicuius rei subtilio- 17  
 ris, quae intentione oculos defatigat, si malignum habent  
 10 et precarium lumen, in publicum prodeunt et in aliqua  
 regione ad populi otium dedicata oculos libera luce de-  
 lectant: sic animus || in hoc tristi et obscurō domicilio fol. 60v  
 clusus, quotiens potest, apertum petit et in rerum naturae  
 contemplatione requiescit. Sapiens adseptatorque sapien- 18  
 15 tiae adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte  
 abest et cogitationes suas ad sublimia intendit. Velut sa-  
 cramento rogatus hoc, quod uiuit, stipendum putat: et  
 ita formatus est, ut illi nec amor uitiae nec odium sit,  
 patiturque mortalia, quamuis sciat ampliora superesse.  
 20 Interdicis mihi inspectionem rerum naturae, a toto ab- 19  
 ductum redigis in partem? Ego non quaeram, quae sint  
 initia uniuersorum? quis rerum formator? quis omnia in  
 uno mersa et materia inertis conuoluta discreuerit? Non  
 25 quaeram, quis sit istius artifex mundi? qua ratione tanta  
 magnitudo in legem et ordinem uenerit? quis sparsa col-  
 legerit, confusa distinxerit, in una deformitate iacentibus

---

2 praessus Q || 4 urguetur sic Q L V P | uinculis sic Q, item  
 § 21 uinculum et § 24 uincula (*hic uincula etiam Hense*) | phyl- Q ||  
 5 naturę Q || 6 euacuatio Q L || 7 custodię Q || 8 Quem amm- Q | ex  
 secl. Haase || 9 quaeintentione Q cum p L V: ex alicuius rei sub-  
 tilioris intentione quae o. aut ex al. r. inspectione quae intentione  
 o. aut similia edd. ante Haasium | defatigant Q L Par.b et pr. P  
 || 10 pclarum Q cum L Par.b || 14 adseptator quo Q cum L<sup>1</sup>  
 || 15 adheret Q | corpori Q L<sup>2</sup> | obt- Q || 18 uitę Q || 20 inspectionē  
 sic Q V L<sup>2</sup>: cf. ep. 18, 13 quarum possessionem tibi non interdico  
 || 21 queram Q || 22 quis sic Q V P Par.b recte || 23 nersa, m supra  
 n Q | etinerti Q || 24 queram Q || 26 distinxerit Q P, distrinx- L

faciem diuiserit? unde lux tanta fundatur? ignis sit, an  
 20 aliquid igne lucidius? Ego ista non quaeram? ego nesciam,  
     unde descenderim? semel haec mihi uidenda sint, an saepe  
     nascendum? quo hinc iturus sim? quae sedes exspectet  
     animam solutam legibus seruitutis humanae? Vetas me 5  
 21 caelo interesse? iubes me uiuere capite demisso? Maior  
     sum et ad maiora genitus, quam ut mancipium sim mei  
     corporis, quod equidem non aliter aspicio quam uinculum  
     aliquod libertati meae circumdatum. Hoc itaque oppono  
     fortunae, in quo resistat, nec per illud ad me ullum transire 10  
     uulnus sino. Quicquid in me potest iniuriam pati, hoc est:  
 22 in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat. Numquam  
     me caro ista compellat ad metum, numquam ad indignam  
     bono simulationem; numquam in honorem huius corporu-  
     sculi mentiar. Cum uisum erit, distraham cum illo socie- 15  
     tatem: et nunc tamen, dum haeremus, non erimus aequis  
     partibus socii. Animus ad se omne ius uindicet: con-  
 23 temptus corporis sui certa libertas est. Ut ad propositum  
     reuertar, huic libertati multum conferet et illa, de qua  
     modo loquebamur, inspectio: nempe uniuersa ex materia 20  
     et ex deo constant. Deus ista temperat, quae circumfusa  
     rectorem secuntur et ducem. Potentius autem est ac pre-  
     tiosius, quod facit, quod est deus, quam materia patiens  
 24 dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in ho-  
     mine animus: quod est illic materia, id in nobis corpus est. 25  
     Seruant ergo deteriora melioribus: fortes simus aduersus

---

2 quęram Q || 3 sępe Q || 4 s. exspec/tat animā Q, expectata  
     nimiam L || 5 solitam Q pr. | humanę Q || 6 id est ante iubes  
     om. Q, exp. L<sup>a</sup>: interesse, id est iubes vulg. languidius, ut videtur  
     | dimisso Q p || 7 aut Q et pr. L || 8 etaspicio sed et punct. Q  
     | uinculum sic Q et corr. L || 10 illū (pro ullum) Q L || 13 comp-  
     sic Q P | metū ex mecū Q<sup>2</sup>, mecum L | indigna bonasimulatione Q  
     (bona L) || 16 her. Q || 17 uindicet Q, ducet vulg.: praefero uin-  
     dicet qui coniunctivus horiativus ad vim orationis multum conferre  
     videtur. Locutionem autem ad se uindicare a Livio aliisque usur-  
     patam esse constat | Contemptus, altera t supra vers. Q || 21 dō Q,  
     etiam mox compend. Deus et dei | ita Q p L<sup>1</sup> || 24 quem ex quam Q<sup>2</sup>

fortuita: non contremescamus iniurias, non uulnera, non uincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis aut transitus. Nec desinere timeo, || idem est enim, quod non fol. 61<sup>r</sup> coepisse, nec transire, quia nusquam tam anguste ero.

<sup>5</sup> VALE.

### SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**C**laranum, condiscipulum meum, uidi post multos <sup>1</sup> Ep. LXVI. annos: non, puto, expectas, ut adiciam senem, sed mehercules uiridem animo ac uigeniem et cum corpusculo suo <sup>10</sup> conluctantem. Inique enim se natura gessit et talem animum male collocauit: aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vincit tamen omnia impedimenta et ad cetera contemnda a contemptu sui uenit. Errare <sup>2</sup> mihi uisus est, qui dixit «gratior et pulchro ueniens e corpore uirtus». Non enim ullo honestamento eget: ipsa magnum sui decus est et corpus suum consecrat. Aliter certe Claranum nostrum coepi intueri: formosus mihi uidetur et tam rectus corpore quam est animo. Potest ex <sup>3</sup> 20 casa uir magnus exire, potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam itaque

<sup>1</sup> inter non et contr. aliquid eras. Q | nūincula ex est/uinc-  
corr. Q<sup>2</sup> || 3 desine (ex dis- corr.) Q | idestenim Q cum p (id est  
supra vers. p) V P Par.b, idem enim L

<sup>8</sup> exp- sic Q V Par.b || 11 coll- sic Q || 13 Vicit Q cum P  
Par.b || 14 adcontem/tum sui Q cum V P Par.b ubi contempt-  
|| 17 consecraliter tractat Q, consecraliter p V P Par.b M'. Haase  
corr. consecrat: aliter ex qua emendatione commutatam Quiriniani  
scripturam consecrat, aliter tractat sic explicare conatus sum 'la  
virtù rende sacro il corpo in cui è passata ad abiure, ed esercita  
su di esso tale violenza da trasformarlo' (cf. Riv. di Filol. XLII  
Torino 1914, p. 25): sed tractat potius reicendum esse ut recen-  
tius additamentum postea animadvertisit Hense (cf. Berl. phil. Wo-  
chenschr. 1914, p. 635) || 19 s. ex casa humili Q 5, humili om.  
vulg. rectius

mihi uidetur in hoc tales natura generare, ut adprobet uirtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset: nunc, quod amplius est, facit: quosdam enim edit corporibus impeditos, sed nihilominus perrumpentes obstantia. Claranus mihi uidetur in exemplar editus, ut scire possemus non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quamuis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram et ad te permittam. Hoc primo die quaesitum est: quomodo possint paria bona esse, si triplex eorum condicio est. Quaedam, ut nostris uidetur, prima bona sunt, tamquam gaudium, pax, salus patriae; quaedam secunda, in materia infelici expressa, tamquam tormentorum patientia et in morbo graui temperantia: illa bona derecto optabimus nobis, haec, si necesse erit. Sunt adhuc tertia, tamquam modestus incessus et compositus ac probus uultus et conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia auersanda? Si uolumus ista distingue, ad primum bonum reuertamur et consideremus id quale sit: animus intuens uera peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inserens mundo et in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac uehemens, asperis blandisque pariter inuictus, neutri se fortunae summittens supra omnia quae contingunt accidentque eminens, pul-

---

<sup>2</sup> possit Q p et pr. V || 4 s. perrumpentis Q || 10 tria Q p V P Par.b, paria <sup>5</sup> et sic § 6 in. || 11 conditio Q || 14 pac- Q || 15 derecto optabimus Q p (obt- p) recte || 17 comp- sic Q V || 19 aduersanda sed prior d punct. Q || 21 s. fugiendorum petendorum Q, fort. recte quia particulam ne copulativa magis vi quam disiunctiva poetice usurpatam esse constat. Quod autem ad totius enuntiati in gemina membra inter se respondentia discripti interpretationem attinet, id sequor quod apie animadverit O. Rossbach, l. c., p. 494 s.: cf. etiam § 12 || 22 expunctione Q pr | pcia Q || 25 eq- Q || 26 fortunę Q

cherrimus || ordinatissimus cum decore tum uiribus, sanus fol. 61<sup>v</sup>  
 ac siccus, inperturbatus intrepidus, quem nulla uis frangat  
 quem nec attollant fortuita nec deprimant: talis animus  
 uirtus est. Haec eius est facies, si sub unum ueniat aspec- 7  
 5 tum et semel tota se ostendat. Ceterum multae eius  
 species sunt, quae pro uitiae uarietate et pro actionibus  
 explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim  
 summum bonum non potest nec uirtuti ire retro licet:  
 sed in alias atque alias qualitates conuertitur ad rerum,  
 10 quas actura est, habitum figurata. Quicquid attigit, in si- 8  
 militudinem sui adducit et tinguit: actiones, amicitias,  
 interdum domos totas, quas intrauit dispositaque, con-  
 decorat: quicquid tractauit, id amabile, conspicuum, mi-  
 rabile facit. Itaque uis eius et magnitudo ultra non potest  
 15 surgere, quando incrementum maximo non est: nihil inue-  
 nies rectius recto, *non* magis quam uerius uero, quam  
 temperato temperatius. Omnis in modo est uirtus. Modo 9  
 certa mensura est: constantia non habet, quo procedat,  
 non magis quam fiducia aut ueritas aut fides. Quid acce-  
 20 dere perfecto potest? nihil, aut perfectum non erat, cui  
 accessit: ergo ne uirtuti quidem, cui si quid adici potest,  
 defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit:  
 honestum est enim propter ista, quae rettuli. Quid porro?  
 decorum et iustum et legitimum non eiusdem esse formae  
 25 putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse imper-

1 cum uiribus *Q* cum *rell.* codd.: corr. Haase || 2 ac siccus *Q*  
*vulg.*, ac sincerus *s*: cf. quod Hense<sup>o</sup> adnotat p. 211, 23 | quenalla *Q*  
 || 3 attoll- sic *Q* *V Par.b* || 5 s. multe plus species *Q* cum *p*  
 || 6 st/quaeprouite uarietate *Q* cum *s*: quae om. *p* *V P Par.b*  
*Hense* qui etiam sunt expungendum putat || 8 potest, t supra  
 vers. *Q* || 10 Quicquid sic *Q* cum *P Par.b* || 11 tinguit sic *Q p V*,  
*quam scripturam* recepit iam *Hense* || 13 quicquid sic *Q p P Par.b*  
 || 16 non om. ante magis *Q* || 17 temperantius *Q p V et pr. P* | ē  
 ante uirtus supra vers. *Q* | modus *Q* cum *vulg.*, modo de *P* unde  
 modo *Hense* || 19 Quid *Q* cum *p* recte || 22 defuit honestum. ho-  
 nestum quoq; *Q* || 23 retuli *Q Par.b* || 24 decorem sed u supra e  
 posteriorem scr. ead. m. *Q* | forme *Q* || 25 s. Inpfecte *Q*

10 fectae rei signum est. Bonum omne in easdem cadit leges:  
 iuncta est priuata et publica utilitas, tam mehercules  
 quam inseparabile est laudandum petendumque. Ergo uirtutes  
 inter se pares sunt et opera uirtutis et omnes ho-  
 11 mines, quibus illae contigere. Satorum uero animaliumque 5  
 uirtutes cum mortales sint, fragiles quoque caducaeque  
 sunt et incertae: exiliunt residuntque et ideo non eodem  
 pretio aestimantur. Vna inducitur humanis uirtutibus re-  
 gula: una enim est ratio recta simplexque: nihil est diuino  
 12 diuinus, caelesti caelestius. Mortalia muniuntur cadunt, 10  
 deteruntur crescent, exhauriuntur implentur. Itaque illis  
 in tam incerta sorte inaequalitas est: diuinorum una  
 natura est. Ratio autem nihil aliud est quam in corpus  
 humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio diuina est,  
 nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne diu- 15  
 num est. Nullum porro inter diuina discrimen est: ergo  
 nec inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis  
 atque obstinata tormentorum perpessio: in utroque enim  
 eadem est animi magnitudo, in altero remissa et laxa, in  
 13 altera pugnans et intenta. Quid? tu non putas parem 20  
 esse uirtutem eius, qui fortiter hostium moenia expugnat,  
 et eius, qui obsidionem patientissime sustinet? Magnus  
 fol. 62r Scipio, qui Numantiam cludit || et comprimit cogitque inui-  
 tas manus in exitium ipsas suum uerti: magnus ille  
 obsessorum animus, qui scit non esse clusum, cui mors 25

---

+ opera uirtutis *Q* *V<sup>2</sup>*, opera uirtutes aut o. uirtutum *alii* || 5 ille  
*Q* | animalium quae *Q* || 6 caduce quae *Q* || 7 incerte *Q* || 10 mi-  
 nuuntur *Q* *Par.b vulg.*, eminent *coni*. *Pincianus*, muniuntur *Gro-*  
*novius quem sequor*, nituntur *Gertz* || 11 impl- sic *Q* || 12 ineq- *Q* ||  
 14 diuini ex corr. *Q* || 19 lata *Q*, item cod. *Urbino-Romanus* 219  
 teste *Ficker*: laeta p *V P Par.b Hause*, *Hense*, laxa *vulg.* quam sequor  
 (cf., ut *Hense* quoque adnotat, § 14 animi remissio ac laxitas):  
 lenta q cum alii s et aliquot edd. vett. In § 19 autem non est dubium  
 quin laeta scriptum fuerit, sicut legitur in *Q Par.b V<sup>2</sup>* (lata p *P et pr.*  
*V*) || 20 altero (pro altera) *Q* | pugnans sic *Q*, pugnax *vulg.* || 22  
 Et magnus *Q* cum *vulg.*, Et secl. *Hause*: Vt m. q cum alii s ||  
 24 in supra vers. *Q*

aperta est, et in complexu libertatis exspirat. Aequa re-  
liqua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas,  
liberalitas, constantia, aequanimitas, tolerantia: omnibus  
enim istis una uirtus subest, quae animum rectum et inde-  
clinabilem praestat. « Quid ergo? nihil interest inter gau-  
dium et dolorum inflexibilem patientiam? » Nihil, quantum  
ad ipsas uirtutes: plurimum inter illa, in quibus uirtus  
utraque ostenditur. In altero enim naturalis est animi re-  
missio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaque  
media sunt haec, quae plurimum interualli recipiunt: uir-  
tus in utroque par est. Virtutem materia non mutat: nec  
peiores facit dura ac difficilis, nec meliores hilares et  
laeta: necesse est ergo par sit. In utraque enim re quod  
fit, aequa recte fit, aequa prudenter, aequa honeste: ergo  
aequalia sunt bona, ultra quae nec hic potest se melius in  
hoc gaudio gerere nec ille melius in illis cruciatibus: duo  
autem, quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam si,  
quae extra uirtutem posita sunt, aut minuere illam aut  
augere possunt, desinit unum bonum esse, quod honestum.  
Si hoc concesseris, omne honestum perit. Quare? dicam:  
quia nihil honestum est, quod ab inuito, quod a coacto  
fit. Omne honestum uoluntarium est. Admisce illi pigri-  
tiam, querelam, tergiuersationem, metum: quod habet in  
se optimum, perdidit, sibi placere. Non potest honestum  
esse, quod non est liberum: nam quod timet, seruit. Ho-

17

---

i compl- sic Q V | exps- sic Q || 5 interest Q sed inter supra  
vers. || 6 dolorem et Q, item nonnulli 5 teste Fickerto, dolorē  
V<sup>a</sup> (dolore V pr.) || 8 ostenditur om. Q || 10 q; (pro quae) supra  
vers. add. ead. m. Q || 11 pars Q p et sic infra pars sit | Virtu-  
tum materiae Q || 13 Necesse est Q cum p recte | In utraq; (ut  
coni. Haase) Q et cod. Urbino-Romanus 219: in utramque p | eni-  
re quod Q, re addit etiam cod. Urbino-Romanus 219 || 15 littera  
quae Q, similiter p V<sup>1</sup> P Par.b: corr. Haase || 16 hoc supra  
vers. Q || 18 uirtutū Q || 19 quo Q || 20 perit Q p V P Par.b:  
perit Hense<sup>2</sup> || 21 acoacto Q cum vulg.: coactum Haase et Hense  
ex p || 23 tergiuers- sed r alt. supra vers. Q || 24 sibi Q sed bi  
supra vers. || 25 timet ex metet corr. ead. m. Q

nestum omne securum est, tranquillum est: si recusat aliquid, si conplorat, si malum iudicat, perturbationem recepit et in magna discordia uolutatur. Hinc enim species recti uocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est, quicquid opponitur, id etiam si incommodum putat, malum non putet, uelit, libens faciat. Omne honestum iniussum incoactumque est, sincerum et nulli malo mixtum. Scio, quid mihi responderi hoc loco possit: « hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse, utrum aliquis in gaudio sit an in eculeo iaceat ac tortorem suum lasset? » Poteram respondere: Epicurus quoque ait sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: « dulce est et ad me nihil pertinet. » Quid miraris, si ego paria bona dico *alterius in gaudio positi*, alterius inter tormenta fortissime stantis, cum quod incredibilius est, dicat <sup>15</sup>

<sup>18</sup> Epicurus, dulce esse torri? Set hoc respondeo, plurimum interesse inter gaudium et dolorem; si quaeratur electio, alterum petam, alterum <sup>fol. 62<sup>v</sup> uitabo: illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic aestimantur, magno inter se dissident spatio: cum ad uirtutem uentum est, utraque <sup>20</sup></sup>

<sup>19</sup> par est et quae per laeta procedit et quae per tristia

<sup>20</sup> Nullum habet momentum uexatio et dolor et quicquid aliud incommodi est: uirtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias uirtus magnitudine sua elidit atque <sup>25</sup>

---

<sup>4</sup> retrahat *Q* || <sup>5</sup> quicquid opp- *sic Q P Par.b* || <sup>7</sup> incoactum quae *Q* || <sup>8</sup> quod *Q* || <sup>10</sup> ec- *Q* | iacet *Q p* || <sup>12</sup> in *punct.* ante si in *Q* | perurator *Q pr.* || <sup>14</sup> alterius in gaudio positi post dico *supplet q*, item *complures* <sup>5</sup> Erasmus<sup>1</sup>, quam scripturam non ineptam ei confirmatam superioribus verbis utrum aliquis in gaudio sit recipio non sine aliqua dubitatione: alterius in conuiuio iacentis cod. Arg. b, teste Oberlino, unius in conv. iac. *Pincianus vulg.*: om. *Q* cum vett. codd. || <sup>15</sup> quod cum *Q V P Par.b* || <sup>16</sup> dulce esse *Q p recte* | terroris (*ex tortoris corr. ead. m.*) et *Q cum p P Par.b* et *pr. V*: torri sed *L. de Idn*, t.? set *Hense*, torqueri? Et Erasmus<sup>1</sup> || <sup>17</sup> si *ex se Q* | elatio sed *ec supra a punct. Q* || <sup>24</sup> minuita sed *i posterior punct.* *Q*

obprimit et quocumque affulsit, ibi quicquid sine illa apparet, extinguitur: nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in uirtutem inciderunt, quam in mari nimbus. Hoc ut scias ita esse, ad omne pulchrum uir <sup>21</sup>  
 5 bonus sine ulla cunctatione procurret: stet illic licet carnifex, stet tortor atque ignis, perseverabit nec quid passurus, sed quid facturus sit, aspiciet et se honestae rei tamquam bono uiro credet: utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem locum habebit apud illum honesta  
 10 res, sed tristis atque aspera, quem uir bonus pauper aut exul ac pallidus. Agedum pone ex alia parte uirum bonum <sup>22</sup>  
 diuiniis abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque aequa uir bonus erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem, ut dixi, in rebus iudicium est, quod  
 15 in hominibus: aequa laudabilis uirtus est in corpore ualido ac libero posita quam in morbido ac uincto. Ergo tuam <sup>23</sup>  
 quoque uirtutem non magis laudabis, si corpus illaesum  
<sup>tibi et integrum fortuna praestiterit quam si ex aliqua parte</sup>  
 mutilatum mulcatum: alioquin hoc erit ex seruorum ha-  
 20 bitu dominum aestimare. Omnia enim ista, in quae domi-  
 nium casus exercet, serua sunt, pecunia et corpus et ho-  
 nores, inbecilla, fluuida, mortalia, possessionis incertae:  
 illa rursus libera et inuicta opera uirtutis, quae non ideo  
 magis adpetenda sunt, si benignius a fortuna tractantur,  
 25 nec minus, si aliqua iniuitate rerum premuntur. Quod <sup>24</sup>

i obpr- sic Q p | aff- sic Q Par.b || 6 perseuerauit nequid Q  
 cum p || 7 honeste Q || 8 totā ex toto Q || 11 Agendum Q p  
 Par.b et pr. V P | uir Q pr. || 12 habund- Q || 14 id est Q || 16  
 uicto Q || 17 illumtuum Q: illibatum unus ex codd. Opsopoei,  
 illexū tibi ac q, illaesum tibi et vulg. quam sequor: corpus illi  
 tuum ex p V P aliisque Madvig || 18 prestit- Q || 19 mutilatum  
 multatum Q cum V P Par.b, recepit Ruhkopf: mutilatum vulg.,  
 mulcatum Fickert, Haase, mutilatum mulcatum Rossbach | alioquin  
 sic Q Par.b, ex alioqui V | et Q p P Par.b, ex V || 20 in supra  
 vers. Q | indominium sed prius in punct. Q || 22 fluuida Q quam  
 scripturam p[re] vulgata fluida commendant epp. 58, 24 et 27; 71, 23  
 | incerte Q

amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio. Non, puto, magis amares uirum bonum locupletem quam pauperem, nec robustum et lacertosum quam gracilem et languidi corporis: ergo ne rem quidem magis adpetes aut amabis hilarem ac pacatam quam distractam et operosam. <sup>5</sup>

<sup>25</sup> Aut si hoc est, magis diliges ex duobus aequae bonis uiris nitidum et unctum quam puluerulentum et horrentem: deinde hoc usque peruenies, ut magis diligas integrum omnibus membris et inlaesum quam debilem aut luscum. Paulatim fastidium tuum illo usque procedet, ut ex duobus aequae iustis ac prudentibus comatum et crispulum malis. Vbi par in utroque uirtus est, non comparet aliarum rerum inaequalitas: omnia enim alia non partes, sed

<sup>26</sup> accessiones sunt. Num quis tam <sup>15</sup> iniquam censuram inter fol. 63<sup>r</sup> suos agit, ut sanum filium quam aegrum magis diligat, procerumue et excelsum quam breuem aut modicum?

Fetus suos non distinguunt ferae et se in alimentum pariter omnium sternunt; aues ex aequo partiuntur cibos. Vlices ad Ithaceae suae saxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros: nemo enim <sup>20</sup> patriam quia magna est amat, sed quia sua. Quorsus haec pertinent? ut scias uirtutem omnia opera uelut fetus suos isdem oculis intueri, aequae indulgere omnibus et quidem impensis laborantibus, quoniam quidem etiam parentium amor magis in ea, quorum miseretur, inclinat. <sup>25</sup> Virtus quoque opera sua, quae uidet affici et premi, non

I appetitio est sed est punct. Q: est adp- coni. Hense || 4 adpetas Q pr. || 6 etsi hoc est Q cum vulg. (et si vulg.), at si hoc e. nonnulli s: At si hodie Schweighaeuser, nisi hoc est Madvig, set si hoc e. Chatelain, aut si hoc e. Hense praeeunte Haasio || 9 inlesum Q || 12 post malis inserunt quam recaluastrum vel quam recaluum <sup>5</sup>: quam calvum malis scripserat Hense in proecdosi: nullo additamento opus est || 15 aegrum Q || 17 Foetus Q | distinguunt Q p VP Par.b | fere Q || 18 partiuntur Q sed r supra vers. || 19 ulix es aditachesuae Q || 20 agamēnon Q | mic- Q || 21 Quorsū ex Coruus corr. m. rec. Q || 23 foetus Q || 26 aff- sic Q Par.b

magis amat, sed parentium bonorum more magis complexitur ac fouet. Quare non est ullum bonum altero 28 maius? quia non est quicquam apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere hoc magis par esse 5 alicui quam illud: ergo nec honesto honestius quicquam est. Quod si par omnium uirtutum natura est, tria genera 29 bonorum in aequo sunt. Ita dico: in aequo est moderate gaudere et moderate dolere. Laetitia illa non uincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus deuorantem: illa 10 bona optabilia, haec mirabilia sunt, utraque nihilominus paria, quia quicquid incommodi est, ui tanto maioris boni tegitur. Quisquis haec inparia iudicat, ab ipsis uirtutibus 30 auertit oculos et exteriora circumspicit. Bona uera idem pendent, idem patent: illa falsa multum habent uani. 15 Itaque speciosa et magna contra uisentibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est, mi Lucili: quicquid 31 uera ratio commendat, solidum et aeternum est, firmat animum attollitque semper futurum in excelsso: illa quae temere laudantur et uulgi sententia bona sunt, inflant 20 inanibus laetos; rursus ea, quae timentur tamquam mala, iniciunt formidinem mentibus et illas non aliter quam animalia species periculi agitant. Vtraque ergo res sine 32 causa animum et diffundit et mordet: nec illa gaudio nec haec metu digna est. Sola ratio immutabilis et iudicii 25 tenax est: non enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto: ergo et uirtus uirtuti: nihil enim aliud est uirtus quam recta ratio.

---

4 potest Q p P Par.b || 7 equo Q | moderate Q || 8 dolore  
Q et pr. V || 10 obtabilia Q p | nihil hominus sed h posterior  
punct. Q || 11 quicq-sic Q P Par.b | uitando (pro ui tanto) Q  
|| 14 pendent Q p V P Par.b, pendut q cum plerisque 5 || 15 contra  
uincentibus Q: coram visentibus coni. Gloeckner || 20 laetas Q || 24  
immut-sic Q || 26 ss. Ergo et uirtus uirtuti. nihil enialiu est uirtus  
quam recta ratio. Omnis uirtutes rationes sunt Q quae scriptura  
locum in rell. libb. vitiouse traditum apie complet ei sanat: ergo et  
virtus virtuti: virtus non al. q. r. r. est iam Schweigaeuser

Omnis virtutes rationes sunt: rationes sunt, si rectae sunt:  
 33 si rectae sunt, et pares sunt. Qualis ratio est, tales et  
 actiones sunt: ergo omnes pares sunt: nam cum similes  
 rationi sint, similes et inter se sunt. Pares autem actiones  
 inter se esse dico, qua honestae rectaeque sunt: ceterum 5  
 magna habebunt discrimina uariante materia, quae modo  
 latior est, modo angustior, modo inlustris, modo ignobilis,  
 fol. 63<sup>v</sup> modo || ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus  
 tamen istis id, quod optimum est, par est: honestae sunt.  
 34 Namquam uiri boni omnes pares sunt, qua boni sunt; sed 10  
 habent differentias aetatis: alius senior est, alius iunior;  
 habent corporis: alius formosus, alius deformis est; habent  
 fortunae: ille diues, hic pauper est, ille gratiosus, potens,  
 urbibus notus et populis, hic ignotus plerisque et obscu-  
 35 rus. Sed per illud, quo boni sunt, pares sunt. De bonis 15  
 ac malis sensus non iudicat: quid utile sit, quid inutile,  
 ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem praes-  
 entem perductus est. Nec futuri prouidus est nec praeteriti  
 memor: quid sit consequens, nescit. Ex hoc autem  
 rerum ordo seriesque contexitur et unitas uitae per rectum 20  
 itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum; aliena  
 et externa pro uilibus habet et ea, quae neque bona sunt  
 neque mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat:  
 36 omne enim illi bonum in animo est. Ceterum bona quae-  
 dam prima existimat, ad quae ex proposito uenit, tam- 25  
 quam uictoram, bonos liberos, salutem patriae: quaedam  
 secunda, quae non apparent nisi in rebus aduersis, tam-

---

i rationessunt sirectesunt. sirecte/sunt. etparesunt Q cum  
 V P Par.b || 5 quia Q cum vell. codd., qua Muretus ex Erasmi  
 conjectura: sic § 34 qua (quia codd.) boni sunt | honeste recteq;  
 Q cum p: honestae rectae quoque coni. Fickert || 9 honeste Q  
 || 11 iunior sic Q V P Par.b || 13 fortune Q || 14 hic ignotus  
 sic Q V | obscuris sed u supra i punct. Q || 17 i supra vers. add.  
 m. rec. Q | pres. Q || 18 s. pret. Q || 20 plectum Q cum P Par.b  
 || 21 iturae malint Schweighaeuser, Fickert, Castiglioni || 24 cet. Q  
 || 25 atq; (pro ad quae) Q cum p V P Par.b

quam aequo animo pati morbum magnum, exilium: quae-  
dam media, quae nihilo magis secundum naturam sunt  
quam contra naturam, tamquam prudenter ambulare,  
composite sedere. Non enim minus secundum naturam est  
5 sedere quam stare aut ambulare. Duo illa bona superiora 37  
diuersa sunt: prima enim secundum naturam sunt, gau-  
dere liberorum pietate, patriae incolumitate; secunda con-  
tra naturam sunt, fortiter obstare tormentis et sitim per-  
peti morbo urente praecordia. « Quid ergo? aliquid contra 38  
10 naturam bonum est? » Minime: sed id aliquando contra  
naturam est, in quo bonum illud existit. Vulnerari enim et  
subiecto igne tabescere et aduersa ualitudine affligi contra  
naturam est, sed inter ista seruare animum infatigabilem  
secundum naturam est. Et ut quod uolo exprimam breui- 39  
15 ter, materia boni aliquando contra naturam est, bonum  
numquam, quoniam bonum sine ratione nullum est, sequi-  
tur autem ratio naturam. « Quid est ergo ratio? » Naturae  
imitatio. « Quod est summum hominis bonum? » Ex naturae  
uoluntate se gerere. « Non est, inquit, dubium, quin feli- 40  
20 cior pax sit numquam lacesita quam multo reparata  
sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior res sit  
inconcussa ualitudo quam ex graibus morbis et extrema  
minitantibus in tutum ui quadam et patientia educta. Eo-  
dem modo non erit dubium, quin maius bonum sit gau-  
25 dium quam obnoxius animus ad perpetiendos cruciatus  
uulnerum aut ignium. » Minime: illa enim, quae fortuita 41

<sup>3</sup> prudenter *Q cum vulg.*: pudenter *coni.* Gronovius || 4 comp-  
sic *Q P* | natura *Q pr.* || 5 tamquā sed tam *punct.* *Q* || 7 inco-  
lom- *Q Par.b* || 8 obstare *ex optare corr. m. rec.* *Q*, item *V*  
|| 9 prec- *Q* || 12 ualit- *sic Q P Par.b* | affl- *sic Q Par.b* || 14 s. bri-  
uiter *Q* || 15 naturā/et *Q cum V P Par.b* || 16 qm̄ *Q* || 17 na-  
tura *Q pr.* || 19 dubium inquit sed super addito transpositionis  
signo et scr. t supra d *punct.* *Q* | quinfelicior *Q* || 20 lacesita *Q*  
sed a extr. supra vers. add. m. rec. | reparatam sed m *punct.* *Q*  
|| 22 ualit- *sic Q P Par.b* || 23 patientiae ducta *Q V<sup>1</sup> Par.b et pr. P*  
|| 24 quia *Q* | maius sic *Q p P Par.b* || 25 obnoxius *Q V P<sup>1</sup> Par.b*

fol. 64<sup>r</sup> sunt, plurimum discriminis || recipiunt; aestimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est consentire naturae: hoc [contingere] in omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: ille magis adsentitur quam ille. Ab omnibus in eandem sententiam itur. Idem de uirtutibus dico: omnes naturae adsentiuuntur. Idem de bonis dico: omnia naturae adsentiuuntur. Alter adulescens decessit, alter senex, aliquis praeter hos infans, cui nihil amplius contigit quam prospicere uitam: omnes hi aequre fuere mortales, etiam si mors <sup>10</sup> aliorum longius uitam passa est procedere, aliorum in medio flore praecidit, aliorum interrupt ipsa principia. Alius inter cenandum solitus est; alterius continuata mors somno est; aliquem concubitus extinxit. His oppone ferro transfossos aut exanimatos serpentium morsu aut fractos <sup>15</sup> ruina aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. Aliorum melior dici, aliorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. Per quae ueniant, diuersa sunt; in [id] quod desinunt, unum est. Mors nulla maior aut minor est: habet enim eundem in omnibus <sup>20</sup> modum, finisse uitam. Idem tibi de bonis dico: hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia et acerba; illud fortunae indulgentiam rexit, hoc uiolentiam domuit; utrumque aequre bonum est, quamuis illud plane molli

---

2 unum sic Q V P Par.b || 3 nature Q | contingere in omnibus Q  
 cum V P Par.b q: contingere ut glossema abiecit iam Muretus: con-  
 sentire omnibus Haase ex p ubi contire in o. || 6 itur] in marg. &  
 mittitur Q || 8 adol- Q Par.b | preter Q: protinus pro praeter nos  
 coni. Badstuebner || 12 pcedit Q || 13 cęn- Q || 15 exanimatos Q pr.  
 | fluctus Q, ex fruct- Par.b || 17 minutat/in Q pr. cum p V et  
 pr. P | dicit sed t punct. Q || 18 p que Q | uenient Q p V P  
 Par.b (scil. homines ad mortem), uenit <sup>5</sup>: desinunt Hense<sup>2</sup>  
 || 19 inidquod Q, id in quod vulg.: in quod Haase || 22 tristitia Q  
 || 23 fortune Q | indulgentia Q | uio/lentium Q || 24 s. plene (in marg.  
 at plana) molli (l prior supra vers.) ierit Q, plana emolliuerit  
 vulg.: plana et molli uia ierit Gertz, plana et molli (sc. via) ve-  
 nerit Wolters. Malo scribere plane molli ierit (via subauditur ex  
 graeci sermonis et Senecae consuetudine): sic etiam structurae inae-

ierit, hoc aspera. Idem enim finis omnium est: bona sunt, laudanda sunt, uirtutem rationemque comitantur: uirtus aequat inter se, quicquid agnoscit. Nec est, quare hoc 45 inter nostra placita mireris: apud Epicurum duo bona sunt,  
 5 ex quibus summum illud beatumque componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Haec bona non crescunt, si plena sunt: quo enim crescat, quod plenum est? Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi et placidus est:  
 10 quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas caeli non recipit maiorem adhuc claritatem in sincerissimum nitorem repurgata, sic hominis corpus animumque curantis et bonum suum ex utroque nectentis perfectus est status et summam uoti sui inuenit,  
 15 si nec aestus animo est nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum, sed ut ita dicam, condidunt et oblectant: absolutum enim illud humanae naturae bonum corporis et animi pace contentum est. Dabo apud Epicurum tibi etiamnunc simil-  
 20 limam huic nostrae diuisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum, quae malit contingere sibi, ut corporis quietem ab omni incommodo liberam et animi remissionem bonorum suorum contemplatione gaudentis: alia sunt,  
 25 quae quamuis nolit accidere, nihilominus || laudat et con- probat, tamquam illam, quam paulo ante dicebam, malae ualitudinis et dolorum grauissimorum perpessionem, in

---

*qualitas tollitur, qua duobus adiectivis plana et molli unum aspera responderet* || 1 Idem eni Q, idem *rell. libb. mss. et edd.* || 2 s. Virtutes (sed te *punct.*) aequat Q, uirtutes equat p, uirtus aequat vulg.: uirtus exaequat Gertz || 3 agnoscet Q p Par.b et pr. V || haec (pro Nec) Q || 4 Apud Q || 5 beatuquae Q | comp-sic Q || 10 s. Quemamm- Q || 14 perfectis sed u supra i Q | uotissui Q pr., s supra i extr. add. Q<sup>2</sup> deterius || 15 corporis Q p V P Par.b || 17 abs- sic Q P Par.b || 18 humanę Q | animi ex animus corr. Q<sup>2</sup> || 19 apud Q | etiam Q pr., sed nunc add. in extr. vers. Q<sup>1</sup> || 20 alia Q sed a extr. supra vers. || 21 quaemalit Q cum Par.b recte || 25 male Q || 26 ualitudinis corr. ex -nes Q

qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo.  
 Ait enim se vesicae et exulcerati uentris tormenta tolerare ulteriorem doloris accessionem non recipientia, esse nihilominus sibi illum beatum diem. Beatum autem diem  
 48 agere, nisi qui est in summo bono, non potest. Ergo et apud Epicurum sunt haec bona, quae malles non experiri, sed quia ita res tulit, et amplexanda et laudanda et exaequa<sup>nd</sup>a summis sunt. Non potest dici, hoc non esse par maximis bonum, quod beatae uitiae clausulam inposuit,  
 49 cui Epicurus extrema uoce gratias egit. Permitte mihi, <sup>10</sup> Lucili uirorum optime, aliquid audacius dicere: si ulla bona maiora esse aliis possent, haec ego, quae tristia uidentur, mollibus illis et delicatis praeluissem, haec maiora dixisset. Maius est enim difficultia perfringere quam laeta  
 50 moderari. Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem <sup>15</sup> bene et ut calamitatem fortiter ferat. Aeque esse fortis potest, qui pro uallo securus excubuit nullis hostibus castra temptantibus et qui succisis poplitibus in genua se exceptit nec arma dimisit: «macte uirtute esto» sanguinolentis [et] ex acie redeuntibus dicitur. Itaque haec magis laudauerim bona et exercita et fortia et cum fortuna  
 51 rixata. Egone dubitem, quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mucii quam cuiuslibet fortissimi saluam? Stetit hostium flamarumque contemptor et manum suam in hostili foculo destillantem perspectauit, <sup>20</sup>

<sup>25</sup>

---

2 uessice Q et pr. V P || 4 s. Beatum autem diem agere Q,  
 diem om. rell. libb. mss. et edd. || 6 que Q || 7 retulit Q,  
 rett. V P et pr. p || 8 exeq- Q || 11 audatus Q || 12 ergo Q |  
 tristia Q V Par.b recte || 13 s. haec maiora dixisset Q cum p,  
 om. V P Par.b vulg. || 19 s. sanguinolentis Q pr. sed is abr. et  
 compendium syllabae us supra scr. m. rec. || 20 et, ut uidetur, Q  
 cum rell., sed t vix legitur: copulam expungendam putavit Schweig-  
 haeuser | exaciae Q || 21 et exercentata Q, exercitata vulg., exercita  
 p alii: particula et, quam unus Q ante exerc. exhibet, aptum efficit  
 polysyndeton || 22 ego non dubitem quin magis Q et corr. P, non  
 etiam V Par.b alii: Egone dubitem coni. Ficker, an ego dub.  
 Hense || 24 flamarumquae Q || 25 distill- Q

donec Porsenna, cuius poenae fauebat, gloriae intuidit et  
 ignem inuito eripi iussit. Hoc bonum quidni inter prima 52  
 numerem tantoque maius putem quam illa secura et in-  
 temptata fortunae, quanto rarius est hostem amissa manu  
 5 uicisse quam armata? « Quid ergo? inquis, hoc bonum  
 tibi optabis? » Quidni? hoc enim nisi qui potest et optare,  
 non potest facere. An potius optem, ut malaxandos arti- 53  
 culos exoletis meis porrigam? ut muliercula aut aliquis  
 in mulierculam ex uiro uersus digitulos meos ducat?  
 10 Quidni ego feliciorem putem Mucium, quod sic tractauit  
 ignem, quasi illam manum tractatori praestitisset? In  
 integrum restituit quicquid errauerat: confecit bellum  
 inermis ac mancus et illa manu trunca reges duos uicit.  
 VALE.

15

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**V**t a communibus initium faciam, uer aperire se, Ep. LXVII.  
 coepit, sed iam inclinatum in aestatem, quo tempore calere  
 debebat, intepuit nec adhuc illi fides est: saepe enim in  
 hiemem reuoluitur. Vis scire, quam dubium adhuc sit?  
 20 nondum me committo frigidae uerae, adhuc || rigorem fol. 65r  
 eius infringo. « Hoc est, inquis, nec calidum nec frigidum  
 pati. » Ita est, mi Lucili: iam aetas mea contenta est suo  
 frigore; uix media regelatur aestate. Itaque maior pars 2  
 in uestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quod me  
 25 lectulo adfixit: quidni gratias illi hoc nomine agam?

1 porsenna sic Q V Par.b | poene Q || 2 quid inter Q p V  
 P Par.b, quidni i. s. || 3 s. intemptate sed a supra extr. e punct.  
 Q || 6 quid in Q p V P Par.b || 8 exsol- Q p V P Par.b ||

10 mutium Q | quod Q p, qui vulg. | si Q || 11 quam si Q p

V P | tractori Q || 12 quicq- sic Q P Par.b

16 inic- Q || 18 sepe Q || 19 scit Q || 20 frigido e (e punct.) ueri Q

|| 21 infringi Q P Par.b et pr. V || 23 regelatura Q p || 24 degitur

Q P et pr. V recte | senectutis sed s extr. punct. Q

Quicquid debebam nolle, non possum: cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando interuenierunt epistulae tuae, tecum esse mihi uideor et sic afficior animo, tamquam tibi non rescribam, sed respondeam. Itaque et de hoc, quod quaeris, quasi conloquar tecum; quale sit, una <sup>5</sup>  
<sup>3</sup> scrutabimur. Quaeris, an omne bonum optabile sit. « Si bonum est, inquis, fortiter torqueri et magno animo uriri et patienter aegrotare, sequitur, ut ista optabilia sint: nihil autem uideo ex istis uoto dignum. Neminem certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse, quod flagellis caesus <sup>10</sup>  
<sup>4</sup> esset aut podagra distortus aut eculeo longior factus. » Distingue, mi Lucili, ista, et intelleges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse a me uelim; sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram, optabo. Quidni ego malum non incidere bellum? sed si <sup>15</sup>  
<sup>5</sup> inciderit, ut uulnera, ut famem et omnia, quae bellorum necessitas affert, generose feram, optabo. Non sum tam demens, ut aegrotare cupiam; sed si aegrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam, optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed uirtus, qua per- <sup>20</sup>  
<sup>5</sup> feruntur incommoda. Quidam ex nostris existimant omnium istorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed ne abominandam quidem, quia uoto purum bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest, ut aliqua <sup>25</sup>  
 rē bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde si uirtus optabilis est, nullum autem sine uirtute bonum, et omne bonum optabile est; deinde etiam [si] tormentorum fortis

---

<sup>2</sup> aep̄iae Q || 3 aff- Q Par.b || 8 obt- Q || 11 aec- Q || 12 his Q P Par.b: is cont. Hense || 15 incedere Q ei pr. Par.b, et sic mox incederit Q || 17 aff- sic Q Par.b | tamen Q || 18 egratandum Q || 19 faciant Q, faciam vulg.: fiat Haase || 20 obt- Q || 22 istorum sic Q p | toll- Q | obt- Q || 23 ne ab ominandūquidem Q cum p || 26 sed Q p, si V P Par.b | obt- et sic infra Q || 27 bonum etomne Q cum vulg.: bonum est, omne Haase et Hense ex p || 28 etiam si Q cum plerisque codd.: si expungendum putavit Madvig,

patientia optabilis est. Etiamnunc interrogo: nempe fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit et prouocat: pulcherrima pars eius maximeque mirabilis illa est, non cedere ignibus, obuiam ire uulneribus, interdum s tela ne uitare quidem, sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, et tormenta patienter ferre optabile est: hoc enim fortitudinis pars est. Sed separa ista, ut dixi: nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter: illud opto «fortiter», quod 10 est uirtus. «Quis tamen umquam hoc sibi optauit?» Quae- 7 dam uota aperta et professa sunt, cum particulatim fiunt; quaedam latent, cum uno uoto multa comprensa sunt. Tamquam opto mihi uitam honestam: uita autem honesta actionibus uariis constat. In hac est Reguli || arca, fol. 65<sup>v</sup>

15 Catonis scissum manu sua uulnus, Rutili exilium, calix uenenatus, qui Socraten transtulit e carcere in caelum. Ita cum optauit mihi uitam honestam, et haec optauit, sine quibus interdum honesta non potest esse. «O terque qua- 8 terque beati, | quis ante ora patrum Troiae sub moenibus 20 altis | contigit obpetere!» Quid interest, optes hoc alicui an optabile fuisse fatearis? Decius se pro re publica de- 9 uouit et in medios hostes concitato equo mortem petens irruit. Alter post hunc, paternae uirtutis aemulus, conceptis sollemnibus ac iam familiaribus uerbis in aciem 25 confertissimam incucurrit, de hoc sollicitus tantum, ut litaret, optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas

---

*etiam* deinde Fr. Schultess: etiamsi tormentorum [fortis] patientia optabilis non est, etiamnunc interrogo: nonne f. o. e.? K. Niemeyer || 1 neme Q cum rell. vett. codd. || 2 periculo Q p | contempnit Q | Par.b || 3 maximeq; Q cum p V recte || 6 pac- Q || 7 se- pera sed a supra e posteriorē punct. Q<sup>i</sup> || 8 terrorem Q || 10 optabit Q P Par.b V pr. viii || 11 uoto ex uota corr. Q<sup>i</sup> || 12 compressa Q P || 15 manus sed s punct. Q || 16 ecarcere ex aec- radendo Q || 19 hora Q || 20 obp- sic Q || 21 R P Q pr. cum V P Par.b, Re Pu suppl. m. rec. || 22 etinmedios Q cum vulg., et exp. Haase et Hense ex p: copulam retineo, quia coniungit duo enun- tiata, quorum posterius epexegesis prioris est | aequo Q pr. || 23 irr- Q || 25 incucurrit sed in fere eras. Q || 26 putas Q p V P Par.b:

ergo, an optimum sit memorabilem mori et in aliquo  
 10 opere uirtutis? Cum aliquis tormenta fortiter patitur,  
 omnibus uirtutibus utitur. Fortasse una in promptu sit  
 et maxime appareat, patientia: ceterum illic est fortitudo,  
 cuius patientia et perpessio et tolerantia rami sunt; illic 5  
 est prudentia, sine qua nullum initur consilium, quae  
 suadet, quod effugere non possis, quam fortissime ferre;  
 illic est constantia, quae deici loco non potest et propo-  
 situm nulla ui extorquente dimittit; illic est indiuiduus  
 ille comitatus uirtutum. Quicquid honeste fit, una uirtus 10  
 facit, sed ex consilii sententia: quod autem ab omnibus  
 uirtutibus conprobatur, etiam si ab una fieri uidetur,  
 11 optabile est. Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse,  
 quae per uoluptatem et otium ueniuunt, quae excipiuntur  
 foribus ornatis? Sunt quaedam tristis uultus bona: sunt 15  
 quaedam uota, quae non gratulantur coetu, sed ado-  
 12 rantium uenerantiumque celebrantur. Ita tu non putas  
 Regulum optasse, ut ad Poenos perueniret? Indue magni-  
 uiri animum et ab opinionibus uulgi secede paulisper:  
 cape, quantam debes, uirtutis pulcherrimae ac magnifi-  
 centissimae speciem, quae nobis non ture nec sertis, sed 20  
 13 sudore et sanguine colenda est. Aspice M. Catonem sacro  
 illi pectori purissimas manus admouentem et uulnera  
 parum ante demissa laxantem. Vtrum tandem illi dic-  
 turus es «uellem quae uelles» et «moleste fero» an «feliciter 25

---

defendit Gertz (*Mélanges Graux*, 1884, p. 369) sic interpungens  
 litaret. Optabilem rem putas cet. Sed praeferenda videtur vulgata  
 scriptura putans || 3 utitur. Fortasse distinxit Schweighaeuser recie  
 | in promptus sed s punct. Q || 6 unitur Q || 9 di/mittit Q sed t  
 extr. supra vers. || 13 Quid tu — esse suppl. in marg. Q<sup>1</sup> || 15  
 tristis uultus sic Q p et pr. V (uolt- p V) || 17 cael. Q || Ita tu  
 Quid? tu coni. Haase || 18 poenas Q p || 19 uulgi ex uulgis ra-  
 dendo Q, uolgis p | secedere, ut videtur, Q pr. || 20 s. magnifi-  
 centissime Q || 21 intuere Q V P || 22 Asp. Q cum V Par.b |  
 marcum Q || 24 aut Q cum p, retinuit Haase sic interpungens et  
 volnera, parum autem d. l.: coni, ante Gertz quem sequor, alte  
 Buecheler et Hense, om. vulg. | demissa ex dim. corr. Q<sup>1</sup>

quod agis? Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui <sup>14</sup>  
 uitam securam et sine ullis fortunae excursionibus mare  
 mortuum uocat. Nihil habere, ad quod exciteris, ad quod  
<sup>5</sup> te concites, cuius denuntiatione et incursu firmitatem  
 animi tui tempes, sed in otio inconcusso iacere non est  
 tranquillitas: malacia est. Attalus Stoicus dicere solebat: <sup>15</sup>  
 «malo me fortuna in castris suis quam in deliciis habeat.  
 Torqueor, sed fortiter: bene est. Occidor, sed fortiter:  
 bene est.» Audi Epicurum, dicet et «dulce est.» Ego tam  
<sup>10</sup> honestae rei ac seuerae numquam molle nomen inponam.  
 Vror, sed inuictus: quidni hoc optabile sit? non <sup>16</sup>  
 quod urit me ignis, sed quod non uincit. Nihil est uirtute  
 praestantius, nihil pulchrius: et bonum est et optabile,  
 quicquid ex huius geritur imperio. VALE.

## 15 || SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

<sup>C</sup>onsilio tuo accedo, absconde te in otio; sed et ipsum <sup>1 Ep. LXVIII.</sup>  
<sup>otium absconde. Hoc te facturum Stoicorum etiam si fol. 66r</sup>  
 non praecepto, at exemplo licet scias; sed ex praecepto  
 quoque facies: et tibi et cui uoles adprobabis. Nec ad <sup>2</sup>  
<sup>20</sup> omnem rem publicam mittimus nec semper nec sine ullo

---

<sup>2</sup> excursionibus sic *Q V P Par.b.*, incurs- *Hense et alii ex p* ||  
<sup>5</sup> tempes *Q sed p supra vers.* || <sup>6</sup> malitia *Q V P Par.b* || <sup>9</sup> dicet  
 et 'dulce est' distinxit Buecheler, antea dicet 'et d. e.': *particu-*  
*lam delere malit* *Hense* | <sup>1 tam</sup> *Q cum vulg.*: tamen, *ut videtur*, *V*  
*pr.*, *quam scripturam praeferat* Buecheler || <sup>11</sup> hoc optabile sit non  
*Q V P Par.b.*, hoc optabile autem non *p*: quidni [hoc] opta-  
 bile sit? optabile autem non *vel* *Quidni?* optabile autem non *Haase*:  
*q. hoc opt. sit?* est autem non *Rossbach*, *q. hoc opt. putem?*  
 non *Hense*. *Scriptura, quam Q ac plerique alii codd. exhibent,*  
*retineri posse mihi videtur* || <sup>13</sup> *prest- Q*

<sup>18</sup> *pcepto Q et sic mox* || <sup>19</sup> *facias Q cum rell. codd.*, *facies Mu-*  
*retus* | *et tibi et Q cum V P Par.b.*: *et tibi hoc et coni. Hense, p*  
*duce* | *cum Q p V F*, *cui Buecheler*: *et te Zenoni, cum (pro et tibi*  
*con et ut scribit p) Madvig* || <sup>20</sup> *remp. Q pr. et sic mox* | *mit-*  
*timus nec Q cum vulg.*: *mittimus nos nec Aem. Hermes, sed*  
*objecum sapientem facile eruas ex seq. sapienti*

fine: praeterea, cum sapienti rem publicam ipso dignam dedimus, id est mundum, non est extra rem publicam, etiam si recesserit, immo fortasse relicto uno angulo in maiora atque ampliora transit et caelo inpositus intellegit, cum sellam aut tribunal ascenderet, quam humili loco 5 sederit. Depone hoc apud te, numquam plus agere sapientem, quam cum in conspectum eius diuina atque humana uenerunt. Nunc ad illud reuertor, quod suadere tibi cooperam, ut otium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam et quietem: aliud proposito 10 tuo nomen impone, ualitudinem et inbecillitatem uocato 4 et desidiam. Gloriari otio iners ambitio est. Animalia quaedam ne inueniri possint, uestigia sua circa ipsum cubile confundunt: idem tibi faciendum est, alioquin non deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, condita et abstrusa rimantur; furem signata sollicitant. Vile uidetur, quicquid patet: aperta effractarius praeterit. Hos mores habet populus, hos inperitissimus quisque: 5 in secreta inrumpere cupit. Optimum itaque est non iactare otium suum: iactandi autem genus est nimis 20 latere et a conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis non transit domus suae limen: conuocat turbam, quisquis

---

1 pret- Q | dignum Q pr. || 3 angulo Q sed o ex u || 4 in-  
sic Q p || 5 sellā Q sed lineolam super addidit m. rec. || 6 De-  
pono Q cum V Par.b aliis || 7 quācum Q cum V P: quam quom  
Hense | conspectu Q p V P Par.b || 10 phyl- Q | atqui etiam  
Q V P Par.b: atque etiam vulg., atque otium Schweighaeuser, aut  
quietem O. Rossbach. Scribere malo philosophiam et quietem  
(= philosophiae quietem), quam si sibi inscripsisset Lucilius, am-  
bitione vere laborasset: cf. infra gloriari otio cet. | aliquid Q, aliud  
vel aliut rell. codd. || 11 imp- sic Q | ualit- Q V | inbecillem Q  
P Par.b, inbecillitatem vulg.: inbecillitatem si vis Haase |  
uocato Q cum vulg., uoca Haase et Hense ex p || 12 optior iners  
Q, optior in ers p || 13 inuenire Q pr. || 14 alioquin sic Q V (n  
supra scr. V) || 15 persequantur Q cum vulg., semper sequantur  
Haase et Hense ex p || 17 pterit Q || 18 in- sic Q p || 22 neapolim  
inclusus Q, neapoli clusus P || 23 transit Q p P Par.b, transit  
Hense<sup>2</sup> | quis Q

otio suo aliquam fabulam imposuit. Cum secesseris, non 6  
 est hoc agendum, ut de te homines loquantur, sed ut  
 ipse tecum loquaris. Quid autem loqueris? quod homines  
 de aliis libentissime faciunt, de te apud te male existima:  
 5 adsuesces et dicere uerum et audire. Id autem maxime  
 tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet 7  
 sui quisque corporis uitia: itaque alius uomitu leuat sto-  
 machum, alias frequenti cibo fulcit, alius interposito  
 iejunio corpus exhaurit et purgat. Hi, quorum pedes dolor  
 10 repetit, aut uino aut balneo abstinent: in cetera negle-  
 gentes huic, a quo saepe infestantur, occurrunt. Sic in  
 animo nostro sunt quaedam quasi causariae partes,  
 quibus adhibenda curatio est. Quid in otio facio? ulcus 8  
 meum curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam  
 15 manum aut contracti cruris aridos neros, permitteres  
 mihi uno loco iacere et fouere morbum meum: maius  
 malum est hoc, quod non possum tibi ostendere: in pec-  
 tote ipso collectio et uomica est. Nolo nolo laudes, nolo  
 dicas: « o magnum uirum! contemptis omnia et damnatis  
 20 humanae uitae furoribus fugit. » Nihil damnaui nisi me.  
 Non est quod proficiendi causa uenire ad me uelis. Erras, 9  
 qui hinc aliquid auxilii speras: non medicus, sed aeger  
 fol. 66v  
 hic habitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: « ego istum  
 beatum hominem putabam et eruditum, erexeram aures:  
 25 destitutus sum, nihil uidi, nihil audiui, quod concupisce-  
 rem, ad quod reuerterer. » Si hoc sentis, si hoc loqueris, ali-

---

I imp- sic Q | non ē/hoc agendum Q cum p, non est agen-  
 dum hoc cell. vett., vulg. || 3 Quidaut loqueris Q cum V P  
 Par.b || 8 afrequenti sed a punct. Q || 9 hi Q cum vulg. || 10  
 balneo sic Q V P Par.b || 13 adhibenda Q sed ad supra vers. ||  
 14 etsi Q | ostenderim Q p | liuidam Q || 15 contract (c posterior  
 supr: vers.) icruris Q || 18 tuo Q V P Par.b: abiecit Muretus,  
 tumor corr. Schweighaeuser: rectius ipso Haase et Hense ex p  
 | nolo nolo laudes sic Q p V P Par.b O || 20 fuit Q | dampnaui Q  
 || 22 eger Q || 23 Malo illa cum Q cum vulg.: illa exp. Haase et  
 Hense ex p || 25 audiui Q cum vulg.: audiui Hense, duce Rossbachio,  
 ex p ubi laudi

quid profectum est: malo ignoscas otio meo quam inuidias. « Otium, inquis, Seneca, commendas mihi? ad Epicureas uoces dilaberis. » Otium tibi commendo, in quo maiora agas et pulchriora quam quae reliquisti: pulsare superbas potentiorum fore, digerere in litteram senes 5 orbos, plurimum in foro posse inuidiosa potentia ac breuis est et, si uerum aestimes, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quaesita per hoc dignitate, ille clientium turba. Est tanti ab omnibus uinci, dum a me fortuna uincatur: cuius turbae par esse non 10 possum, plus habet gratiae. Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi! utinam de uita beata non in conspectu mortis ageremus! Sed nunc quoque non moremur: multa enim, quae superuacua esse et inimica credituri fuimus rationi, nunc experientiae credimus. 15 13 Quod facere solent, qui serius exierunt et uolunt tempus celeritate reparare, calcar addamus. Haec aetas optime facit ad haec studia: iam despumauit, iam uitia primo ferore adulescentiae indomita lassauit; non multum su-

---

<sup>2</sup> comedes sed a supra e posteriore punct. Q<sup>1</sup> || 3 dilaberis Q Par.b || 4 que Q || 5 in litteram Q cum vulg.: in literas coni. Gruterus || 7 es times Q pr. || 8 antecedat Q pr. | per hoc sic Q p (o punct. p) V P Par.b, per haec ε || 10 cuiusturbae Q, similiter V P Par.b, cui in turba p. Haec verba et seqq. par — gratiae mendosa aut altiude invecta visu sunt viris doctis: Schweighaeuser uncis inclusit, alii omnino sustulerunt: post clientium turba collocanda esse putavit Pincianus, cui assentitur Hense, qui cui in turba expungere et illi clientium turba (pro ille cl. turba) scribere malit, haec adnolans 'sic aperta, opinor, interpolationis origo margini ut videtur olim adscriptae'. Sed illa verba eo, quo in libris sunt loco, rectius ab aliis servata esse opinor. Haase enuntiatum relativum cui in turba — non possum ad fortuna refert: Gemoll autem vocem ubi post possum addit sic interpungens vincatur. cui in turba p. e. non possum, ubi plus habet gratiae. Ad vulgatam redire malo: cuius turbae (= is, cui in turba) par esse non possum, plus habet (subaudi fateor) gratiae || 14 moramur Q cum plerisque codd.: corr. Erasmus<sup>1</sup> || 15 nunc Q sed i supra scr. Q<sup>1</sup> || 16 Quo Q pr., d supra scr. Q<sup>1</sup> | exierit Q sed i supra vers. add. m. rec. || 17 cael- Q || 18 disputauit Q p V P Par.b || 19 adol- Q

perest ut extinguat. « Et quando, inquis, tibi proderit <sup>14</sup> istud, quod in exitu discis, aut in quam rem? » In hanc, ut exeam melior. Non est tamen ut existimes ullam aetatem aptiorem esse ad bonam mentem quam quae se multis <sup>5</sup> experimentis, longa ac frequenti rerum paenitentia domuit, quae ad salutaria mitigatis affectibus uenit. Hoc est huius boni tempus: quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis peruenit. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**M**utare te loca et aliunde alio transilire nolo, pri- <sup>1</sup> Ep. LXIX.  
 mum quia tam frequens migratio instabilis animi est: coalescere otio non potest, nisi desit circumspicere et errare. Ut animum possis continere, primum corporis tui fugam siste. Deinde plurimum remedia continuata proficiunt: <sup>2</sup>   
<sup>15</sup> interrumpenda non est quies et uitiae prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos, sine aures adsuescere sanioribus uerbis: quotiens processeris, in ipso transitu aliqua, quae renouent cupiditates tuas, tibi occurrent. Quemadmo- <sup>3</sup>  
<sup>20</sup> dum ei, qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis, — nihil enim facilius quam

<sup>2</sup> dicas Q p V P Par.b, discis 5 || 3 ut Q, quod rell. libb. mss. et edd.: Quiriniani codicis scriptura non est....ut, raro quidem adhibita ad significandum 'non è il caso che, non v'è motivo che', Ciceronis vero ipsius exemplis freta (cf. pro Cael. 6,14; pro Mil. 13,35, al.), ut in usitatiorem locutionem non est.... quod a librariis mutaretur, facile factum esse suspicor || 5 rerum Q cum rell. libb. mss. et edd.: errorum coni. Gemoll, at non necessario | paenitentia domuit Q cum plerisque codd., patientia domuit vulg., paenitentia edomuit Haase et Hense ex p ubi penitentiae domuit. Praefero domuit, quod verbo simplici potius quam composito Seneca poetarum more uti solet || 6 aff- sic Q || 8 annis Q cum rell. libb. mss. et edd.: omnis coni. Gertz, l. o., p. 369

<sup>10</sup> in alium dealio Q cum vulg.: aliunde alio Hense, Haasio auctore, ex p P Par.b qui particulariter in omittunt || 12 desit Q p V P Par.b: desit Hense || 19. et Q p V P Par.b, ei 5

amor recrudescit, — ita qui deponere uult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, et oculos et aures ab his, quae reliquit, auertat. Cito rebellat adfectus: quo-  
 fol. 67<sup>r</sup><sup>4</sup> cumque se uerterit, pretium aliquod praesens occupatio-  
 nis suaे aspicet. Nullum sine auctoramento malum est: 5  
 auaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac uarias uoluptates, ambitio purpuram et plausum et ex hoc po-  
 tentiam et quicquid *potest* potentia. Mercede te uitia sollicitant: hic tibi gratis uiuendum est. Vix effici<sup>t</sup> toto  
 saeculo potest, ut uitia tam longa licentia tumida subigan-  
 tur et iugum accipient, nedum, si tam breue tempus interuallis discidimus. Vnam quamlibet rem uix ad perfec-  
 tum perducit assidua uigilia et intentio. Si me quidem uelis  
 audire, hoc meditare et exerce te ut mortem et excipias  
 et, si ita res suadebit, accersas: interest nihil, illa ad nos 15  
 ueniat an ad illam nos. Illud imperitissimi cuiusque uer-  
 bum falsum esse tibi ipse persuade: « bella res est mori sua  
 morte. » Nemo moritur nisi sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis  
 ex tuo tempore: nam quod relinquis, alienum est. VALE. 20

## SENECAE AD LVCILIVM

## LIBER VII EXPLICIT

---

i s. omniū rerū Q || 3 his Q Par.b vulg. | adfatus Q || 4 pres-  
 Q || 8 potentia Q V P Par.b, potentia potest vulg.: potest  
 potentia Hense. An quicquid ex potentia? || 11 s. tempus inter-  
 uallum discidimus (disced- corr. m. rec.) Q, similiter V P Par.b  
 (ubi discid-) p (ubi disced-). Varie emendatus est hic locus iam &  
 vett. libraria et edd. temporis intervallum discidimus aut tempus  
 ex intervallo (vel intervallo vel per intervallum vel per inter-  
 valla) discidimus (aut discindimus): seclusit tempus Haase: in-  
 terrallis caedimus corr. Madvig, cui adsenititur Hense. Malo scri-  
 bere tempus interuallis discidimus ex cod. Palatino-Romano 1549  
 sec. XIII fide Fickerti, et interpretor discidimus ex dis et cae-  
 dimus || 13 assid- sic Q Par.b | inter si et me duae litterae erasae Q  
 || 14 et exerce te Q, exerce te vulg., et exerce Hense ex p || 16 ueniat  
 Q sed a supra vers. || 18 Nemo — morte sic Q p, om. V P Par.b  
 vulg. | pret- Q || 19 cogitet sed s supra t extr. punct. Q

INCIPIT EIVSDEM LIBER VIII.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Post longum interuallum Pompeios tuos uidi: in 1 Ep. LXX.  
conspectum adulescentiae meae reductus sum. Quicquid illic  
5 iuuenis feceram, uidebar mihi facere adhuc posse et paulo  
ante fecisse. Praenauigauimus, Lucili, uitam et quemad- 2  
modum in mari, ut ait Vergilius noster, «terraeque urbesque  
recedunt», sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum  
pueritiam abscondimus, deinde adulescentiam, deinde  
10 quicquid est illud inter iuuenem et senem medium, in  
utriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis op-  
timos annos: nouissime incipit ostendi publicus finis  
generis humani. Scopulum esse illum putamus dementissi- 3  
mi: portus est, aliquando petendus, numquam recusandus,  
15 in quem si quis intra primos annos delatus est, non ma-  
gis queri debet quam qui cito nauigauit. Alium enim, ut  
scis, uenti segnes ludunt ac detinent et tranquillitatis  
lentissimae taedio lassant, alium pertinax fatus celerrime

---

Eadem libri inscriptio in Q et p (LIB. - EXPLC. - LBR p),  
titulum et salutationis formulam omittunt V P Par.b, sed in V tres  
versus scriptura vacant, quod spatium libri initio signando destina-  
tum fuisse recte suspicatur Hense, Berl. philol. Wochenschr. 1914,  
p. 125 | SENECA in priore inscriptionis parte Q p || 1 LIB VIII  
Q || 4 adol- Q || 6 Preauigamus Q cum nonnullis s | quemamm-  
Q pr. || 7 uirg- Q P Par.b V corr. | terreq; Q || 8 occurso  
(pro hoc cursu) Q P Par.b || 9 adol- Q || 10 quicq- sic Q P  
Par.b || 11 s. optimos Q || 14 portus Q sed 1 supra vers. || 15 di-  
latus Q p Par.b alii || 16 quaeri Q || 18 lentissime Q | ted- Q

4 perfert. Idem euenire nobis puta: alios uita uelocissime adduxit, quo ueniendum erat etiam cunctantibus, alios macerauit et coxit. Quae, *ut* scis, non semper retinenda est: non enim uiuere bonum est, sed bene uiuere. Itaque sapiens uiuet, quantum debet, non quantum potest: uidebit ubi uicturus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus.

*fol. 67<sup>v</sup>* 5 Cogitat semper, || qualis uita, non quanta sit: [sit] si multa occurunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se. Nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illic desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius: non tamquam de magno detimento timet. Nemo multum 6 ex stillicidio potest perdere. Citius mori aut tardius ad rem non pertinet, bene mori aut male ad rem pertinet: bene autem mori est effugere male uiuendi periculum. Itaque effeminatissimam uocem illius Rhodii existimo, qui cum in caueam coniectus esset a tyranno et tamquam ferum aliquod animal aleretur, suadenti cuidam, ut abstineret cibo: « omnia, inquit, homini, dum uiuit, speranda sunt. » 20

7 Vt sit hoc uerum, non omni pretio uita emenda est. Quaedam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi

---

3 *ut om. Q p* || 5 *uiuet Q p V cod. Rehdiger. I: hanc scripturam commendat p[ro]ae vulg. uiuit sequens fut. videbit, post quod oratio redit ad tempus p[ro]aes. cogitat Q | Sit simulata Q cum p, si simulata V P Par.b alii, si multa pauci ε vulg.: sed simul atque Haase, simulac Rossbach, Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 495. Vulgatam scripturam p[ro]fero, quia multa molesta et tranquillitatem turbantia efficiunt necessitatem ultimam de qua mox loquitur Seneca sententiam corrigens et amplificans || 11 illo Q cum rell. codd.: illo die Muretus, illico Madvig, cito vel potius ideo, ut coni. C. Brakmann, scribere mavult Hense, cui illico suspectum est ut ab Annaeano sermone alienum: scribo illic eodem sensu quo in ep. 95, 2 || 12 incipiat Q || 14 stillicidie Q V P || 15 ptinet. Non Q pr., similiter p, sed nō super add. ante ptinet m. rec. Q || 16 uinendo periculo Q pr. || 17 effeminex effemen- Q || 18 coniectus sic Q P Par.b recte | atyr/ranno Q || 19 Suadendiquidem Q || 22 adillaturpi Q pr. cum vulg., adillaturpis (s supra vers.) corr. m. rec.*

infirmitatis confessione non ueniam: ego cogitem in eo,  
 qui uiuit, omnia posse fortunam, potius quam cogitem  
 in eo, qui scit mori, nil posse fortunam? Aliquando tamen,<sup>8</sup>  
 etiam si certa mors instabit et destinatum sibi supplicium  
<sup>5</sup> sciet, non commodabit poenae suae *mānūm*: sibi commo-  
 daret. Stultitia est timore mortis mori: uenit qui occidat,  
 expecta. Quid occupas? quare suscips alienae crudelitatis  
 procriptionem? utrum inuides carnifici tuo an parcis?  
 Socrates potuit abstinentia finire uitam et inedia potius<sup>9</sup>  
<sup>10</sup> quam uenero mori: triginta tamen dies in carcere et *in*  
 expectatione mortis exegit, non hoc animo tamquam *omnīa*  
 fieri possent, tamquam multas spes tam longum tempus  
 ricerperet, sed ut p̄aeberet se legibus, ut fruendum  
 amicis extrellum Socraten daret. Quid erat stultius quam  
<sup>15</sup> mortem contemnere, uenenum timere? Scribonia, grauis<sup>10</sup>  
 femina, amita Drusi Libonis fuit, adolescentis tam stolidi  
 quam nobilis, maiora sperantis quam illo saeculo quisquam  
 sperare poterat aut ipse ullo. Cum aeger a senatu in lectica  
 relatus esset non sane frequentibus exequiis, — omnes enim  
<sup>20</sup> necessarii deseruerant impie iam non reum, sed funus, —  
 habere coepit consilium, utrum concisceret mortem an  
 expectaret. Cui Scribonia: « quid te, inquit, deflectat alienum

<sup>1</sup> confessionē Q | fiueniā ex inueniā Q | cognitē Q pr. et sic  
*infra* || 4 destitutam sed n supra t alteram puncti. Q || 5 cōmen-  
 dauit Q cum p ubi commend- | sibi commodaret om. vulg.  
 || 6 timere Q | mortē ex mortis corr. m. rec. Q || 7 suscips ex  
 suspicis corr. ead. m. Q | aliene Q || 8 carnificatio (ca puncti.) tuo  
 Q || 9 inedia Q || 10 in om. ante exp. Q || 13 preb. Q || 14 stul-  
 tius Q sed l supra vers. || 15 contempn. Q | timere ex timore ead.  
 m. Q || 16 amit adrusili bonis Q | adol. Q | solidi Q cum plerisque  
 codd., sordidi unus 5: corr. Torrentius || 18 assenatu Q || 19 rela-  
 xatus sed ax punct. Q | exsequi studi is Q, exequiis vel exse-  
 quiis vel exsequiis codd. vett., obsequiis duo 5 fide Fickerti. Qui-  
 riniani scripturam esse interpolatam immisso glossemate studiis ad  
 declarandum vocabulum exsequiis audacter hic adhibitum Hense  
 monet in Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 636. An praestat cor-  
 rigere exsequentium studiis? || 20 deseruerant sed i punct. Q |  
 impiae Q | funus sic Q p P recte || 21 concisceret Q

negotium agere? » Non persuasit illi: manus sibi attulit  
 nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici  
 11 moriturus arbitrio si uiuit, alienum negotium agit. Non  
 possis itaque de re in uniuersum pronuntiare, cum mortem  
 fol. 68<sup>r</sup> uis externa denuntiat, occupanda sit an exspectanda: 5  
 multa enim sunt, quae in utramque partem trahere possunt.  
 Si altera mors cum tormento, altera simplex et facilis est,  
 quidni huic inicienda sit manus? Quemadmodum nauem  
 eligam nauigaturus et domum habitaturus, sic mortem  
 12 exiturus e uita. Praeterea quemadmodum non utique melior 10  
 est longior uita, sic peior est utique mors longior. In nulla  
 re magis quam in morte morem animo gerere debemus.  
 Exeat, qua impetum cepit: siue ferrum appetit siue la-  
 queum siue aliquam potionem uenas occupantem, pergit  
 et uincula seruitutis abrumpat. Vitam et aliis approbare 15  
 13 quisque debet. mortem sibi: optima est, quae placet. Stulte  
 haec cogitantur: « aliquis dicet me parum fortiter fecisse,  
 aliquis nimis temere, aliquis fuisse aliquod genus mortis  
 animosius. » Vis tu cogitare id in manibus esse consilium,  
 ad quod fama non pertinet! Hoc unum intuere, ut te 20  
 fortunae quam celerrime eripias: alioquin aderunt, qui de  
 14 facto tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapien-  
 tiam, qui uim afferendam uitae suae negent et nefas iu-  
 dicent ipsum interemptorem sui fieri: exspectandum esse

---

1 agere supra add. ead. m. Q | psuascit, c punct. Q || 4 pronun-  
 tiaret sed t extr. punct. Q || 5 uix Q | exst- Q | exsp- sic Q  
 || 8 sit Q sed t in ras. | Quem/amn- Q || 10 et (ante uita) sed t  
 punct. Q | quēamm- Q || 11 longior/mors Q || 12 immortē morte Q  
 || 13 coepit Q | Siue (ante ferrum) Q sed ue supra vers. | appetit Q  
 sed petit in ras. || 14 aliquam ex aliquem corr. Q<sup>a</sup> || 15 appr- sic  
 Q P Par.b || 16 optima est quae Q cum vulg., est om. V P Par.b  
 || 17 fortiter Q sed titer ex corr. || 18 aliquid Q p V, aliquid P, ali-  
 quis Par.b || 21 eripies sed a supra e poster. punct. ead. m. Q | alioquin  
 Q sed o supra vers. || 22 s. professos sapientiam ex professes sa-  
 pientem corr. ead. m. Q || 23 aff- sic Q | uite Q || 24 ipsū supra vers.  
 add. ead. m. Q | fieri ex fieri corr. ead. m. Q | Exspectanoum  
 esse exitum Q cum V P Par.b

exitum, quem natura decreuit. Hoc qui dicit, non uidet se libertatis uiam cludere. Nihil melius aeterna lex fecit, quam quod unum introitum nobis ad uitam dedit, exitus multos. Ego exspectem uel morbi crudelitatem uel hominis, 15  
 5 cum possim per media exire tormenta et aduersa discutere? Hoc est unum, cur de uita non possimus queri: neminem tenet. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi uitio suo miser est. Placet, uiue: non placet, licet eo reuerti unde uenisti. Vt dolorem capit is leuares, sanguine 16  
 10 nem saepe misisti: ad extenuandum corpus uena percutitur. Non opus est uasto uulnere diuidere praecordia: scalpelio aperitur ad illam magnam libertatem uia et puncto securitas constat. Quid ergo est, quod nos facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat quandoque 17  
 15 sibi ex hoc domicilio exeundum: sic ueteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus habita. Propone tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius meditatio rei tam necessaria est: 18  
 20 alia enim fortasse exercentur in superuacuum. Aduersus paupertatem praeparatus est animus: permansere diuitiae. Ad contemptum nos doloris armauimus: numquam a 25 nobis exiget huius uirtutis experimentum integri ac sani

---

2 se Q V, sed aut si rell. vett. codd. | Nihil Q cum V<sup>a</sup>P  
 Par. b. nil p || 4 exsp. sic Q || 6 possimus Q, ut Erasmus<sup>2</sup>: posse-  
 mus aut possumus rell. vett. codd. | quare Q V || 7 humane  
 Q || 8 placet utiuuet Q, similiter p ubi uiue || 9 leuares ex lau-  
 corr. ead. m. Q || 10 sepmisisti Q, similiter p P || 11 pcordia Q || 12  
 magna coni. Castiglioni || 17 post liber esse duae litterae erasae,  
 for. et Q || 19 s. quem amm- Q pr. || 21 Nullius meditatio  
 rei Q, nullius rei meditatio rell. libb. mss. et edd.: Quiriniani  
 scripturam praefero, qua hyperbaton ad Seneca stilum apte quadrans  
 efficitur | tam ex tamen radendo Q || 22 in supra vers. add. ead.  
 m. Q || 23 pparatus Q || 24 numq. sic Q || 25 exiget Q cum vulg.,  
 exiget (quod iam coniecerat Pincianus) Haase et Hense ex p

felicitas corporis. Vt fortiter amissorum desideria pa-  
 fol. 68 teremur, praeceperimus nobis: omnes, || quos amabamus,  
 superstites fortuna seruauit. Huius unius rei usum qui  
 19 exigat dies, ueniet. Non est quod existimes magnis tantum  
 uiris hoc robur fuisse, quo seruitutis humanae claustra  
 perrumperent; non est quod iudices hoc fieri nisi a Cato-  
 ne non posse, qui quam ferro non emiserat animam, manu  
 extraxit: uilissimae sortis homines ingenti impetu in tu-  
 tum euaserunt, cumque e commodo mori non licuisset.  
 nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obuia  
 quaeque rapuerunt et quae natura non erant noxia, ui  
 20 sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e Ger-  
 manis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit  
 ad exonerandum corpus: nullum aliud illi dabatur sine cu-  
 stode secretum: ibi lignum id, quod ad emundanda obsce-  
 na adhaerente spongia positum est, totum in gulam far-  
 sit et ui praecclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti  
 contumeliam facere. Ita prorsus: parum mente et parum  
 21 decenter: quid est stultius quam fastidiose mori? O ui-  
 rum fortem, o dignum, cui fati daretur electio! quam  
 fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundam  
 se altitudinem maris aut abscisae rupis immisisset! Vnde  
 que destitutus inuenit, quemadmodum et mortem sibi  
 deberet et telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in

2 Prec- Q || 4 ex/citat Q cum vett. codd. | tantū ex tam ead.  
 m. Q || 5 uiribus Q | quod seruitutis Q | humane Q || 7 quic-  
 quam sed c punct. Q || 8 cū (ex cui) uilissimesortis homines Q,  
 cum vilissimae s. h. vulg.: cum om. p (ubi hutilissime) Haase et  
 Hense recte, quoniam particula propter seq. cumque immissa appa-  
 ret, unde factum est ut euaserint (sic Q V P Par.b) vel euaserit  
 (sic p) scriberetur pro euaserit quem indicativum restituit Haase  
 || 9 cumq; incommodo Q cum p, cumque commodo vulg.: corr.  
 Hense, praeiente C. F. G. Muellero || 11 erant Q sed n supra vers.  
 || 10 adherentē Q || 17 in pclusis Q, similiter V P Par.b, i preclusis  
 q cum alis s: vi praecclusis vulg., vi secl. Haase, interclusis scripsit  
 Hense || 18 mundē Q || 20 diretur sed a supra i punct. Q | electio  
 (o supra vers.) flecti Q || 21 pro/fundum sed a supra u extr. Q  
 || 22 abscisse Q || 23 quemamn- Q pr. || 24 deberet Q cum rell. codd.  
 Varie emendarunt viri docti, inter quos Schweighaeuser exspectabat

mora esse quam uelle. Existimetur de facto hominis acer-  
 rimi, ut cuique uisum erit, dum hoc constet, paeferendam  
 esse spurcissimam mortem seruituti mundissimae. Quon- 22  
 iam coepi sordidis exemplis uti, perseuerabo: plus enim  
 5 a se quisque exiget, si uiderit hanc rem etiam a contem-  
 ptissimis posse contemni. Catones Scipionesque et alias,  
 quos audire cum admiratione consueuimus, supra imita-  
 tionem positos putamus: iam ego istam uirtutem habere  
 tam multa exempla in ludo bestiario quam in ducibus belli  
 10 ciuilis ostendam. Cum adueheretur nuper inter custodias 23  
 quidam ad matutinum spectaculum missus, tamquam  
 somno premente nutaret, caput usque eo demisit, donec  
 radiis insereret, et tamdiu se in sedili suo tenuit, donec  
 ceruicem circumactu rotae frangeret: eodem uehiculo, quo  
 15 ad poenam ferebatur, effugit. Nihil obstat erumpere et 24  
 exire cupienti: in aperto nos natura custodit. Cui per-  
 mittit necessitas sua, circumspiciat exitum mollem; cui  
 ad manum || plura sunt, per quae sese adserat, is dilec- fol. 69r  
 tum agat et qua potissimum liberetur, consideret: cui  
 20 difficilis occasio est, is proximam quamque pro optima  
 arripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mor-  
 tem ingenium, cui non defuerit animus. Vides, quemadmo- 25  
 dum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit  
 dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille

---

daret aut pararet, *Buecheler coni.* praeberet, *Hense* deferret, *Guil.*  
*Gemoll corr.* invenit, quandoquidem mortem sibi deberet, et  
 telum. At librorum scripturam haud mutandam putaverim, cum  
 enuntiati sententia haec sit undique (scil. ab omnibus) destitutus  
 invenit, quemadmodum et mortem et telum, id est instrumentum  
 evadendi in tutum, sibi deberet (scil. sibi acceptum referret)  
 || 2 preferendum Q p || 3 mundissime Q || 5 s. etiā/a contemptissimis  
 sic Q cum vulg. || 6 contempnī Q p V || 9 s. belliciuilis ex becili-  
 liuiliis corr. ead m. Q || 12 dimisit Q || 14 uehi iculo Q || 15 erum-  
 pere supra vers. add. ead. m. Q || 18 s. dilectum Q pr., del-  
 corr. m. rec. || 19 considerat cui Q: fort. consideret: at cui ut  
 coni. O. Rossbach || 20 si (pro is) Q p | quāq; ex quaeq; Q || 21 ar-  
 ripiat Q sed ri supra vers. || 22 s. quemamm- Q || 23 illos Q  
*Par.b et pr. V*

uir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperauit,  
sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla pro-  
26 misi. Secundo naumachiae spectaculo unus e barbaris  
lanceam, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo  
suo mersit. « Quare, quare, inquit, non omne tormentum,  
omne ludibriū iamdudum effugio? quare ego mortem ar-  
matus exspecto? » Tanto hoc speciosius spectaculum fuit,  
quanto honestius mori discunt homines quam occidere.  
27 Quid ergo? quod animi perdit quodque noxiosi habent,  
non habebunt illi, quos aduersus hos casus instruxit longa  
meditatio et magistra rerum omnium ratio? Illa nos do-  
cet fati uarios esse accessus, finem eundem, nihil autem  
28 interesse, unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio  
monet, ut scilicet moriaris quemadmodum potes et quic-  
quid obuenerit, ad uim adferendam tibi inuadas. Iniu-  
riosum est rapto uiuere, at contra pulcherrimum mori  
rapto. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**Ep. LXXI. i** Subinde me de rebus singulis consulis oblitus uasto  
nos mari diuidi. Cum magna pars consilii sit in tempore, 20  
necesse est euenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te per-  
feratur sententia mea, cum iam contraria potior est.

---

i tantum non *Q* || 3 secunda *Q pr.* || 5 Quarequare *Q cum p*  
*V Hense*, quare semel *P Par.b vulg.* | inquis *Q V P Par.b* || 7  
exsp- sic *Q* || 8 discunt *Q sed s supra vers.* || 9 quoq; *Q cum p*  
*P Par.b* | noxios si *Q* || 14 scilicet sic *Q p alii*, si licet *vulg.* |  
Post moriaris addunt s sine dolore: sin autem non potes (*aut*  
potest), fac: *Schweighaeuser coni.* ut, si licet, moriaris quemad-  
modum placet: sin autem non, quemadmodum potes, *ad quam*  
*emendationem accedit Hense, qui tamen si minus pro sin autem non*  
*exempli causa proponit. Fickero autem, qui ipsum scilicet recte su-*  
*spectat, in s additamentum ortum inde esse videtur, 'quod librariorum*  
*quidam, cum scilicet pro si licet accepisset, mancum esse locum pu-*  
*tavit et de ingenio supplevit' (I p. 294)* || 16 ad *Q pr. cum V*  
20 consilii sit *Q vulg.*: consili sit *coni.* *Hense* (consiliisti *p*)

Consilia enim rebus aptantur: res nostrae feruntur, immo uoluuntur: ergo consilium nasci sub diem debet. Et hoc quoque nimis tardum est: sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum autem inueniatur, ostendam.

5 Quotiens, quid fugiendum sit aut quid petendum, uoles scire, ad summum bonum, propositum totius uitae tuae, respice. Illi enim consentire debet, quicquid agimus: non disponet singula, nisi cui iam uitae suae summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores,

10 similitudinem reddet, nisi iam constat, quid uelit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus uitae omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille,

15 qui sagittam || uult mittere, et tunc dirigere ac moderari fol. 69<sup>v</sup> manu telum: errant consilia nostra, quia non habent,

20 quo dirigantur. Ignoranti, quem portum petat, nullus suus uentus est. Necesse est multum in uita nostra casus possit, quia uiuimus casu. Quibusdam autem euenit, ut quaedam

25 scire se nesciant: quemadmodum quaerimus saepe eos, cum quibus stamus, ita plerumque finem summi boni ignoramus adpositum. Nec multis uerbis nec circumitu longo, quod sit summum bonum, colliges: digito, ut ita dicam, demonstrandum est nec in multa spargendum.

Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere? cum possis dicere: «summum bonum est, quod honestum est»

30 et quod magis admireris, « unum bonum est, quod honestum est, cetera falsa et adulterina bona sunt ». Hoc si persuaseris tibi et uirtutem adamaueris, — amare enim parum est, — quicquid illa contigerit, id tibi, qualecumque aliis uidebitur, faustum felixque erit. Et torqueri, si modo

<sup>2</sup> et *Q vulg.*, super add. *m. rec. in q, secl. Haase* || <sup>3</sup> nimis tardum est *sic Q p* | sub manu quoq; quod *Q* || <sup>5</sup> Quoties *Q pr.* || <sup>6</sup> bonū et *Q cum V P Par. b vulg.* || <sup>13</sup> & (*ante tunc*) *supra scr. Q* | dirigere ac moderari *Q* || <sup>15</sup> dirig- *sic Q cum rell. codd.*: derig- *Hense sicut antea* derigere || <sup>18</sup> sepe *Q* || <sup>20</sup> circumitu *Q pr.*, in *exp. m. rec.* || <sup>21</sup> colligis *Q cum rell. codd.*: colliges *vulgo edd. ex Mureti emendatione*, colligas *scr. Schweighaeuser* || <sup>28</sup> contingere *Q et pr. V*

iacueris ipso torquente securior, et aegrotare, si non male dixeris fortunae, si non cesseris morbo, omnia denique, quae ceteris uidentur mala, et mansuescent et in bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat, nihil esse bonum nisi honestum: et omnia incommoda suo iure bona s 6 uocabuntur, quae modo uirtus honestauerit. Multis uide-  
mum maiora promittere quam recipit humana condicio, non immerito: ad corpus enim respiciunt. Reuertantur ad animum: iam hominem deo metientur. Erige te, Lucili uirorum optime, et relinque istum ludum littera- 10 rum philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas uocant, qui animum minuta docendo demittunt et conterunt. Fies similis illis, qui inuenerunt ista, non qui docent et id agunt, ut philosophia potius difficilis quam 7 magna uideatur. Socrates [qui] totam philosophiam reuo- 15 cauit ad mores et hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere. Sequere itaque illos, si quid apud te habeo auctoritatis, ut sis beatus, et te alicui stultum uideri sine. Quisquis uolet, tibi contumeliam faciat et iniu-

---

3 mansuescent Q || 4 habibunt sed h punct. Q | ille minueris Q pr. cum p P, illa eminueris corr. Q<sup>1</sup> || 7 conditio ex conuictio ut videtur Q || 9 metientur sic Q Par.b recte || 10 s. litterarum Q || 11 phyl- Q || 12 animam Q p || 13 dissimiles (pro fies similis) Q || 14 phyl- Q et sic mox || 15 uideatur socrates] hic desinit p, ut adnotat Hense | qui Q cum rell. codd., secl. Haase. Librorum autem scrip- tura Socrates qui — sequere inquit illos cet. virorum doctorum acumen magnopere exercuit, hac praecipue de causa quod illos ad praeced. illis qui invenerunt ista referendum ideoque verba sequere ....illos cet. non Socrati qui ipse esset inter illos, sed Senecae tribuenda esse viderunt: cf. edd. et Ioh. Muelierum qui non modo ablegat qui Haasio duce, sed addit etiam haec (scil. sapientia) ante sequere, sic interpungens Socrates totam philosophiam — distinguere. haec, sequere, inquit, illos, si quid apud te habeo auctoritatis. ut sis beatus et te alicui stultum videri sine (Krit. Stud. zu d. Brief. Senecas, 1897, p. 13 s.). Hunc locum haud satis ad liquidum perductum iure putavit Schweighaeuser: fortasse, qui retento, suppleri potest ut ante Socrates qui memoratur ut insigne exemplum illorum qui invenerunt ista. Ruhkopfio autem duce scribo itaque pro inquit, ita ut tota oratio Senecae quadret || 16 bonam Q || 17 inquit Q cum rell. vett., inquam cod. Rehdig. I || 18 s. uiderit Q

riam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus. Si uis, inquam, beatus esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc nemo praestabit, nisi qui omnia prior ipse contempserit, nisi qui omnia  
 s bona exaequaerit, quia nec bonum sine honesto est et honestum in omnibus par est. « Quid ergo? nihil interest 8 inter praeturam Catonis et repulsam? nihil interest, utrum Pharsalica acie Cato uincatur an uincat? hoc eius bonum, quo uictis partibus non potest uinci, par erat illi bono,  
 10 quo uictor rediret in patriam et componeret pacem? » || Quidni par sit? eadem enim uirtute et mala fortuna fol. 70r uincitur et ordinatur bona: uirtus autem non potest maior aut minor fieri: unius statura est. « Sed Cn. Pompeius 9 amittet exercitum, sed illud pulcherrimum rei p. praetextum, optimates, et prima acies Pompeianarum partium, senatus ferens arma, uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum dissiliat orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. Ne hoc quidem miserae rei p. contingat, semel ruere. »  
 20 Omnia licet fiant: Iubam in regno suo non locorum notitia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima, Vticensium quoque fides malis fracta deficiat et Scipio-

---

2 inquit *Q* cum rell. codd.: inquam *Pincianus* quem sequor ita ut *Senecae* haec quoque sint || 3 prest- *Q* | nisiquiomapriori secon-  
 tēperit, nisiquiom̄ bona exequauerit *Q*. Verba nisi qui — contempserit unus *Q* exhibet eaque leviter immutata (prior ipse pro priori se) aptissime ad sententiam quadrare et ego iam monui (Riv. di filol. XLII 1914, p. 26 s.) et Rossbach (Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 492, adn. 2) et Hense (ib. p. 605) assenserunt || 5 honesto ex honestum corr. m. rec. *Q* || 6 par par *Q* pr. || 6-10 verba Quid — pacem? interlocutori recte dedit Hense || 7 pret- *Q* et sic infra || 8 aciae *Q* || 9 erat *Q* cum rell. codd.: erit Madvig || 13 sed ante Cn. Pompeius om. Muretus et Madvig: sed etiam ante illud om. Muretus (qui scr. ille... praetextus), et corr. Madvig. At haec adversarii esse verba recte adnotat Hense | caesar naso (pro Cn.) *Q* || 14 s. rei (om. p.) p̄textum *Q* || 15 primacies *Q* || 18 egypto *Q* || 19 miser *Q* | rei p. sed post p. spatiū vacūm *Q* et sic infra, § 12 || 21 abstinentia sed o supra a punct. *Q*

nem in Africa nominis sui fortuna destituat: olim prouisum est, ne quid Cato detrimenti caperet. « *Victus est tamen.* » Et hoc numera inter repulsas Catonis: tam magno animo feret aliquid sibi ad uictoriam quam ad praeturam obstitisse. Quo die repulsus est, lusit, qua nocte peritus fuit, legit: eodem loco habuit praetura et uita excidere; omnia, quae acciderent, ferenda esse persuaserat sibi.

12 Quidni ille mutationem rei p. forti et aequo pateretur animo? quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non caelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamuis deo agente ducatur: non semper tenebit hunc ordinem, sed illum de hoc cursu aliquis dies deicet.

13 Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingui. Quaecumque supra nos uides currere et haec, quibus innixi atque inpositi sumus ueluti solidissimis, carpentur ac desinent: nulli non senectus sua est. Inaequalibus ista spatiis eodem natura dimittet: quicquid est,

14 non erit, nec peribit, sed resoluetur. Nobis solui perire est: proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixerit: alioquin fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret, *ut* omnia illa, sic uitam mortemque per uices ire et composita dissolui, dis-

---

<sup>4</sup> feret aliquid sibi *sic Q V Par.b vulg.* || 7 pferenda *Q*, ferenda  
rell. libb. mss. et edd.: *Quiriniani scripturam* preferenda (= patien-  
ter, magno animo ferenda) potiorem haberem, nisi, ut recte animad-  
verit Hense (*Berl. phil. Wochenschr.* 1914, p. 637), *praepositio per*  
*ex seq.* persuaserat *iterata appareret* || 8 eq- *Q* || 9 quidem enī *Q*  
| Non terra, non caelum. Totus (non *exp.*) hic r. o. contextus,  
quamvis d. a. ducatur, non s. t. h. o. scribendum suspicatur  
*Madvig* || 12 de *Q unus*, *quae particula magis quam vulg.* ex *cum verbo*  
*deicet convenit* || 14 nosupranos sed prius no puncti. *Q* || 15 immixti  
*Q* cum vett. codd., innixi & quam *scripturam recte praeférunt cum*  
*alii inde ab Erasmo tum Guil. Gemoll* (*Adn. cr. in L. A. Sen. epp.*  
*morales*, 1886, p. 2) || 17 dimittet *Q* cum edit. *Mentelini*, dimittit  
aut demittit *vulg.*: *futurum ad sententiam aptius quadrare videtur*  
|| 20 hebes *Q pr.*, hebes *Q<sup>3</sup>* | addixerit *Q pr.*, -rat corr. m. rec. | alio-  
quin *sic Q* || 21 suorumque *ex -qua Q* | *ut add. Haase*: omnia illa  
*sic in vitam vulg.*, o. i. *sicut vitam P. Hauck ex 5* || 22 p (ante uices)  
*supra vers. Q*

soluta conponi, in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei uerti. Itaque ut M. Cato, cum aeuum animo 15 percucurrerit, dicet: « omne humanum genus, quodque est quodque erit, morte damnatum est: omnes, quae usquam 5 rerum potiuntur urbes quaeque alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliquando quaeretur et uario exitii genere tollentur: alias destruent bella, alias desidia paxque ad inertiam uersa consumet et magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos 10 repentina maris inundatio abscondet || aut in subitam cauer- fol. 70<sup>v</sup> nam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo quare indigner aut doleam, si exiguo momento publica fata prae- cedo? » Magnus animus deo pareat et quicquid lex uniuersi 16 iubet, sine cunctatione patiatur: aut in meliorem emittitur 15 uitam lucidius tranquillusque inter diuina mansurus aut certe sine ullo futurus incommodo sui naturae remiscebitur et reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita quam mors honesta, quoniam non intenditur uirtus. Idem esse dicebat Socrates uerita- 20 tem et uirtutem. Quomodo illa non crescit, sic ne uirtus quidem: habet numeros suos, plena est. Non est itaque 17 quod mireris paria esse bona, et quae ex proposito sumenda sunt et quae si ita res tulit. Nam si hanc inaequalitatem receperis, ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, 25 numerabis etiam in malis, et infelicem Socraten dices in carcere, infelicem Catonem uulnera sua animosius quam

<sup>1</sup> comp- sic *Q* || <sup>2</sup> deuerti *Q* | magister cato *Q* | eu- *Q* || <sup>3</sup> pcu- currerit dicet sic *Q* *V* recte || <sup>4</sup> dampn- *Q* | Oīnsq; (*pro* omnes quae) *Q* || <sup>5</sup> urbesq; quae *Q* || <sup>6</sup> quaeretur *Q* *pr.*, -rētur corr. *m. rec.* || <sup>7</sup> exilii *Q* *P* *Par.b*, exitii <sup>5</sup> || <sup>10</sup> repentina *Q* *V* *P* *Par.b* || <sup>12</sup> indigner *Q* sed n altera supra vers. | facta sed c punct. *Q* | prec- *Q* || <sup>13</sup> uniuersis *Q* || <sup>14</sup> cunctat- *Q* || <sup>16</sup> si *Q* cum plerisque codd., suae vulg.: sinu Chatelain, sui (*ex incommodo pendens*) Guil. Gemoll., sic Castiglione | naturae *Q* *V* vulg. || <sup>17</sup> magister (*pro* M.) *Q* *pr.*, magistri corr. *m. rec.* || <sup>18</sup> Qm *Q* || <sup>20</sup> quod (*pro* quomodo) *Q* || <sup>23</sup> si ita *Q* *Par.b* *M*, similiter *V*, subita <sup>5</sup> || ineq- *Q* *pr.* || <sup>24</sup> et/fortiter *Q* *V* *P*

fecerat retractantem, calamitosissimum omnium Regulum fidei poenas etiam hostibus seruatae pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem, ausus est: negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum.

18 Academici ueteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum nec ad plenum, quod nullo modo potest recipi: nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum *bonum* est, supra se gradum non habet, si modo illi uirtus inest, si illam aduersa non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolmis: manet autem. Virtutem enim intellego animosam et excelsam, quam incitat quicquid infestat. Hunc animum, quem saepe induunt generosae indolis iuuenes, quos aliquius honestae rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia [non] infundet et tradet: persuadebit unum bonum esse, quod honestum: hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regulam, qua rectum probari solet, flectes. Quicquid ex illa mutaueris,

19 iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus: et haec recta est, flexuram non recipit: rigidari, quid amplius intendi potest? Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, ne quae ab illa quidem fiunt, alia aliis rectiora sunt: huic enim necesse est

---

5 Achad- *Q V P* || 7 nisi beatus (*om. est*) vel nisi beatus qui est *coni.* Gertz (*Mélanges Graux*, 1884, p. 369 s.) || 8 bonum *om.* *Q V* || 9 illā *lineolam add.* *Q<sup>2</sup>* || 10 sed manet *Q V P Par.b* | cūmin- *Q* | incolomis *Q V P* || 12 inest. Ad (*pro infestat*) *Q* || 13 quā *Q V P* | sepe *Q* | generose *Q* || 14 honeste *Q* || 15 contēpn- *Q* | sapientia non infundet *Q V P Par.b alii*, sapientia infundet *vulg.*: sapientia nobis i. *coni.* Chatelain || 20 s. rigidari quidem amplius intendipotest *Q*, similiter *V Par.b*: rigidari quidem amplius potest intendi non potest *corr.* *Q<sup>2</sup>* et sic legitur in ed. Mentelini, ad quam scripturam leviter commutatam accedunt Schweighaeuser (rigidari quidem potest, amplius intendi non potest), Fickert et Haase (rigidari quidem, amplius i. n. p.): rigidari, quid amplius intendi potest? Hense ex *P* et ex *Buecheleri distinctione*, quam emendationem probo, cum quid amplius per trajectiōnēm collocatum sit post rigidari || 22 necquae *Q cum vulg.*: ne quae Haase | ab illa quidem fiunt *Q cum vulg.*, a. i. fiunt quidem Hense ex *P*

respondeant: ita paria sunt. « Quid ergo? inquis, iacere 21  
 in conuiuio et torqueri paria sunt? » Hoc mirum uidetur  
 tibi? illud licet magis admireris: iacere in conuiuio malum  
 est, iacere in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc  
 honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia, sed 22  
 uirtus: haec ubicumque apparuit, omnia eiusdem men- fol. 71r  
 surae ac pretii sunt. In oculos nunc mihi manus intentat 22  
 ille, qui omnium animum aestimat ex suo, quod dicam  
 paria bona esse honeste iudicanti [quod dicam paria bona  
 esse] eius, qui triumphat, et eius, qui ante currum uehitur  
 inuictus animo. Non putant enim fieri, quicquid facere non  
 possunt: ex infirmitate sua ferunt de uirtute sententiam.  
 Quid miraris, si uri, uulnerari, occidi, alligari iuuat, ali- 23  
 quando etiam libet? Luxurioso frugalitas poena est,  
 15 pigro supplicii loco labor est, delicatus miseretur indu-  
 strii, desidioso studere torqueri est: eodem modo haec,  
 ad quae omnes inbecilli sumus, dura atque intoleranda  
 credimus, oblieti, quam multis tormentum sit uino carere  
 aut prima luce excitari. Non ista difficultia sunt natura,  
 20 sed nos fluundi et enerues. Magno animo de rebus magnis 24  
 iudicandum est: alioquin uidebitur illarum uitium esse,

1 inquit *Q V P Par.b*, inquis 5 || 3 s. iacere inconuiuio malum  
 est iacere in eculeo *Q* quae scriptura Woltersii conjecturam confir-  
 mat: iacere i. c. m. est, torqueri in eculeo *vulg.*, iacere in eculeo  
*V P Par.b* ceteris omissis, quae cum prius Hense reiecerit ut vanam  
 loquacitatem efficientia, postea tamen, Quiriniani scriptura cognita,  
 probavit (cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 607) || 5 honeste  
 sit *Q V Par.b* | effectus *Q* | seduir (desinit fol. 70v) uirtus (inc.  
 fol. 71r) *Q* || 7 precii *Q* | manus sic *Q V vulg.* || 8 exuo *Q pr.* || 9  
 iudicantis *Q vulg.*, et honeste periclitantis add. Gertz: aduersa  
 fortiter portantis et prospera honeste iudicantis *vulg.* Putaverim  
 iudicantis pro iudicanti esse scriptum et v. quod — bona esse  
 prave iterata a librariis || 12 ferunt deuirtute *Q*, de uirtute ferunt  
 rull. libb. mss. et edd.: Quiriniani scriptura et ablativos sciungit et  
 rotundiorum clausudam efficit || 13 iubet *Q* || 14 Luxuriosi ex -ose  
 m. rec. *Q* || 15 s. delicatus miseritus industria *Q Par.b* (Dil- *Par.b*),  
 delicatus miseria est industria aliquot edd. ex nonnullorum 5 scrip-  
 tura prope simili || 17 atq; *Q* cum *P* || 20 fluundi sic *Q V Par.b* |  
 magnis *Q* sed s supra vers. || 21 Alioquin sic *Q cum Par.b* et corr. *V*

quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curui praefractique uisentibus reddunt. Non tantum quid uideas, sed quemadmodum,  
 25 refert: animus noster ad uera perspicienda caligat. Da mihi adulescentem incorruptum et ingenio uegetum: dicet fortunatiorem sibi uideri, qui omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollat, qui supra fortunam existet. Non est mirum in tranquillitate non concuti: illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi  
 26 stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis, quae aduersa appellamus, mali? hoc, ut opinor, succidere mentem et incuruari et subcumbere. Quorum nihil sapienti uiro potest euenire: stat rectus sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit; nihil illi eorum, quae ferenda sunt, displicet. Nam quicquid cadere  
 27 in hominem potest, in se cecidisse non queritur. Vires suas nouit: scit se esse natum oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoueo. Memini ex duabus illum partibus esse conpositum: altera est irrationalis, haec mordetur, uritur, dolet: altera rationalis, haec inconcussas opiniones habet, intrepida est et indomita. In hac positum est summum illud hominis bonum: antequam impleatur, incerta mentis uolutatio est; cum

2 dim- Q | uiscent-, c punct.Q || 5 adol- Q | incorreptum Q || 7 s.  
 exstat Q, extat V P Par.b, exsistat cod. Bern.: exiliat coni. Hermes, extet Hense quem sequor, Quiriniani tamen scriptura exstretenta || 8 non est mirum Q qui verborum ordo rectior quam vulg. non mirum est appareat: dicitur enim ab optimis scriptoribus laudatus non est vel non est laudatus, raro non laudatus est (cf. St.-Schm.<sup>4</sup>, p. 646) || 11 hoc ut Q V recte || 12 subc- sic Q || 13 potest Q V Par.b, poterit P || 15 eorundem (pro eorum quae) Q || 16 homine Q | quaer- Q || 17 se essenatu oneri ferendo Q, similiter V, se esse oneri ferendo vulg.: Quiriniani et Veneti supplementum natum, quod etiam nonnulli s exhibit, alegandum non puto, quamquam Annaeana locutio Livianam omnino redolat II 9,6 ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent || 20 comp- sic Q

uero perfectum est, inmota illa stabilitas est. Itaque in- 28  
 choatus || et ad summa procedens cultorque uirtutis, fol. 71<sup>v</sup>  
 etiam si adpropinquat perfecto bono, sed ei nondum  
 summam manum inposuit, ibit interim cessim et remittet  
 5 aliquid ex intentione mentis: nondum enim incerta trans-  
 gressus est, etiamnunc uersatur in lubrico. Beatus uero  
 et uirtutis exactae tunc se maxime amat, cum fortissime  
 expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius honesti of-  
 ficii pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur multoque  
 10 audire mauult «tanto melior» quam «tanto felicior». Venio 29  
 nunc illo, quo me uocat exspectatio tua. Ne extra rerum  
 naturam uagari uirtus nostra uideatur, et tremet sapiens  
 et dolebit et expallescet: hi enim omnes corporis sensus  
 sunt. Vbi ergo calamitas, ubi illud malum uerum est?  
 15 illic scilicet, si ista animum detrahunt, si ad confessionem  
 seruitutis adducunt, si illi paenitentiam sui faciunt. Sa- 30  
 piens quidem uincit uirtute fortunam, at multi professi  
 sapientiam leuissimis nonnumquam minis exterriti sunt.  
 Hoc loco nostrum uitium est, qui idem a sapiente exigi-  
 20 mus et a proficiente. Suadeo adhuc mihi uite ista laudo,  
 nondum persuadeo: etiam si persuasissem, nondum tam  
 parata haberem aut tam exercitata, ut ad omnes casus  
 procurrerent. Quemadmodum lana quosdam colores semel 31  
 ducit, quosdam nisi saepius macerata et recocta non per-

---

1 illa Q vulg.: illi Buecheler || 4 ibi interim cessim Q rell. vett.:  
 corr. Gruierus | remittet sic Q V Par.b: ibi interim cessabit et  
 remittet vulg., ibi interim cessat et remittit Aem. Thomas || 5 nondū  
 Q sed dū supra vers. || 7 exacte Q || 9 precia Q || 10 quam tanto Q  
 V ut scriptis Muretus || 11 exsp. sic Q || 12 tremebit Q V P Par.b,  
 quam scripturam cum seq. dolebit perperam aequatam puto: trem-  
 escent coni. Hense, tremefiet Buecheler || 13 & (incertae formae) expal-  
 lesscit Q || 14 ergo calamitas Q cum nonnullis optimis codū., ergo  
 est origo calamitatis vel origo calamitatis (ergo est om.) vulg.:  
 ergo calamitas est Gemoll || 16 penit- Q || 17 ante uirtute duae  
 litterae erasae, fort. et Q || 18 nonnumquā inis Q || 19 qui idem Q  
 recte || 20 proficieni Q | mihi quaeista Q plane pro mihi uite ista,  
 quam scripturam vulgatae mihi ista quae p̄aefero, cum aptam gra-  
 dationem efficiat || 22 exercitata Q sed er supru vers. || 24 sep- Q

bibit, sic alias disciplinas ingenia, cum accepere, protinus  
 praestant: haec, nisi alte descendit et diu sedit et animum  
 non colorauit sed infecit, nihil ex his, quae promiserat,  
 32 praestat. Cito hoc potest tradi et paucissimis uerbis:  
 unum bonum esse uirtutem, nullum certe sine uirtute, et 5  
 ipsam uirtutem in parte nostri meliore, id est rationali,  
 positam. Quid erit haec uirtus? iudicium uerum et in-  
 motum: ab hoc enim impetus uenient mentis, ab hoc  
 omnis species, quae impetum mouet, redigetur ad liqui-  
 dum. Huic iudicio consentaneum erit omnia, quae uirtute 10  
 contacta sunt, et bona iudicare et inter se paria. Corpo-  
 rum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in  
 totum non sunt bona. His pretium quidem erit aliquod,  
 ceterum dignitas non erit: magnis inter se interuallis  
 33 distabunt: alia minora, alia maiora erunt. Et in 15  
 ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur  
 necesse est: alius iam in tantum profecit, ut contra fortu-  
 nam audeat adtollere oculos, sed non pertinaciter, — cadunt  
 enim nimio splendore praestri; — alius in tantum, ut  
 possit cum illa conferre uultum, si iam peruenit ad sum-  
 34 mum et fiduciae plenus est. Imperfecta necesse est labent  
 et modo prodeant, modo sublabantur aut succidant. Subla-  
 fol. 72<sup>r</sup> bentur autem, nisi ire et niti perseuerantur: si quicquam  
 ex studio et fideli intentione laxauerint, retro eundum est.  
 35 36 Nemo profectum ibi inuenit, ubi reliquerat. Instemus ita-  
 que et perseueremus: plus, quam profligauimus, restat,  
 25

---

2 pr̄stant ex prest- *Q* || 4 pr̄stat *Q* || 6 meliori *Q* || 10 iudicio ex  
 iudicium corr. *Q* || 14 Magis *Q* || 17 proficit *Q Par.b nonnulli* 5,  
 profecit *vulg.* || 18 cedunt *Q Par.b cum vulg.*: corr. *Haase* || 19  
 p̄stricti *Q cum P* || 20 uultū si iam *Q cum rell. codd.*: vultum; si  
 iam peruenit ad summum, et fiduciae plenus est *vulg.*: vultum;  
 aliis iam peruenit *cet. Madrig.*: vultum, nisi iam *cet. Hense.* Sed  
 si iam, *ut si maxime, saepe adhibitum est ad idem prope signifi-*  
*candum atque si quidem* (= quandoquidem, quoniam) *quod rarum*  
*apud Senecam est: quapropter codicum scriptura servata, cum Fic-*  
*kerto et Haasio scribo vultum, si iam peruenit ad summum et*  
*cet.* || 21 Imperfecto *Q* || 22 ut *Q*

raverint. Siquidemque ex studio et fidelitate intentione liceverint, et deendum est.

Nam profectum habent ubi reliqui: ut, interius itaq; et seaueremus plus qui  
profligari nisi esset. Sed magis ipsi sunt profecti velle proficere huic reconsulis  
mihisum, uolentemente te uolo. Iequoq; instinetu esse et magni et pulcherrima  
properare impetuando, properemus ita de manu, ut ab beneficio emerit. Alioquin  
monstrat, et quidem in tempore inter foedus uersantibus. Id agimus uiam monne  
tempus sit. Non enim uite nisi prius non res esse coepimus, quando contigit con  
tempore utrumq; fortunae, quando contingit omnibus obpressis effectibus, et  
sub iubitu rum suu adductas hanc uocem trahere, uia que nunc erit in quaerendis,  
non per sibi nec et tenuim edorum, nec siquid ultra dubius bellum sumuere sat, ma  
ritim sed ambitione sed metum mortis quinque torres gentium uidentur. Vale.

¶ uod queris ame liquebat mihi seruere dicteri pse. Seneca locu. i. suo SALOTIM

sed diu non est tempus uim memor. Iam meum, itaq; non facile me sequitur.

Quod euangelii libri, si uolunt, et ceteris, hoc euangelio semihistoria explicandus est  
annus et quicunqueq; uadillum depositum subinde prout debent reparari  
sunt quoties usus pregerit. Proxime in presentia differamus, multum enim opere  
multa diligortae possit, cum primum longior est speruero morum tunica  
immanis sumum, quicquid eni sunt que possit etenim scribere, quicquid lectui. Et  
atrum reseruum desiderant, nam hilarius insquicq; occupatus diebus agatur  
ali quoq; et quidem totis numquam in tunc non succendent occupationes noue,  
seruimus illis, huiusque uerant plures. Diversis in nobis dilationes ingitant.  
Cum hoc per regem totum non in cumbri, et si hinc rem molesta iconposuero  
studiorum ead. Non curuia cauteris philosophandum est, sed ut philosopharis  
auicindum est. Omnia liuus legendi huic assideamus, cum nullum tempus  
sit in igni uiret, et amissi aperte tu usq; ad longissimos humum tuu tem  
nus uita producuntur. Non multum refert utru omittas philosophiam an  
interriras. Non enim ubi interrupisti manu, et deuorum more que intenti desili  
uit usq; ad initium si uerarit, quod a continuatione discessit. Resistendum est  
occupationibus, nec explicande sed summo uendesunt. Tempus quadem nulla  
est, parum donec non studiosilata, et quam multum est illi non studente ppeque

magister pse  
et  
cello pse

ord. mactu. uinc  
lxii.

¶ eodem loco

Cum ueracu  
legimus.

¶ Relatis occupato  
nobis



sed magna pars est profectus uelle proficere. Huius rei  
 conscius mihi sum: uolo et mente tota uolo. Te quoque  
 instinctum esse et magno ad pulcherrima properare im-  
 petu uideo. Properemus: ita demum uita beneficium erit;  
 5 alioquin mora est, et quidem turpis inter foeda uersanti-  
 bus. Id agamus, ut nostrum omne tempus sit: non erit  
 autem, nisi prius nos nostri esse coeperimus. Quando con- 37  
 tinget contemnere utramque fortunam, quando continget  
 omnibus obpressis affectibus et sub arbitrium suum ad-  
 ductis hanc uocem emittere «uici»? Quem uicerim quaeris?  
 Non Persas nec extrema Medorum nec si quid ultra Dahas  
 bellicosum iacet, sed auaritiam, sed ambitionem, sed metum  
 mortis, qui uictores gentium uicit. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

*Q*uod quaeris a me, liquebat mihi — sic rem edidi- 1 Ep. LXXII.  
 15 ceram — per se; sed diu non retemptauit memoriam meam,  
 itaque non facile me sequitur. Quod euenit libris situ  
 cohaerentibus, hoc euenisse mihi sentio: explicandus est  
 animus et quaecumque apud illum deposita sunt, subinde  
 20 excuti debent, ut parata sint, quotiens usus exegerit.  
 Ergo hoc in praesentia differamus: multum enim operae,  
 multum diligentiae poscit. Cum primum longiorem eodem  
 loco sperauero moram, tunc istud in manus sumam.

5 Alioquin *Q* cum *V Par.b* || 7 O quando *Gertz* || 8 con/tempn-  
*Q* | fortunā. quando *Q* cum *V et vulg.* | contingit *Q*, contingit  
*Par.b* || 9 obpr- sic *Q* | aff- *Q* || 11 persas *Q* *V Par.b recte* | dabus  
*Q* || 13 uincit *Q*  
 15 s. sciremedidicerāpse *Q*, sic rem edidiceram per se *V*. A qua  
 scriptura varie discedunt cum interpolati codd. *tum complures edd.*  
 et virorum doctorum emendationes; sed iam olim a Pinciano eam  
 accepereat Lipsius (qui tamen om. per se et corrigere conatus est) et  
 nuper Hense recte restituit || 18 coher- *Q* || 20 quotiēs lineolam add. m.  
 rec. *Q* || 21 pres- *Q* | opere *Q* || 22 poscit ex possit corr. m. rec. *Q*  
 || eodem loco in marg. *Q*

2 Quaedam enim sunt, quae possis et in cисio scribere; quaedam lectum et otium et secretum desiderant. Nihi-  
lominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid et quidem totis. Numquam enim non succendent occupationes nouae: serimus illas, itaque ex una exeunt plures. Deinde 5 ipsi nobis dilationem gignimus: «cum hoc peregero, toto animo incumbam» et «si hanc rem molestam conposuero,  
3 studio me dabo.» Non cum uacaueris, philosophandum est, sed ut philosopheris, uacandum est: omnia alia neglegenda, ut huic assideamus, cui nullum tempus satis 10 magnum est, etiam si a pueritia usque ad longissimos humani aei terminos uita producitur. Non multum refert, utrum omittas philosophiam an intermittas: non enim ubi interrupta est, manet, sed eorum more, quae intenta dissiliunt, usque ad initia sua recurrit, quod a continu- 15 atione discessit. Resistendum est occupationibus, nec explicandae, sed summouendae sunt. Tempus quidem nullum est parum idoneum studio salutari: atqui multi inter illa non student, propter quae || studendum est. «Incidet ali-  
fol. 72<sup>v</sup> quid, quod impedit.» Non quidem eum, cuius animus in 20 omni negotio laetus atque alacer est: imperfectis adhuc interscinditur laetitia, sapientis uero contexitur gaudium, nulla causa rumpitur, nulla fortuna, semper et ubique

I incisio Q et pr. P || 2 s. Nihil minus Q cum P et pr. V || 5 noue Q || 6 damus vulg., gignant Q pr., unde gignimus effici posse putaverim, quod aptius quam vulg. damus cum praec. serimus cohaerere videtur: m. rec. exp. n priorem et scr. n supra g alt. (an germinant compend. pro geminamus?) || 7 conp- Q || 8 s. phylosophandumest. sedutphylosopheris/uacandumest. Omnia alia Q, ubi verba sed ut — uacandum est, quae Quirinianus tantum codex exhibet, ad sententiae vim atque concinnitatem haud parum conferre sermonique Annaeano aptissime convenire et ego monui (cf. Riv. di Filol. cl. XLII 1914, p. 27) et Hense assensus est (cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 605) || 10 ut supra vers. Q | ass- sic Q || 12 qui Q | pro-  
ducitur Q sed ur punct. Q || 13 omm- Q | phyl- Q || 15 desili/unt Q || 16 s. explicande Q || 17 summouende Q || 18 est. parum Q, est P. nonnulli edd., parum est alii | idoneam Q pr. || 19 quē Q | Incide Q cum V P || 20 imp- sic Q

tranquillum est. Non enim ex alieno pendet nec fauorem fortunae aut hominis exspectat. Domestica illi felicitas est; exiret ex animo, si intraret: ibi nascitur. Aliquando ex- 5  
 trinsecus, quo admoneatur mortalitatis, interuenit, sed id  
 5 leue et quod summam cutem stringat. Aliquo, inquam,  
 incommodo adflatur: maximum autem illud bonum fixum  
 est. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, uelut  
 in corpore interdum robusto solidoque eruptiones quae-  
 dam pustularum et ulcuscula, nullum in alto malum est.  
 10 Hoc, inquam, interest inter consummatae sapientiae uirum 6  
 et [alium] procedentis, quod inter sanum et ex morbo  
 graui ac diutino emergentem, cui sanitatis loco est leuior  
 accessio: hic nisi adtendit, subinde grauatur et in eadem  
 15 reuolutur, sapiens recidere non potest, ne incidere quidem  
 amplius. Corpori enim ad tempus bona ualitudo est, quam  
 medicus, etiam si reddidit, non praestat, saepe ad eundem,  
 qui aduocauerat, excitatur: *animus* semel in totum sa-  
 natur. Dicam, quomodo intellegas sanum: si se ipse con- 7  
 tentus est, si confidit sibi, si scit omnia uota mortaliuum,  
 20 omnia beneficia quae dantur petunturque, nullum in beata  
 uita habere momentum. Nam cui aliiquid accedere potest,  
 id imperfectum est; cui aliiquid abscedere potest, id in-  
 perpetuum est: cuius perpetua futura laetitia est, is  
 suo gaudeat. Omnia autem, quibus uulgas inhiat, ulti-

<sup>1</sup> tranquillum *Q rell.*: tranquillus corr. Haase, at cf. ep. 73. <sup>1</sup>  
 tranquillo otio | ne *Q* || 4 quod *Q* || 5 exstringat *Q* | Aliquo *Q*  
 sed u *supra* vers. || 6 maximum autem (autem compend.) sic *Q V* |  
 fixum est *Q*, est fixum *rell. libb. mss. et edd.* || 8 robuste *Q pr.*  
 || 9 pustularum *Q Par.b vulg.*, pusularum *alii* || 10 consumate *Q*  
 || 11 aliae/ut (pro alium) *Q*, alium *vulg.*: *prave immissum ad eam*,  
 quae visa est, lacunam supplendam puto || 12 leuior est loco *Q* ||  
 13 adgraauatur *Q* | eandem *Q V P* || 14 recedere *Q Par.b* || 15 ualit- *Q*  
 || 16 sietiam *Q*, etiam si *vulg.* | prest- *Q* || 17 quē *Q cum plerisque*  
*codd.: corr. Lipsius* | *animus om. Q cum rell. codd., suppl. Muretus*  
 || 18 intellegas *Q cum vulg.*: intellegam corr. Koch, non necessario |  
 ipse *Q P edd. vett.*, ipso *alii* || 22 ab/scindere *Q* || 23 s. is de suo  
 coni. M. Zimmermann

citroque fluunt: nihil dat fortuna mancipio. Sed haec  
 quoque fortuita tunc delectant, cum illa ratio tempe-  
 rauit ac miscuit: haec est, quae etiam externa com-  
 mendet, quorum audiis usus ingratuus est. Solebat Attalus  
 8 hac imagine uti: « uidisti aliquando canem missa a do-  
 mino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? <sup>5</sup>  
 quicquid excepit, protinus integrum deuorat et semper  
 ad spem uenturi hiat. Idem euenit nobis: quicquid  
 exspectantibus fortuna proiecit, id sine ulla uoluptate  
 demittimus statim, ad rapinam alterius erecti et attoniti. » <sup>10</sup>  
 Hoc sapienti non euenit: plenus est. Etiam si quid obue-  
 nit, secure excipit ac reponit: laetitia fruitur maxima,  
 9 continua, sua. Habet aliquis bonam uoluntatem, habet  
 profectum, sed cui multum desit a summo: hic depri-  
 mitur alternis et extollitur ac modo in caelum adieuatur, <sup>15</sup>  
 fol. 73<sup>r</sup> modo defertur || ad terram. Imperitis ac rudibus nullus  
 praecipitationis finis est: in Epicureum illud chaos deci-  
 10 dunt, inane, sine termino. Est adhuc genus tertium eorum,  
 qui sapientiae adludunt, quam non quidem contigerunt,  
 in conspectu tamen et, ut ita dicam, sub ictu habent: <sup>20</sup>  
 hi non concutiuntur, ne defluunt quidem: nondum in  
 11 sicco, iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter  
 summos imosque discrimina, cum medios quoque sequatur  
 fluctus suus, sequatur ingens periculum ad deteriora re-  
 deundi, non debemus occupationibus indulgere. Exclu- <sup>25</sup>  
 denda sunt: si semel intrauerint, in locum suum alias  
 substituent. Principiis illarum obstemus: melius non in-  
 cipient, quam desinent. VALE.

---

1 dant Q V P | fortuna Q P<sup>1</sup> Par.b, fortunae *aut* fortuita *alii*,  
 dant fortunae Fickert || 4 audi Q || 8 inhiat Q || 9 exp- sic Q  
 || 10 dimittimus Q V P Par.b | attoniti sic Q P || 12 securę Q  
 || 16 Impeditis Q cum vett. codd., imperitis s || 17 prec- Q || 22 cū  
 supra vers. Q<sup>1</sup> || 23 commedios sed u supra o priorem Q<sup>1</sup> || 24 fructus  
 Q cum vett. codd., fluctus s || 25 s. excludendę Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**E**rrare mihi uidentur, qui existimant philosophiae fide- 1 Ep. LXXIII.  
 liter deditos contumaces esse ac refractarios, contemptores  
 magistratum aut regum eorumue, per quos publica  
 5 administrantur. Ex contrario enim nulli aduersus illos  
 gratiore sunt, nec inmerito: nullis enim plus praestant  
 quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi, quibus 2  
 altum ad propositum bene uiuendi confert securitas pu-  
 blica, necesse est auctorem huius boni ut parentem colant,  
 10 multo quidem magis quam illi inquieti et in medio positi,  
 qui multa principibus debent, sed multa et inputant,  
 quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas po-  
 test, ut cupiditates illorum, quae crescunt, dum implentur,  
 exsatiat. Quisquis autem de accipiendo cogitat, oblitus  
 15 accepti est, nec ullum habet malum cupiditas maius, quam  
 quod ingrata est. Adice nunc, quod nemo eorum, qui in 3  
 re publica uersantur, quot uincat, sed a quibus uincatur,  
 aspicit: et illis non tam iucundum est multos post se  
 uidere quam graue aliquem ante se. Habet hoc uitium  
 20 omnis ambitio: non respicit. Nec ambitio tantum insta-  
 bilis est, uerum cupiditas omnis, quia incipit semper a

2 uidentur Q sed n supra vers., item V | phyl- Q || 3 etcon-  
 temptores Q cum vulg., et recte om. Haase et Hense ex P || 4 aut-  
 re/gum Q cum V, sic etiam Hense: ac regum P vulg. || 5 nullus Q  
 || 6 prest- Q || 7 seruire (pro frui) Q: quam scripturam non audeo  
 praeferre vulgatae frui, quamquam et ex ea sensus probabilis (= ser-  
 vire tranquillis philosophiae studiis) exsistit | hi supra vers. Q, hi  
 etiam Par.b, ii V P || 8 altū Q cum plerisque codd. (scil. in animo  
 penitus defixum, nequaquam labans): multum corr. Haase acute  
 quidem, non tamen necessario || 11 inputanti Q sed i extr. vi-  
 detur posterius addita || 14 exsa/ciet Q || 15 necullū ex necillū  
 corr. m. rec. Q | maius ex malus radendo Q || 17 replica sed pu-  
 super add. Q | quod Q pr. cum P Par.b || 18 ioc- Q | posse Q  
 || 20 s. instabilis Q cum rell. codd., insatiabilis mavult Madvig

4 fine. At ille uir sincerus ac purus, qui reliquit et curiam  
et forum et omnem administrationem rei publicae, ut ad  
ampliora secederet, diligit eos, per quos hoc ei facere tuto  
licet, solusque illis gratuitum testimonium reddit et magna  
rem nescientibus debet. Quemadmodum praecep-  
fol. 73<sup>v</sup> tores suos ueneratur ac suspicunt, quorum beneficio || illis  
inuiis exit, sic et hos, sub quorum tutela positus exercet  
5 artes bonas. « Verum alios quoque rex uiribus suis protegit. »  
Quis negat? sed quemadmodum Neptuno plus debere se  
iudicat ex his, qui eadem tranquillitate usi sunt, qui plura  
et pretiosiora illo mari uexit, animosius a mercatore quam  
a vectore soluitur uotum, et ex ipsis mercatoribus effu-  
sius gratus est, qui odores ac purpuras et auro pensanda  
portabat quam qui uilissima quaeque et saburrae loco  
futura congesserat: sic huius pacis beneficium ad omnes  
pertinentis altius ad eos peruenit, qui illa bene utuntur.  
6 Multi enim sunt ex his togatis, quibus pax operiosior bello  
est: an idem existimas pro pace debere eos, qui illam  
ebrietati aut libidini impendunt aut aliis uitiis, quae uel  
bello rumpenda sunt? nisi forte tam iniquum putas esse  
sapientem, ut nihil uiritim se debere pro communibus  
bonis iudicet. Soli lunaeque plurimum debeo, et non uni  
mihi oriuntur: anno temperantique annum deo priuatim  
obligatus sum, quamuis nihil in meum honorem discriptio-  
7 sit. Stulta auaritia mortalium possessionem proprietatem- 25

1 reliquid Q et pr. P || 2 reipublicae ex -ca Q<sup>2</sup> || 3 s. hoc  
ei facere tuto licet Q cum vulg. || 4 solumq; Q V P Par.b: corr.  
Muretus | reddidit Q || 6 uenerator Q pr. || 7 exit Q V P Par.b,  
exit Hense<sup>2</sup> | his Q P Par.b, hos 5 || 8 aliosquoq; Q cum s  
|| 10 ex his Q cum Par.b et vulg. || 11 precisiora Q | uexit/Ani-  
mosius Q || 14 queq; ex queq; Q<sup>2</sup> | saburre Q || 15 omnis Q  
|| 17 operiosior Q P<sup>1</sup> | bella Q pr. || 19 ebriet- Q | imp- sic Q  
|| 24 s. nihil mecum honor/est discripta sunt Q: nihil in meum  
honorem tempora discripta sint comi. Hense. Malo scribere n. i. m.  
honorem discriptio (scil. anni, deo agente) sit || 25 Est stulta Q,  
et stulta P Par.b alii, stulta V | possessionē Q sed ses supra  
vers. | propiātemq; Q

que discernit nec quicquam suum credit esse, quod publicum est: at ille sapiens nihil magis suum iudicat quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ita communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos; socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adice nunc, quod magna et uera bona non sic diuiduntur, ut exiguum in singulos cadat: ad unumquemque tota perueniunt. Ex congiario tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est; epulum et uisceratio et quicquid aliud manu capitur, discedit in partes: at haec indiuidua bona, pax et libertas, et tam omnium tota quam singulorum sunt. Cogitat itaque, per quem sibi horum usus fructusque contingat, per quem non ad arma illum nec ad seruandas uigilias nec ad tuenda moenia et multiplex belli tributum publica necessitas uocet, agitque gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia praecipue, bene debere beneficia, bene soluere: interdum autem solutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere ei, cuius administratione ac prouidentia contingit illi pingue otium et arbitrium sui temporis et inperturbata publicis occupationibus quies. «O Meliboe, deus nobis haec otia fecit: | namque erit ille mihi semper deus. » Si illa quoque otia multum auctori

<sup>1</sup> credit *Q* *pr. cum rell. codd.*, credidit *corr. ead. m. perpetram* || <sup>2</sup> nihil magis/suum iudicat *Q* *cum V O quam scripturam Rossbach praefert vulgatae* nihil iudicat suum magis || <sup>4</sup> ita *Q* *cum omnibus fere codd.*, ista Erasmus<sup>1</sup> | ptinet *Q* || <sup>5</sup> Sotium *Q* *cum P*, suum Schweighaeuser | efficit *Q* *cum rell. codd.*: fit *Guil. Gemoll* (*I. c.*, p. 14) || <sup>8</sup> tota *supra vers.* *Q* || <sup>10</sup> quid *Q* *P Par.b et pr. V*, <sup>1</sup> ante quid super add. m. rec. *Q*: et quicquid <sup>5</sup> || <sup>11</sup> Ad *Q* *cum P Par.b* | indiuidua *Q* sed du *supra vers.* | ea (*ante tam*) *Q* *V P*, et <sup>5</sup>, om. *Par.b vulg.* || <sup>12</sup> Cogitat *Q* *cum vulg.*, cogita *P*<sup>1</sup> *Par.b* | post itaque addunt sapiens unus <sup>5</sup>, fide Fickerti, et multi editores, sed facile subauditur ille sapiens *ex § 7* || <sup>13</sup> contingat *ex contingut Q*<sup>1</sup>, contingat *Q*<sup>2</sup> || <sup>15</sup> publica *ex publicas radendo Q* || <sup>16</sup> s. phyl- *Q* || <sup>17</sup> prec- *Q* | dedere *Q* *V P Par.b*, debere <sup>5</sup> || <sup>18</sup> Interdum *Q* sed n *supra vers.* || <sup>19</sup> debere *Q* sed b *ex corr.* | admiratione *Q* || <sup>20</sup> prouidentiae *Q* *pr.* || <sup>22</sup> meliboe *Q* *V P*

suo debent, quorum munus hoc maximum est: « ille meas  
 fol. 74<sup>r</sup> errare boues, ut cernis, et ipsum || ludere quae uellem  
 calamo permisit agresti »: quanti aestimamus hoc otium,  
 12 quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico, Lucili,  
 et te in caelum compendiario uoco. Solebat Sextius di-  
 cere Iouem plus non posse quam bonum uirum. Plura  
 Iuppiter habet, quae praestet hominibus, sed inter duos  
 bonos non est melior, qui locupletior, non magis quam  
 inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est,  
 meliorem dixeris, cui maius speciosusque nauigium est.  
 13 Iuppiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est:  
 sapiens nihilo se minoris existimat, quod uirtutes eius  
 spatio breuiore cluduntur. Quemadmodum ex duobus sa-  
 pientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cuius  
 intra pauciores annos terminata uirtus est, sic deus non  
 uincit sapientem felicitate, etiam si uincit aetate. Non  
 14 est uirtus maior, quae longior. Iuppiter omnia habet, sed  
 nempe aliis tradidit habenda; ad ipsum hic unus usus  
 pertinet, quod utendi omnibus causa est: sapiens tam  
 aequo animo omnia apud alios uidet contemnitque quam  
 Iuppiter et hoc se magis suspicit, quod Iuppiter uti illis  
 15 non potest, sapiens non uult. Credamus itaque Sextio  
 monstranti pulcherrimum iter et clamanti: hac « itur ad  
 astra », hac secundum frugalitatem, hac secundum tempe-  
 rantiam, hac secundum fortitudinem. Non sunt dii fasti-  
 diosi, non inuidi: admittunt et ascendentibus manum  
 16 porrigunt. Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines

---

i munus Q V Par.b recte || 4 inter du/os Q, plane deprav.  
 propter seqq. inter duos || 5 compendiario sic Q cum vulg. (scil. tra-  
 mite vel itinere), alibi compendiaria (scil. via): cf. quae adnotat  
 Hense<sup>5</sup> p. 259,26 | uolebat Q V P | sextus rotius (corr. in rostius m.  
 rec.) Q || 7 prest. Q || 12 qd' Q || 13 spacio Q | cludentur sed u supra  
 e Q || 16 a&ate Q cum vulg. || 18 tradit mavult Reitzenstein || 20 eq-  
 (e ex corr.) Q | contempn. Q P || 21 iupiter Q | suspicit Q sed s  
 altera supra vers. || 22 sic ante sapiens add. Q, plane propter pre-  
 cedens uti male interpretatum || 23-25 hac - hac - haec - haec Q | dii  
 sic Q P O

uenit, immo quod est proprius, in homines uenit: nulla sine deo mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt et paria his, ex quibus orta sunt, sur-  
5 gunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palu-  
stris necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVITEM.

Epistula tua delectauit me et marcentem excitauit, <sup>1</sup> Ep. LXXIII.  
memoriam quoque meam, quae iam mihi segnis ac lenta  
10 est, euocauit. Quidni tu, mi Lucili, maximum putas instru-  
mentum uitae beatae hanc persuasionem, unum bonum  
esse, quod honestum est? Nam qui alia bona iudicat, in  
fortunae uenit potestatem, alieni arbitrii fit: qui omne  
bonum honesto circumscrispit, intra se felix *est*. Hic amis-  
15 sis liberis maestus, hic sollicitus aegris, hic turpibus et  
aliquam passis infamiam tristis: illum uidebis alienae  
uxoris amore cruciari, illum suaे. Non deerit quem re-  
pulsa distorqueat: || erunt quos ipse honor uexet. Illa <sup>3</sup>  
20 uero maxima ex omni mortalium populo turba miserorum,  
<sup>fol. 74v</sup> quam exspectatio mortis exagitat undique inpendens:  
nihil enim est, unde non subeat. Itaque, ut in hostili re-  
gione uersantibus, huc et illuc circumspiciendum est et ad  
omnem strepitum circumagenda ceruix: nisi hic timor

<sup>4</sup> his *Q P Par.b*, iis *Hense ex V* | horta *Q* || 5 s. aplaustris  
sed c supra a priorem add. et postea transf. *Q* || 6 creat ex careat  
radendo *Q* | fugibus *Q* et pr. *V*.

8 Epistola. *Q V P* || 11 uitiae beatę *Q cum V*, beatae uitiae *vulg.*  
|| 14 Intrase felix *Q cum V P Par.b M*, i. se felix est s: est *ante*  
*felix Hense* || 15 mestus *Q* || 16 aliquāsparsis infamiam *Q pr.*, ali-  
qua... infamia *corr. m. rec.* | uidebis *ex uidebit Q* | alienę *Q*  
|| 18 uexat *Q* || 19 turba *supra vers. Q*<sup>1</sup> || 20 exspectio *Q* || 21 s.  
regione *ex relig- delendo Q* || 22 hoc sed u *supra o punct. Q*<sup>1</sup>

4 e pectore electus est, palpitantibus praecordiis uiuitur. Occurrent acti in exilium et euoluti bonis : occurrent, quod genus egestatis grauissimum est, in diuitiis inopes : occurrent naufragi similiae naufragis passi, quos aut popularis ira aut inuidia, perniciosum optimis telum, inopinantes securosque disiecit procellae more, quae in ipsa sereni fiducia solet emergere, aut fulminis subiti, ad cuius ictum etiam uicina tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstipuit, sic in his per aliquam uim accidentibus unum calamitas obprimit, certos metus, paremque passis tristitiam facit pati posse. Omnia animos mala aliena ac repentina sollicitant. Quemadmodum aues etiam inanis fundae sonus territat, ita nos non ad ictum tantum exagitamus, sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse, qui huic se opinioni creditit. Non enim beatum est, nisi quod intrepidum : inter suspecta male uiuitur. Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem fecit : una haec uia est ad tuta uadenti, externa despiceret honesto esse contentum. Nam qui aliquid uirtute melius putat aut ullum praeter illam bonum, ad haec, quae a fortuna sparguntur, sinum expandit et sollicitus missilia eius exspectat. Hanc enim imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam et in hunc mortalium coetum honores, diuitias, gratiam excutere, quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infida societate diuisa, alia magno

---

1 prec- Q | Occurrerent Q sed mox occurrent || 2 euoluti Q sed ol ex corr. || 3 aeg- Q | est etin Q || 4 naufragii Q | passi ex passis radendo Q || 5 inopinantis Q || 6 securos qua Q | procellae Q || 7 at cuius Q || 9 propior ex proprior Q V || 10 accedentibus Q | obpr- Q | caet- Q | 13 funde Q | itanos Q cum 5 et vulg., nos ita Hense<sup>2</sup> ex V P Par.b Baehrensius secutus || 16 intrepidum ex intrepit- Q || 19 ante externa deleta est partic. & Q | disp- Q P || 20 esse contentum Q qui verborum ordo in clausula vital nimirum pondus vulgariae scripturae contentum esse || 21 pret- Q | ante ad haec deletum est quae Q | quaefortuna Q pr., sed ea supra e exp. sor. Q<sup>1</sup> || 23 exsp- sic Q || 26 alio magno Q

detrimento eorum, in quos deuenerant, prensa. Ex quibus quaedam aliud agentibus inciderunt, quaedam, quia nimis captabantur, amissa et, dum auide rapiuntur, expulsa sunt : nulli uero, etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. Itaque prudentissimus quisque cum primum induci uidet munuscula, a theatro fugit et scit magnō parua constare. Nemo manum conserit cum rece-  
 dente, nemo exeuntem ferit : circa praemium rixa est. Idem 8  
 in his euenit, quae fortuna desuper iactat : aestuamus  
 10 miseri, distringimur, multas || habere cupimus manus, fol. 75<sup>r</sup>  
 modo in hanc partem, modo in illam respicimus :  
 nimis tarde nobis mitti uidentur, quae cupiditates nostras  
 irritant, ad paucos peruentura, exspectata omnibus. Ire 9  
 obuiam cadentibus cupimus ; gaudemus, si quid inuasi-  
 15 mus, inuadendique aliquos spes uana delusit : uilem prae-  
 dam magno aliquo incommodo luimus aut destituti fal-  
 limur. Secedamus itaque ab istis ludis et demus raptoribus locum : illi spectent bona ista pendentia et ipsi magis  
 pendeant. Quicumque beatus esse constituet, unum esse 10  
 20 bonum putet, quod honestum est. Nam si ullum aliud  
 esse existimat, primum male de prouidentia iudicat, quia  
 multa incommoda iustis uiris accidunt et quia, quicquid  
 nobis dedit, breue est et exiguum, si compares mundi to-  
 tius aeuo. Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati diui- 11  
 25 norum interpretes simus : querimur, quod non semper, quod

---

2 quianimis Q || 3 amissa Q sed sa *supra vers.* || 4 uero Q sed  
 u *supra vers.* || 8 prem- Q || 9 aestuamus Q V *recite* || 10 distin-  
 gimus Q || 11 modo in hanc partem Q *quae verba sententiam optime*  
*completia nonnisi in aliquot 5 legebantur* || 12 minus Q Par.b ||  
 13 exsp- Q || 15 inuidendiqueae Q | aliquos *ex iliq-* Q<sup>1</sup> || 16 ilico (*pro*  
*aliquo*) Q | autdefallimur Q, aut inde fallimur Par.b *vulg.* : aut  
 destituti fallimur corr. *Buecheler.* *An* magno ilico incommodo lui-  
 mus aut inde fallimur? || 18 spectent *ex -ctant* Q<sup>1</sup> || 19 pendant  
 Q | unum bonū esse (*esse compend.*) Q || 21 esse om. Q V Par.b  
 || 23 nobis Q *cum rell. codd.* : boni coni. *Haase*, nobis boni *Hense*  
 || 24 quo Q | post diuinorum add. munerum *Gertz conferens de benef.*  
 II 29, 1, sed *supplementum necessarium non videtur* || 25 quaer- Q  
 | quod non semper donemur, quod coni. *Hense dubitans*

et pauca nobis et incerta et abitura contingent. Inde est, quod nec uiuere nec mori uolumus : uitae nos odium tenet, timor mortis. Natat omne consilium nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est, quod non peruenimus ad illud bonum inmensum et insuperabile, ubi necesse est resistat uoluntas nostra, quia ultra summum non est locus. Quaeris, quare uirtus nullo egeat ? Praesentibus gaudet, non concupiscit absentia : nihil non illi magnum est, quod satis. Ab hoc discede iudicio : non pietas constabit, non fides. Multa enim utramque praestare cupienti 10 patienda sunt ex his, quae mala uocantur ; multa inpendenda 11 ex his, quibus indulgemus tamquam bonis. Perit fortitudo, quae periculum facere debet sui ; perit magnanimitas, quae non potest eminere, nisi omnia uelut minuta contempsit, quae pro maximis uulgas optat ; perit gratia 15 et relatio gratiae, si timemus labore, si quicquam 14 pretiosius fide nouimus, si non optima spectamus. Sed ut illa praeteream, aut ista bona non sunt, quae uocantur, aut homo felicior deo est, quoniam quidem quae parata nobis sunt, non habet in usu deus : nec enim libido ad 20 illum nec epularum lautitiae nec opes nec quicquam ex his hominem inescantibus et uili uoluptate ducentibus pertinet. Ergo aut non incredibile est bona deo deesse aut hoc ipsum argumentum est bona non esse, quod deo desunt.

15 Adice, quod multa, quae || bona uideri uolunt, animalibus 25  
fol. 75<sup>v</sup>

<sup>r</sup> habitura Q P et pr. V || 3 impl- Q V || 5 illum, d supra m punct. Q || 6 sumnam Q V P Par.b || 7 p̄sent- Q || 9 quia Q V et compend. P || 11 his Q P Par.b vulg., et sic mox ante quibus ubi his supra vers. add. Q<sup>1</sup> || 14 s. contempsit ex -pnit ut videtur Q || 15 proximis Q V P Par.b, pro maximis vulg., pro eximiis non nulli 5: pro summis coni. Hense | uulg- sic Q V || 16 si timemur. Labor Q, si timemur (corr. in -mus) labor V, aestimatur vel exi- stimatur edd. vett.: si timetur labor coni. Buecheler | sic quicquā Q || 17 prec- Q | exspectamus Q || 18 pret- Q || 19 Qm Q | para Q V (super scr. t cara V) || 21 lauticia Q V (-tia V) || 22 inesc- (esc ex corr.) Q || 23 incredibile Q V P Par.b, credibile 5 vulg.: non ante incredibile suppl. Hense<sup>2</sup> cui assentior

quam homini pleniora contingunt. Illa cibo audius utuntur, uenere non aequa fatigantur, uirium illis maior est et aequabilior firmitas: sequitur, ut multo felicia sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt; fruuntur uoluptatibus, quas et magis capiunt et ex facili sine ullo pudoris aut paenitentiae metu. Considera tu itaque, an id bonum uocandum sit, quo deus ab homine uincitur. Summum bonum in animo contineamus: obsolescit, si ab optimis nostri parte ad pessimam transit et transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostrae in carne ponenda: bona illa sunt uera, quae ratio dat, solida ac sempiterna, quae cadere non possunt, ne decrescere quidem aut minui. Cetera opinione bona sunt et nomen quidem habent commune cum ueris, proprietas in illis boni non est: itaque commoda uocentur et, ut nostra lingua loquar, producta. Ceterum sciamus mancipia nostra esse, non partes, et sint apud nos, sed ita, ut meminerimus extra nos esse: etiam si apud nos sint, inter subiecta et humilia numerentur, propter quae nemo se adtollere debeat. Quid enim stultius quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non haereant, ut si abducentur, sine ulla nostri laceratione discedant. Utamur illis, non gloriemur, et utamur parce tamquam depositis apud nos etabituris. Quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit: ipsa enim se felicitas, nisi temperatur, premit. Si fugacissimis bonis credidit, cito deseritur et, ut non deseratur, affigitur.

---

i audius Q pr. || 3 multa Q || 4 nequicia Q || 6 pen- Q || 7 debuisse Senecam scribere quo deus ab homine, homo ab animalibus vincitur putat Madvig, qui tamen continuo addit 'scripserine, nescio' (Adv. cr. II p. 480, adn. 1); et a Seneca quidem stilo rigidorem sermocinandi diligentiam ubique ne expelamus, recte monet Io. Mueller (op. cit., p. 14 s.) || 11 sunt & uera Q || 13 nec Q | ac minui Q V P Par.b || 15 proprias quidem Q cum V P (propr- V P) | commoda ex -do Q<sup>1</sup> || 17 sint ex sunt radendo Q || 21 eo ex eos radendo Q || 22 her- Q || 23 nostra compend. Q || 27 ut deseratur (non om.) Q V P, ut non d. Par.b: ut deseritur ex uno 5 Hauck

Paucis deponere felicitatem molliter licuit : ceteri cum his,  
 inter quae eminuere, labuntur et illos degrauant ipsa,  
 19 quae extulerant. Ideo adhibebitur prudentia, quae modum  
 illis ac parsimoniam imponat, quoniam quidem licentia  
 opes suas praecipitat atque urget, nec umquam inmo-  
 dica durarunt, nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc  
 multarum tibi urbium ostendet euentus, quarum in ipso  
 flore luxuriosa imperia ceciderunt et quicquid uirtute par-  
 tum erat, intemperantia corruit. Aduersus hos casus mu-  
 niendi sumus. Nullus autem contra fortunam inexpugna-  
 bilis murus est, intus instruamur : si illa pars tuta est,  
 20 pulsari homo potest, capi non potest. Quod sit hoc instru-  
 fol. 76<sup>r</sup> mentum, scire desideras? Nihil indignetur || sibi acci-  
 derere sciatque illa ipsa, quibus laedi uidetur, ad conserua-  
 tionem uniuersi pertinere et ex his esse, quae cursum  
 mundi officiumque consummant. Placeat homini, quicquid  
 deo placuit : ob hoc ipsum se suaque miretur, quod non  
 potest uinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod ratione,  
 qua ualentius nihil est, casum doloremque et iniuriam  
 21 subigit. Ama rationem ! huius te amor contra durissima ar-  
 mabit. Feras catulorum amor in uenabula inpingit feri-  
 tasque et inconsultus impetus praestat indomitas ; iuue-  
 nilia nonnumquam ingenia cupidio gloriae in contemptum  
 tam ferri quam ignium misit ; species quosdam atque  
 umbra uirtutis in mortem uoluntariam trudit : quanto his  
 omnibus fortior ratio est, quanto constantior, tanto uehe-  
 22 mentius per metus ipsos et pericula exibit. «Nihil agitis,

---

1 molliter *ex* -tur *Q*<sup>1</sup> | his *Q Par.b*, iis *V P* || 2 interq; *Q*  
 || 3 extulerant *ex* extoll- *Q* | adhibebatur *sed b altera exp.* *Q*,  
 adhibeatur *Schweighaeuser aliisque edd.* || 4 ac *Q V Par.b vulg.*, aut  
*Hause et Hense ex P* || 5 prec- *Q* || 6 comp- sic *Q V* || 7 ostende  
*Q pr.* || 8 imperia *Q V recte* || 9 intemperantia *ex imper-* *Q* |  
 munieri sumus *ex munierintissimus Q* || 11 etuta *sed e erafa Q*  
 || 14 sciatq; sibi illa *Q* | conuersationē *Q cum V P Par.b* || 15 ex  
 his *Q Par.b* || 17 ab *Q* | se add. post ipsum ed. Rom. (facile exci-  
 dit ante suaque) || 22 prest- *Q*

inquit, quod negatis ullum esse aliud honesto bonum : non faciet uos haec munitio tutos a fortuna et inmunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pios et bene moratam patriam et parentes bonos. Horum pericula non potestis 5 spectare securi : perturbabit uos obsidio patriae, libero-  
rum mors, parentum seruitus. » Quid aduersus hos pro 23 nobis responderi soleat, ponam: deinde tunc adiciam,  
quid praeterea respondendum putem. Alia condicio est  
in his, quae ablata in locum suum aliquid incommodi sub-  
10 stituunt, tamquam bona ualitudo uitiata in malam trans-  
fertur; acies oculorum extincta caecitate nos adfecit;  
non tantum uelocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas  
pro illa subit. Hoc non est periculum in his, quae pau-  
lo ante rettulimus. Quare? si amicum bonum amisi, non  
15 est mihi pro illo perfidia patienda, nec si bonos liberos  
extuli, in illorum locum impietas succedit. Deinde non 24  
amicorum illic aut liberorum interitus, sed corporum est.  
Bonum autem uno modo perit, si in malum transit: quod  
natura non patitur, quia omnis uirtus et opus omne uir-  
20 tutis incorruptum manet. Deinde etiam si amici perierunt,  
etiam si probati respondentesque uoto patris liberi, est  
quod illorum expleat locum. Quid sit quaeris? quod illos  
quoque bonos fecerat, uirtus. Haec nihil uacare patitur 25  
loci, totum animum tenet, || desiderium omnium tollit, fol. 76v

---

i unum esse alius *Q P Par.b V pr.* | honesto *Q Par.b V pr.*,  
ab honesto *vulg.*, sed recte *Hense adnotat hanc structuram* (alius cum  
*abl. comp.*) etiam ex *Horatio aliisque esse notam* || 3 memoratam  
sed me exp. *Q* || 8 pr&. *Q* | putē *ex corr.* *Q* | condit- *Q* || 9 in  
his *Q Par.b* || 10 uic- *Q* | transfert *Q P Par.b* || 11 ext- *Q* | cec- *Q*  
| adfecit *Q V P Par.b*, afficit s: cf. *Rossbachium, de Seneca libr. rec.*  
*et emend.* p. 150 et *Berl. philol. Wochenschr.* 1914, p. 495. *Perfectum*  
*tempus post praesens in continuatione similium sententiarum non of-*  
*fendit, cum eae, quae primam secuntur, gnomice usurpentur* || 12 s.  
perit... subit *Q cum refl. codd.*, perit... subit *Schweigaeuser*, perit...  
subit *Rossbach* | incisis *ex inscisis radendo Q* || 13 in his *Q Par.b*  
|| 14 retul- *Q P Par.b* || 17 illis *Q V P Par.b*, ille *vulg.*: illic *Bue-*  
*cheler* || 21 respondentes quae *Q* || 22 ante quaeris *deletum alterum*  
quaeris *Q* || 23 facere *Q*

sola satis est: omnium enim bonorum uis et origo in ipsa est. Quid refert, an aqua decurrentis intercipiatur atque abeat, si fons, ex quo fluxerat, saluus est? Non dices uitam iustiorem saluis liberis quam amissis nec ordinatiorem nec prudentiorem nec honestiorem: ergo ne meliorem 5 quidem. Non facit allectio amici sapientiorem, non facit stultiorem detractio: ergo nec beatorem aut miseriorem. Quamdiu uirtus salua fuerit, non senties, si quid abscesserit. «Quid ergo? non est beatior et amicorum et liberorum turba succinctus?» Quidni non sit? Summum enim bonum 10 nec infringitur nec augetur: in suo modo permanet, utcumque fortuna se gessit. Siue illi senectus longa contigit siue citra senectutem finitus est, eadem mensura summi 15 boni est, quamvis aetatis diuersa sit. Vtrum maiorem an minorem circulum scribas, ad spatiuum eius pertinet, non 20 ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris et in eum, in quo scriptus est, puluerem solueris, in eadem uterque forma fuit. Quod rectum est, nec magnitudine aestimatur nec numero nec tempore: non magis produci quam contrahi potest. Honestam uitam ex centum 25 annorum numero in quantum uoles corripi et in unum 28 diem coge: aeque honesta est. Modo latius uirtus funditur, regna urbes prouincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia, modo arto fine concluditur paupertatis exilio orbitatis: non 30

<sup>3</sup> habet at Q, habetat V M pr., abeat s | 4 amicis Q P Par.b V pr. | nec ordinatiorem est Q || 5 necprudentiorem / Nec honestiorem sed utrobique em abr. Q || 6 allecto Q Par.b V pr., alecto P, alectio q, collectio vulg.: adiectio Madvig | amico Q V P Par.b, amici Haase ex aliquot s, quem sequor. Exspectes Non facies allecto amico sapientiorem (scil. uitam), non facies stultiorem detracto (detracto Q V) || 8 quid Q cum plerisque codd. et vulg.: quidquid Gertz. Malo scribere si quid | abcesserit Q || 9 & amicoru Q cum V Par.b, amicorum P || 12 contingit Q || 13 se abr. ante senectutem Q || 16 statim Q V Par.b recte || 17 ineo Q | est supra vers. add. Q<sup>1</sup> || 20 contragi Q pr. || 22 diem ex fiunt ut videtur Q<sup>1</sup> | aeq; ex aq; Q<sup>1</sup> || 24 liberosq. ex liberosquae Q<sup>1</sup> || 25 fine Q sed n supra vers. | circumdatur Q V Par.b M edd. vetti., concluditur Fickert,

tamen minor est, si ex altiore fastigio in priuatum, ex regio  
in humile subducitur, ex publico et spatiose iure in  
angustias domus uel anguli coit. Aequa magna est, etiam 29  
si in se recessit undique exclusa : nihilominus enim magni  
spiritus est et erecti, exactae prudentiae, indeclinabilis  
iustitiae. Ergo aequa beata est: beatum enim illud uno  
loco positum est, in ipsa mente, grande, stabile, tranquil-  
lum, quod sine scientia diuinorum humanorumque non  
potest effici. Sequitur illud, quod me responsurum esse  
dicebam. Non affligitur sapiens liberorum amissione, non 30  
amicorum : eodem enim animo fert illorum mortem, quo  
suam exspectat ; non magis hanc timet quam illam dolet.  
Virtus enim conuenientia || constat: omnia opera eius fol. 77<sup>r</sup>  
cum ipsa concordant et congruunt. Haec concordia perit,  
31 si animus, quem excelsum esse oportet, luctu aut desiderio  
summittitur. In honesta est omnis trepidatio et sollicitudo  
et in ullo actu pigritia: honestum enim securum et expe-  
ditum est, interritum est, in procinctu stat. « Quid ergo ? 31  
non aliquid perturbationi simile patietur ? non et color  
eius mutabitur et uultus agitabitur et artus refrigescent ?  
et quicquid aliud non ex imperio animi, sed inconsulto  
quodam naturae impetu geritur. » Fateor: sed manebit illi  
persuasio eadem, nihil illorum malum esse nec dignum, ad  
quod mens sana deficiat. Omnia, quae facienda erunt, au-  
dacter facit et prompte. Hoc enim stultitiae proprium quis 32

---

*Haase, Hense ex P rectius* || 2 *humile Haase, humilem Q rell. codd.*  
(*subaudi. hominem?*): *ex a. f. in humile, ex regio in privatum*  
*Cornelissen* || 3 *domus suae (sue V) Q et pr. V | cohit Q | iam*  
*si Q* || 7 *stabile grande Q V Par. b M edd. vett., grande stabile*  
*P, Fichert, Haase, Hense* || 9 *Sequitur Q sed tur compend. supra*  
*vers.* || 10 *affl. sic Q F | liberrorum sed t prior punct. Q* || 11 *fert*  
*illorum Q V recte* || 12 *exsp. sic Q* || 15 *esset sed t eras. Q* || 17 &  
*in Q cum s et vulg., et om. Hense | pigricia Q* || 21 *inconsulto Q*  
|| 23 s. atquod Q || 24 s. auc/dacter Q, audacter V vulg., audaciter  
*P Par. b quam scripturam praefert Hense et defendit in comm. crit.*  
p. 269, 19 (cf. etiam Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 637) ||  
25 *proprium Q*

dixerit, ignaue et contumaciter facere, quae faciat, et alio corpus impellere, alio animum distrahique inter diuersissimos motus. Nam propter illa ipsa, quibus extollit se miraturque, contempta est et ne illa quidem, quibus gloriatur, libenter facit. Si uero aliquod timetur malum, eo 5 proinde, dum exspectat, quasi uenisset, urguetur et quicquid ne patiatur timet, iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus insignia languoris [signa] praecurrunt, — quaedam enim segnitia eneruis est et sine labore ullo lasitudo et oscitatio et horror membra percurrens: — sic 10 infirmus animus multo ante quam obprimatur malis qualitatur; praesumit illa et ante tempus cadit. Quid autem dementius quam angi futuris nec se tormento reseruare, sed arcessere sibi miserias et admouere? quas optimum 15 est differre, si discutere non possis. Vis scire futuro neminem debere torqueri? Quicumque audierit post quinquagesimum annum sibi patienda supplicia, non perturbatur,

<sup>2</sup> imp- sic *Q P* | distrahi quae *Q* et sic infra miratur quae  
 || 5 aliiquid *Q V P Par.b* || 6 proinde sic *Q V P Par.b*, perinde  
*vulg.* | exsp- sic *Q* | quamsi *Q V pr.* | urguetur sic *Q V* || 8 incor-  
 poribus insignis langorem signa *Q* et corr. *V* (languorem *V*), in  
 corporibus insignis (*sed insignis transfossum*) langore s. *P*, in c.  
 insigni languore s. *Par.b*, in c. infirmis languore s. aliquot 5  
*edd. Mentel. et Schweigaeus.*: in c. incidentis languoris (-ris 5)  
 s. *coni. Hense*, in c. instantis languoris s. *C. Brakman et P. Thomas*,  
 ingruentis languoris s. *Castiglioni*, qui etiam dubitat an *praeferendum sit* in corporum [insignis] languore s. Sed fortasse melius  
 in plurimorum codd. *scriptura aliiquid esse insitum viderunt Fickeri et Haase*, qui scripserunt in c. languoris signa, *expuncto* insignis  
 quod *vocabulum transfossum est in P et omissum in nonnullis 5*. Ego  
 vero, *genit. languoris recepto*, signa *potius abiciendum putaverim et insignia pro insignis scribendum*, ita ut signa pro glossemate habendum sit: cf. ep. 77, 2 ubi codd. vett. habent sīparum Alexandrina-  
 rum insigne indicium est sed indicium *ut ineptum adsumendum iam Muretus recte allegavit* | pcurr- *Q* || 9 segnianeruis *Q*  
 || 10 oscit- ex osit- *Q* || 11 obpr- sic *Q* || 12 pres- *Q* | 14 obt- *Q*  
 || 15 differre ex def- *Q* | possit ex possis corr. ead. m. *Q*, possis 5  
*vulg.*: possit *praeferit Hense et defendit in Berl. philol. Wochenschr.*,  
*I. c.*

nisi si medium spatium transiluerit et se in illam saeculo  
post futuram sollicitudinem inmiserit: eodem modo fit, ut  
animos libenter aegros et captantes causas doloris uetera  
atque oblitterata contristent. Et quae praeterierunt et quae  
futura sunt, absunt: neutra sentimus. Non est autem nisi  
ex eo, quod sentias, dolor. VALE.

L. ANNAEI SENECAE AD LVCILIVM  
EPISTVLARVM MORALIVM LIBER VIII EXPLICIT

---

I spac- Q || 4 pter- Q || 5 sentiamus Q P Par.b || 7 SENECA  
LVCILIO SVO SALVITEM etiam ante libri inscriptionem Q || 8 EPISTV-  
LARVM om. Q



INCIPIIT EIVSDEM LIBER VIII.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**M**inus tibi accuratas a me epistulas mitti quereris. <sup>1 Ep. LXXV.</sup>  
Quis enim accurate loquitur, nisi qui uult putide loqui? <sup>fol. 77<sup>v</sup></sup>  
5 qualis sermo meus esset, si una desideremus aut ambu-  
laremus, inlaboratus et facilis, tales esse epistulas meas  
uolo, quae nihil habent accersitum nec fictum. Si fieri <sup>2</sup>  
posset, quid sentiam, ostendere quam loqui mallem.  
Etiam si disputarem, nec supploderem pedem nec manum  
10 iactarem nec adtollerem uocem, sed ista oratoribus reli-  
quissim, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec  
exornassem nec abiecisem. Hoc unum plane tibi adpro- <sup>3</sup>  
bare uellem, omnia me illa sentire, quae dicerem, nec tan-  
tum sentire, sed amare. Aliter homines amicam, aliter li-  
15 beros osculantur: tamen in hoc quoque amplexu tam  
sancto et moderato satis appetit affectus. Non meher-

---

*Libri inscriptio in Q est eo notabilior quod V P Par.b initium non signant: in V paginae quod reliquum est post Vale scriptura vacare, ita ut hinc librum VIII incipere etiam in V verisimile sit, monet Hense (Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 126) || 3 aepistolae Q | quaer- Q || 5 desideremus Q, sederemus rell. libb. mss. et edd.: Quiriniani codicis scriptura (desideremus = otiosi sederemus) si- gnificantior cum sit, eam vulgatae praefero (cf. Riv. di filol. cl. XLII 1914, p. 28) idque mihi Hense assentitur (cf. Berl. philol. Wo- chenschr. 1914, p. 605) || 6 esset sed t punct. Q | aepkas Q || 9 suppol/derem ex corr. Q<sup>1</sup> || 10 adt- sic Q || 11 sensus meos ex sensumeor Q<sup>1</sup> | ate Q pr. | necexornassem ex neoexornansem Q<sup>1</sup> || 12 s. planetibi adprobare Q cum P Par.b vulg. || 16 affectus ex affectit corr. m. rec. Q | Nonne hercules Q pr.*

cules iejuna esse et arida uolo, quae de rebus tam magnis dicentur, — neque enim philosophia ingenio renuntiat: —

4 multum tamen operae impendi uerbis non oportet. Haec sit propositi nostri summa: quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus: concordet sermo cum uita. Ille 5 promissum suum impleuit, qui, et cum uideas illum et 5 cum audias, idem est. Videbimus, qualis sit, quantus sit: unus sit. Non delectent uerba nostra, sed prosint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito potest, si aut parata est aut paruo constat, adsit et res pulcherrimas 10 prosequatur: sit talis, ut res potius quam se ostendat.

Aliae artes ad ingenium totae pertinent, hic animi negotium 6 agitur. Non quaerit aeger medicum eloquentem, sed, si ita competit, ut idem ille, qui sanare potest, compte de his, quae facienda sunt, disserat, boni consulet. Non ta- 15 men erit, quare gratuletur sibi, quod inciderit in medi- cum etiam disertum: hoc enim tale est, quale si peritus 7 gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scabis? quid oblectas? aliud agitur: urendus, secandus, absti- nendus sum. Ad haec adhibitus es; curare debes mor- 20 bum ueterem, grauem, publicum: tantum negotii ha- bies, quantum in pestilentia medicus. Circa uerba occu- patus es? iamdudum gaude, si sufficis [rebus: quando fol. 78r] t a m multa disces? || quando, quae didiceris, adfiges tibi

---

2 phyl- Q || 3 opere Q || 6 implebit Q || 9 eloq- Q || 12 totē  
et mox querit Q || 13 loquentē Q pr. cum V P Par.b, eloq- m.  
rec. cum s || 14 comp- sic Q | sanari Q P Par.b V pr. | dehis Q  
|| 15 disserunt Q | consule Q pr. || 18 scabis Q cum plerisque codd.:  
capis Madvig, sed recte scabis tuerit Hense || 19 igitur Q P V pr.  
|| 23 s. quando tam multa Q, quando quae m. P et pr. V, quan-  
doque (- que Par.b) m. Par.b M, quando multa vulg.: emendandi  
conamina protulerunt Haase, Rossbach, Hense, sed Quiriniani scriptu-  
ram a me significatam in 'Riv. di Filol., l. c.' protinus esse praefe-  
rendam ipse Hense assensus est in 'Berl. philol. Wochenschr. l. c.'  
P. Hauck in sua edit. 'L. Annaeus Seneca, ausgewählte moralische  
Briefe, 1910' scribit quando tam multa, ut Q, sed utrum de ipsius  
penū an alterius deprompsit, perspectum non habeo || 24 quandoq;  
Q cum V corr. et P | didiceris adfiges tibi itautdidiceris. adfiges  
tibi itaut Q, eadem verba bis scripta V P Par.b

ita, ut excidere non possint? quando illa experieris? Non enim, ut cetera, memoriae tradidisse satis est: in opere temptanda sunt. Non est beatus, qui scit illa, sed *qui* facit. « Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim a 8 sapientia praeeeps est? » Non, ut existimo: nam qui profiticit, in numero quidem stultorum est, magno tamen interuallo ab illis diducitur. Inter ipsos quoque proficienes sunt magna discrimina: in tres classes, ut quibusdam placet, diuiduntur. Primi sunt, qui sapientiam nondum 9 habent, sed iam in uicinia eius constiterunt: tamen etiam quod prope est, extra est. Qui sint hi quaeris? qui omnes iam affectus ac uitia posuerunt, quae erant complectenda, didicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia est. Bonum suum nondum in usu habent, iam tamen in illa, quae fugerunt, decidere non possunt. Iam ibi sunt, unde non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet: quod in quadam epistula scripsisse me memini, « scire se ne-sciunt ». Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere. Quidam hoc proficientium genus, de quo locutus sum, 10 ita complectuntur, ut illos dicant iam effugisse morbos animi, affectus nondum, et adhuc in lubrico stare, quia nemo sit extra periculum malitia, nisi qui totam eam excussit: nemo autem illam excussit, nisi qui pro illa sapientiam adsumpsit. Quid inter morbos animi intersit et 11 affectus, saepe iam dixi. Nunc quoque te admonebo: morbi sunt inueterata uitia et dura, ut auaritia, ut ambitio: nimio artius haec animum implicuerunt et perpetua eius

---

1 possunt *Q pr.* || 2 tradidisse *Q* sed di supra vers. || 3 sed facit *Q V P Par.b*, sed qui facit 5 *vulg.*: illud probat *Baehrens*, sed *Hense* confert ep. 87, 13. 39 ubi et *Q* et *rell. codd.* pronomen relativum in simili structura exhibent || 4 uolligratus *Q pr.* || 5 prec-*Q* | qui compend. ex ut *Q<sup>1</sup>* || 7 deducitur *Q Par.b* || 11 exora est *Q*, ex ora. (hora *P Par.b*) est *V P Par.b* nonnulli editores | hi ex qui *Q<sup>1</sup>* | queris ex quer- m. rec. *Q* || 12 aff- sic *Q* || 15 dedicere *Q*, decidere *vulg.*: recidere *Muretus* || 17 epta *Q* || 20 dicant *Q V recte* || 21 aff- *Q P* et sic *infra* || 22 scit *Q* || 27 nimia (*ex minia*) ac uetus etanimum *Q*, nimia actus haec animum *V P Par.b*, nimia

mala esse coeperunt. Ut breuiter finiam, morbus est iudicium in prauo pertinax, tamquam ualde expetenda sint, quae leuiter expetenda sunt, uel, si mauis, ita finiamus: nimis inminere leuiter petendis uel ex toto non petendis, aut in magno pretio habere in aliquo habenda uel in nullo.

<sup>5</sup>  
12 Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti et concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum, sicut destillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua et uetus phthisin. Itaque qui plurimum proferre, extra morbos sunt, affectus adhuc sentiunt perfecto

<sup>10</sup>  
13 proximi. Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et affectus deposuerunt, sed ita, ut non sit illis ||

fol. 78<sup>v</sup> securitatis suae certa possessio: possunt enim in eadem

<sup>14</sup>  
14 relabi. Tertium illud genus extra multa et magna uitia est, sed non extra omnia. Effugit auaritiam, sed iram adhuc

<sup>15</sup>  
sentit: iam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione: iam non concupiscit, sed adhuc timet, et in ipso

metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam cedit; mor-

<sup>15</sup>  
tem contemnit, dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: bene nobiscum agetur, si in hunc admittimus

<sup>20</sup>

---

artius haec a. nonnulli <sup>5</sup>, aliter alii <sup>5</sup> et edd. et critici. Quiriniani codicis scriptura ac uetus me motum esse atque haec pro et ante animum scribi debere significavi in 'Riv. di filol. cl., l. c.' recte autem animadvertis Hense in 'Berl. philol. Wochenscr. 1914, p. 126 s.' ac uetus haud felix emendandi conamen putandum esse et probavit quod exhibent nonnulli <sup>5</sup>, mutato tamen nimia in nimio ex Rossbachii sententia | implic- sic Q V || 5 aliquo Q recte | in ullo Q || 6 Aff- sic Q P || 8 destillatio Q pr. dist- corr. m. rec. | uua Q pr., uuae corr. m. rec. | morem Q P recte || 9 assidua Q P | phitissin Q pr., tisin corr. m. rec. || 10 morbos Q sed s supra vers. | aff- sic Q | sentiunt. profecto Q cum Par.b || 11 proximis Q P Par.b pr. V sentiunt. perfecto proximis secundum comi. Radermacher || 12 aff- fectos Q pr. || 13 s. in eadem re labi Q || 14 est extremamulta etmagnauitia est Q sed posterius est exp. m. rec. || 16 & etiamnunc Q cum Par.b et pr. V: an set? | ambitionē Q pr. cum P O et pr. V, habet compend. ante ambitionē super add. m. rec., sed cf. quae de codicis O(xoniensis) scriptura sentit ambitionem disserit Hense in proecd. praef. p. XXVIII || 17 concupissit Q || 18 ad ex at m. rec. Q || 19 contēpnit Q || 20 in delet. ante si in Q

multa dicitur: quippe vero in mundis electo qui plucido per videlicet sed quis  
 bonus sed bonus ut sit frater est explicita et recte est. et id utrumque volumen  
 non accommodat hunc uocatur utrus hoc est honestum et unius et horum  
 non bonum. Nam cum soleratio pheas hominem soleratio pfecta bene facit. Sed in hec facta 8  
 hoc autem non bonum est quoniam obstat efficiens. diuersus et illi bona esse que  
 iusque ad profecta contraria sunt. id est operatus omnis sed uide unum ipsi  
 honestum quoniam nullum sine illis est. hominem in quoniam bonum est que quadam  
 confirmat et collat amplificat bonum est. Uelidior rem uult. Animum  
 te ex eius rem amplius manifestari vult. Nam cetera quia in multis ac  
 multa uinitate deluduntur. Ergo si ad unum bonum rest quoniam honestum  
 nus efficiens. Omnes et ceterae totius uite honesta secundum pfectum spectantur  
 per amorem adiuver facienda non facienda rei diriguntur. quid sit haec uita.  
 Ut bonus quod honeste se faciat ut puer et facies et uersus puerum  
 silaboriosum et facies et uersus modum sumer et facias et tu speculum  
 eris. Kuit si quid turpe erit non facias et uersus puerum afferas et tam  
 ad ipsam rem etiam si poteris. Ab honestonibus et decorribus ad amorem nulla  
 mutabitur. Ergo si honestum alibi faciatur ut turpe ut pueratur us. et quod  
 et tu utre spectatur us hinc duo nec illud malum quod mutatur pe. Si uero inde  
 prauus et tu utre est et sollempniter tenor issiu. unum est bonum utre tu et uerum  
 accidere nec et bonum non potest mutationis periculum effugit sed tunc  
 ad sapientiam eripit. Si mentis insulatio non revolutur. Dicitur forte  
 meministi et concipi et velox et inuidia in consueto impetu pleroque. et  
 casse inuenisti et quid ueris proceru. inuenisti et qui. Tunc in unum  
 inponitur cuiusrisum non interrumperit turquie infundit liberorum la  
 crimam non mittit. qui mortuus non trepidus occurrit. de amore deinceps  
 dicas pericula de popoicerunt quod potest breuis obsecratio aperte aliquo si  
 male geritur quantumvis utrisque et quod et impetus nec subito sed laequiter  
 uel et cupido et robur est. Separatur atque ab inconstans specie conetur  
 tur et spes et timor semper et nebonam nec male. Unum ergo bonum ipsi  
 utru est que in meritis honorum et illi super illi incedit cum magno iustus

et cupiditate nr. irritante. de inimicis qd anima et libe faciunt et auident et maler e



numerum. Magna felicitate naturae magna et assidua intentione studii secundus occupatur gradus : sed ne hic quidem contemnendus est color tertius. Cogita, quantum circa te uideas malorum, aspice, quam nullum sit nefas sine exemplo, quantum cotidie nequitia proficiat, quantum publice priuatimque peccetur : intelleges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus. « Ego uero, inquis, spero me posse et amplioris ordinis fieri. » Optauerim hoc nobis magis quam promiserim : praeoccupati sumus, ad uirtutem contendimus inter uitia districti. Pudet dicere : honesta colimus, quantum uacat. At quam grande praemium exspectat, si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus ! Non cupiditas nos, non timor pellet : in agitati terroribus, incorrupti uoluptatibus nec mortem horribimus nec deos : sciemos mortem malum non esse, deos malo non esse. Tam inbecillum est, quod nocet quam cui nocetur : optima ui noxia carent. Exspectant nos, si ex hac aliquando faece in illud euadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas. Quaeris quae sit ista ? Non homines timere, non deos ; nec turpia uelle nec nimia ; in se ipsum habere maximam potestatem : inaestimabile bonum est suum fieri.

VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Inimicitias mihi denuntias, si quicquam ex his, quae <sup>1</sup> Ep. LXXVI. cotidie facio, ignoraueris. Vide, quam simpliciter tecum uiuam : hoc quoque tibi committam. Philosophum audio

1 ass- sic Q || 2 hoccup- Q pr. || 3 contēpn- Q || 7 sumus ex summus radendo Q || 8 optauerī ex optauerit Q || 9 quā miserim Q || 11 prem- Q || 12 exsp- sic Q | hoccup- Q pr. | male cenacissima Q pr. || 13 s. Inagitat interroribus Q cum P || 16 maio Q pr. cum P M<sup>1</sup>, malos corr. m. rec. cum vulg., malo Hense cui assentior || 17 exsp- sic Q P | si om. Q cum plerisque codd. || 19 expulsi Q pr. 25 ex his Q || 26 uideo Q V Par.b || 27 phyl- Q

et quidem quintum iam diem habeo, ex quo in scholam  
 eo et ab octaua disputantem audio. «Bona, inquis, aetate.»  
 Quidni bona? quid autem stultius est quam, quia diu non  
 2 didiceris, non discere? «Quid ergo? idem faciam, quod  
 trossuli et iuuenes?» Bene mecum agitur, si hoc unum  
 senectutem meam dedecet: omnis aetatis homines haec  
 fol. 79r schola admittit. «In hoc senescamus, ut iuuenes || sequamur?» In theatrum senex ibo et in circum deferar et  
 nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire  
 3 erubescam? Tamdiu discendum est, quamdiu nescias: si 10  
 proverbio credimus, quamdiu uiuas. *Nec ulli hoc rei magis conuenit quam huic: tamdiu discendum est, quemadmodum uiuas, quamdiu uiuas.* Ego tamen illic aliquid  
 4 et doceo. Quaeris, quid doceam? etiam seni esse discen- 15  
 dum. Pudet autem me generis humani, quotiens scho-  
 lam intraui. Praeter ipsum theatrum Neapolitanorum, ut  
 scis, transeundum est Metronactis petenti domum. Illud  
 quidem fartum est et ingenti studio, quis sit pythau-  
 les bonus, iudicatur; habet tubicen quoque Graecus et 20  
 praeco concursum: at in illo loco, in quo uir bonus quaer-  
 ritur, in quo uir bonus discitur, paucissimi sedent, et hi  
 plerisque uidentur nihil boni negotii habere, quod agant:  
 inepti et inertes uocantur. Mihi contingat iste derisus:

---

<sup>1</sup> scolam Q || 4 s. verba Quid ergo? — iuuenes? *Lucilio quasi obicieni tribuit recte Schweighaeuser* || 6 decet Q cum rell. codd.: corr. *Pincianus* | Omnis (ex Omnes corr. m. rec.) homines aetatis Q || 7 scola Q V P | admittit Q | sequantur Q, tueretur *Schweighaeuser qui etiam corr.* senes eamus ex *Scriverrii conjectura.* Verba In hoc — sequamur *Lucilio tamquam obicieni tribuit Fickert, interrogationis nota addita* || 9 pars sed s punct. Q | depugnauit Q || 11-13 verba Nec ulli — quamdiu uiuas *aberravit* || 15 s. scolâ Q sed lineolam compendii super addidit m. rec. || 16 Pret- Q || 17 petentis Q pr., poten-  
 tis corr. m. rec.: petenti q *Erasm.*<sup>1</sup> || 18 quisicit Q | phitaules Q || 19 tubicem Q || 20 preco Q || 21 discitur Q cum plerisque codd., discerit q (*an dissenserit?*): *verba* in quo — discitur suspectus ut glos- sema *Fickert*, educitur (*pro discitur*) *coni. Guil. Gemoll* || 23 inernes Q pr., inermes Q<sup>1</sup>

aequo animo audienda sunt inperitorum conuicia et ad honesta uadenti contemnendus est ipse contemptus. Perge, 5 Lucili, et propera, ne tibi accidat, quod mihi, ut senex discas : immo ideo magis propera, quoniam id nunc ad-  
 gressus es, quod perdiscere uix senex possis. « Quantum, 6 inquis, proficiam? » Quantum temptaueris. Quid exspectas? nulli sapere casu obtigit. Pecunia ueniet ultro, honor offeretur, gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi : uirtus in te non incidet. Ne leui quidem opera aut paruo  
 10 labore cognoscitur : sed est tanti laborare omnia bona semel occupaturo. Vnum est enim bonum, quod honestum : in illis nihil inuenies ueri, nihil certi, quaecumque famae placent. Quare autem unum sit bonum, quod honestum, dicam, 7 quoniam parum me exsecutum priore epistula iudicas  
 15 magisque hanc rem tibi laudatam quam probatam putas, et in artum, quae dicta sunt, contraham.

Omnia suo bono constant. Vitem fertilitas commendat 8 et sapor uini, uelocitas ceruum: quam fortia dorso iumenta sint queris, quorum hic unus est usus, sarcinam ferre.  
 20 In cane sagacitas prima est, si inuestigare debet feras, cursus, si consequi, audacia, si mordere et inuadere : id in quoque optimum esse debet, cui nascitur, quo censemur. In homine optimum quid est? ratio : hac antecedit animalia, 9 deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium bonum est,  
 25 cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet :

---

1 conuicia Q | abhonesta Q | 2 uadendi Q | contempn- Q P || 3 netibi/ Q cum 5 et vulg.; post ne tibi in exitu versus aliquid spati vacuū, sed et alii versus eiusdem folii paulo interius terminantur: tibi ne et ipsi scribere maluit Hense || 4 qm̄ Q | id non Q V P Par.b, id nunc 5 vulg., id (om. non) q: diu non Buecheler, olim id non Rossbach, quoniam id non adgressus es adulescens quod Hense. Sed rectam scripturam hic, ut saepe alias, in 5 extare putaverim || 6 exsp- sic Q || 7 post obtigit duo vel tria verba erasa || 8 efferatur Q V P: offeretur ed. Ven. a. 1492 f. XXVIII || 11 opcup- Q || 12 fame Q || 13 autem compend. Q V || 14 aep̄ta Q || 17 bona Q | post constant aliquid erasi Q || 18 uini Q pr. cum V et corr. P, uinū corr. m. rec. | dorso ex borsa Q || 21 sic consequi Q || 23 quid est optimum Q V

fol. 79<sup>v</sup> et leones. Formosus est: et pauones. || Velox est: et equi.  
 Non dico, in his omnibus uincitur: non quaero, *quid* in  
 se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet: et  
 arbores. Habet impetum ac motum uoluntarium: et  
 bestiae et uermes. Habet uocem: sed quanto clariorem,  
 canes, acutiorem aquilae, grauiorem tauri, dulciorem mo-  
 bilioremque luscini? Quid est in homine proprium? ratio:  
 haec recta et consummata felicitatem hominis impleuit.  
 Ergo si omnis res, cum bonum suum perfecit, laudabilis  
 est et ad finem naturae suaे peruenit, homini autem suum  
 bonum ratio est: si hanc perfecit, laudabilis est et finem  
 naturae suaे tetigit. Haec ratio perfecta uirtus uocatur  
 eademque honestum est. Id itaque unum bonum est in  
 homine, quod unum hominis est: nunc enim non quae-  
 rimus, quid sit bonum, sed quid sit hominis bonum. Si  
 nullum aliud est hominis quam ratio, haec erit unum eius  
 bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus,  
 puto improbabitur; si bonus, puto probabitur. Id ergo  
 in homine primum solumque est, quo et probatur et impro-  
 batur. Non dubitas, an hoc sit bonum: dubitas an solum  
 bonum sit. Si quis omnia alia habeat, ualitudinem, diui-  
 tias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex con-  
 fesso sit, improbabis illum. Item si quis nihil quidem  
 eorum, quae rettuli, habeat, deficiatur pecunia, clientium  
 turba, nobilitate et auorum proauorumque serie, sed ex  
 confesso bonus sit, probabis illum. Ergo hoc unum est  
 bonum hominis, quod qui habet, etiam si aliis destituitur,

---

1 formosus *Q P Par.b et corr. V, formonsus Hense ex V pr.*  
 | pauones sed u supra vers. *Q V | aequi Q pr. || 2 quid om. Q*  
 || 3 Habet corpus *Q || 6 acuc. Q | -le Q || 7 Quid est in Q, est om.*  
*rell. libb. mss. et edd. || 12 uocatur (tur compend.) ex uocato Q<sup>1</sup>*  
 || 14 homini *Q V P || 17 scit Q || 18 bonos Q pr. || 19 soluq. ex solum*  
*Q<sup>1</sup> | quod Q | etprobatur etimprobatur Q cum V Par.b et vulg.*  
 || 21 ualit- sic *Q P Par.b || 22 magis (pro malus) Q || 23 impr. Q V*  
 || 24 eorum *Q V P, illorum Par.b vulg.; nolatu dignum est*  
 eorum *ante pronomen relativum (contra hi, his pro ii, iis) | ret- Q*  
 | deficiatur *Q pr., ur transfixit m. rec.*

laudandus est, quod qui non habet, in omnium aliorum  
 copia damnatur ac reicitur. Quae condicio rerum, eadem 13  
 hominum est: nauis bona dicitur non quae pretiosis colori-  
 bus picta est nec cui argenteum aut aureum rostrum est nec  
 5 cuius tutela ebore caelata est nec quae fiscis atque opibus  
 regii pressa est, sed stabilis et firma et iuncturis aquam  
 excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida,  
 gubernaculo parens, uelox et non sentiens uentum. Gla- 14  
 dium bonum dices non cui auratus est balteus nec cuius  
 10 uagina gemmis distinguitur, sed cui et ad secundum sub-  
 tilis acies est et mucro munimentum omne rupturus. Re-  
 gula non quam formosa, sed quam recta sit quaeritur:  
 eo quidque laudatur, cui comparatur, quod illi proprium  
 est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum 15  
 15 aret, quantum feneret, a quam || multis salutetur, quam fol. 80r  
 pretioso incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat,  
 sed quam bonus sit. Bonus autem est, si ratio eius ex-  
 plicita et recta est et ad naturae suae uoluntatem accom-  
 modata. Haec uocatur uirtus, hoc est honestum et unicum 16  
 20 hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem,  
 sola ratio perfecta beatum facit: hoc autem unum bonum  
 est, quo uno beatus efficitur. Dicimus et illa bona esse,  
 quae a uirtute profecta contractaque sunt, id est opera  
 eius omnia: sed ideo unum ipsa bonum est, quia nullum  
 25 sine illa est. Si omne in animo bonum est, quicquid illum 17  
 confirmat, extollit, amplificat, bonum est: ualidiorem autem  
 animum et excelsiorem et ampliorem facit uirtus. Nam  
 cetera, quae cupiditates nostras irritant, deprimunt quo-  
 que animum et labefaciunt et, cum uidentur attollere, in-

---

2 dampn- sed p puncti. Q | condit- Q || 3 pcc- Q || 7 ad ferend-  
 dum ex affer- Q<sup>1</sup> || 8 -la Q || 15 fen- sic Q | aquam (*desinit fol.*  
*79v*) multis Q cum V Parb vulg., et quam m. P: quam m. Guil.  
 Gemoll || 16 prec- Q || 18 aure suae Q || 23 ad sed d abrasa Q | con-  
 tractaq; (ta *supra* vers. add. Q<sup>1</sup>) Q cum rell. codd.: contactaque  
*Lipsius* || 27 animum bis exaratum sed prius erasum Q || 28 s. verba  
 cupiditates — attollere add. in marg. infer. Q<sup>1</sup>

flant ac multa uanitate deludunt. Ergo id unum bonum  
 18 est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius  
 uitae honesti ac turpis respectu temperantur: ad haec fa-  
 ciendi et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc, dicam:  
 uir bonus quod honeste se facturum putauerit, faciet, 5  
 etiam sine pecunia si laboriosum erit, faciet, etiam si dam-  
 nosum erit, faciet, etiam si periculosum erit; rursus quod  
 turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam afferet, etiam si  
 uoluptatem, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re  
 19 deterrebitur, ad turpia nulla inuitabitur. Ergo si ho-  
 nestum utique secuturus est, turpe utique uitaturus et  
 in omni actu uitae spectaturus haec duo, *nec aliud bonum*  
*quam honestum* nec aliud malum quam turpe, si una inde-  
 prauata uirtus est et sola permanet tenoris sui: unum est  
 bonum uirtus, cui iam accidere, ne sit bonum, non potest. 15  
 Mutationis periculum effugit: stultitia ad sapientiam  
 20 erepit, sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si  
 forte meministi, et concupita uulgo et formidata inconsulta  
 impetu plerosque calcasse: inuentus est, qui  
 diuitias proiceret, inuentus est, qui flammis manum 20

---

1 id (corr. ex quid) unum *Q*, unum id *vulg.*: cf. § 12 Ergo hoc  
 unum est bonum et §§ 16, 30 et alibi || 2 efficetur *Q cum nonnullis*  
 5 et *vulg.*, efficietur *alii*: cf. § 16 quo uno beatus efficitur || 4 di-  
 rigitur sic *Q V P Par.b* || 6 &iam sinepecunia/silaboriosum *Q*  
 cum *V P Par.b*, sine pecunia om. nonnulli 5 et *vulg.* sed non ineptum  
 videtur quippe quod gradationis curvadum initium faciat cum seq-  
 damnosum: particula autem si ab enuntiati principio remota est  
 signatissimi vitandi causa || 8 aff- sic *Q* | etiam/uoluptatem (om. si)  
*Q* || 11 utiq; *Q* sed i supra vers. | secuturus ex secuc- *Q* || 12 s.  
 nec aliud bonum quam honestum Haase et Hense ex codd. Guel-  
 ferbyt. 23,32, fide Fickerti, et ed. Ven. a. 1492 f. XXVIII in qua  
 tamen nisi pro quam || 13 s. inde/prauata *Q* sed ta supra vers.  
 || 15 nec sit *Q P Par.b* et pr. *V M* || 16 effugit *Q recte*, et sic mox  
 erepit || 18 etconcupita *Q*, concupita rell. libb. mss. et edd.: et — et  
 (et concupita — et formidata) res inter se contrarias apte distin-  
 guunt || 19 s. inuentus est quidiuitias proicer&. inuentus est qui  
 flammis manum/ inponeret *Q*. Verbis inuentus est — proicer&, quae  
 nullus notus codex exhibet, rerum concupitarum exemplum optime  
 suppleri, quod adhuc desiderabatur, cum praesertim complura sint  
 formidatarum rerum exempla quae Seneca adfert, et ego monui in

inponeret, cuius risum non interrumperet tortor, qui in funere liberorum lacrimam non mitteret, qui morti non trepidus occurreret: amor enim, ira, cupiditas pericula depoposcerunt. Quod potest breuis obstinatio animi aliquo stimulo excitata, quanto magis uirtus, quae non ex impetu nec subito, sed aequaliter ualet, cui perpetuum robur est? Sequitur, ut quae ab inconsulis saepe contemnuntur, a sapientibus semper, ea nec bona sint nec mala. Vnum ergo bonum ipsa uirtus est, quae inter hanc fortunam et illam superba incedit cum magno utriusque|| contemptu. fol. 8ov  
 Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse praeter honestum, nulla non uirtus laborabit: nulla enim obtineri poterit, si quicquam extra se respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex qua uirtutes sunt, et ueritati, quae sine ratione non est: quaecumque autem opinio ueritati repugnat, falsa est. Virum bonum concedas necesse est summae pietatis erga deos esse. Itaque quicquid illi accedit, aequo animo sustinebit: sciet enim id accidisse lege diuina, qua uniuersa procedunt. Quod si est, unum illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est et parere diis nec excandescere ad subita nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum et facere imperata. Si ullum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos auiditas uitiae, auiditas rerum uitam instruentium, quod est intolerabile, infinitum, uagum. Solum ergo bonum est

'Riv. di filol. cl., l. c.' et Hense pluribus argumentis confirmavit coll. Sen. de ira II 36,6 et Philod. de ira col. XV 16 Wilke. Praeterea Quiriniani scriptura manum inponeret in enuntiatur serie eundem finiendo modum servat, quem vulgata imponeret manum chiasmo inepte effecto turbat || 1 torqui Q et pr. V || 2 mitter& Q cum vulg.: emitteret praefert Chatelain ex cod. Guelferbyt. 23,32 || 3 amor & ira Q: amor enim, ira Chatelain || 4 depoposcerint ex-runt altero ductu vocalis u eraso Q || 7 utq: Q | sepe Q | contēpn- Q cum P || 10 incedit ex incidit Q || 11 pret- Q || 12 obtin- sic Q || 14 exiurtute (pro ex qua uirtutes) Q || 17 summe Q || 18 sciat Q Par.b || 19 Quotsi Q || 20 positum (om. est) Q V P || 21 parē ex parer corr. m. rec. Q | diis (dis V) nec Q V P cum vulg. || 23 quā Q cum V Par.b recte | sequeretur Q

25 honestum, cui modus est. Diximus futuram hominum feliciorum uitam quam deorum, si ea bona sunt, quorum nullus diis usus est, tamquam pecunia, honores. Adice nunc, quod si modo solutae corporibus animae manent, felicior illis status restat quam est, dum uersantur in corpore. 5  
 Atqui si ista bona sunt, quibus per corpora utimur, emiss erit peius, quod contra fidem est, feliciores esse liberis  
 26 et in uniuersum datis clusas et obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea, quae tam homini contingunt quam mutis animalibus, et muta animalia beatam uitam 10 actura: quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patienda sunt: quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum quam honestum. Haec quamuis latius executus essem priore epistula, construxi et breuiter per  
 27 cucurri. Numquam autem uera tibi opinio talis uidebitur, 15 nisi animum adleues et te ipse interroges, si res exegerit, ut pro patria moriaris et salutem omnium ciuium tua redimas, an porrecturus sis ceruicem non tantum patienter, sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est: omnia enim relinquis, ut hoc habeas. Vide 20 quanta uis honesti sit: pro re publica morieris, etiam si statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum.  
 28 Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam exiguo tempore ac breui capit, et quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis 25 pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat, et uir fortis ac iustus, cum mortis suae pretia ante se

2 nullum Q rell. vett. || 5 mersantur Q V P, uers. Par.b: prior scriptura poetico Senecae stilo magis consentanea videtur, sed sententiae parum satisfacit || 8 datis Q cum rell. codd.: elatis Aem. Hermes | clusas sic Q || 9 iam Q P Par.b || 10 multis sed 1 punct. Q, similiter V || 14 aepita Q | pecurri Q sed prius cu exp. m. rec. || 16 adleuasset (plane pro adleuas et) Q, adleuas et V Par.b | ipsum Q cum aliquot vett. edd. | interrogas Q Par.b || 17 tuae Q || 21 honesti Q recte | propre (plane depravatum ex pro re p) Q || 22 erit Q V P | esset sed t punct. Q || 23 pulcherima Q || 27 pcia Q

posuit, || libertatem patriae, salutem omnium, pro quibus fol. 81.  
dependit animam, in summa uoluptate est et periculo  
suo fruitur. Sed ille quoque, cui hoc gaudium eripitur, quod 29  
tractatio operis maximi et ultimi praestat, nihil cunctatus  
5 desiliet in mortem, facere recte pieque contentus. Oppone  
etiamnunc illi multa quae dehortentur, dic: « factum tuum  
matura sequetur obliuio et parum grata existimatio ciuium ».  
Respondebit tibi: « ista omnia extra opus meum sunt,  
ego ipsum contempnor; hoc esse honestum scio; itaque  
10 quocumque ducit ac uocat, uenio. » Hoc ergo unum bonum 30  
est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus  
quoque et indolis bonae sentit: cetera leuias sunt, muta-  
bilia. Itaque sollicite possidentur: etiam si fauente fortuna  
in unum congesta sunt, dominis suis incubant grauia et  
15 illos semper premunt, aliquando et illidunt. Nemo ex istis, 31  
quos purpuratos uides, felix est, non magis quam ex illis,  
quibus sceptrum et chlamydem in scaena fabulae adsignant:  
cum praesente populo lati incesserunt et coturnati, simul  
exierunt, exalceantur et ad staturam suam redeunt.  
20 Nemo istorum, quos diuitiae honoresque in altiore fasti-  
gio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus uidetur? cum  
basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio, licet in

3 cui etiam hoc *Q V Par.b* | quam *Q V P Par.b*, quod *Arg.b*  
 || 4 tractati *Q P Par.b* et *pr. V* | maxime et ultimi *Q*, maximum et  
 ultimum aut maxime et ultime *vulg.*: maximi et ultimi *Sanctolo-*  
*nius et Madvig* || 5 piaeque contemptus *Q* || 8 Respondebit *Q* cum  
 5 et *vulg.*, respondet *alii* 5, respondit *V P Par.b* || 9 Ego *Q* cum  
*Par.b* recte || 10 ac uocat *Q* sed t add. *m. rec.* in *extr. vers.* || 12 bone *Q*  
 || 13 fauente *Q* sed u supra vers. || 14 incubant *Q V P*, incum-  
 bunt 5 *vulg.* || 15 illidunt *Q*, inlidunt *V P*, elidunt aut inli-  
 dunt *vulg.* (illidunt coni. iam *Gruterus*): veterum codd. scripturam  
 tuerintur *Radermacher* et *Hense*, sed illidunt post premunt optime  
*facit* || 16 porporatus *Q pr.* || 17 clamide *Q* cum *P* | scena fabule  
*Q* || 18 p̄sent *Q* | lati *Q pr.*, elati corr. *m. rec.* | coturnati sic *Q*  
*V P* || 20 ante istorum una littera rasa *Q* | inalt punct. ante ho-  
 noresq; *Q* || 22 metiris *Q* sed me supra vers. | n̄ est magnus  
 pumilio *Q*, sic etiam *Hense* cum *Lipsio*, *Ruhkopfio* et *alii*: magnus  
 non est p. *alii*: non est om. *P Par.b*, unde nanus p. *Gruterus*,  
 manet p. *Haase*, manebit nanus p. *Chatelain*

monte constiterit; colossus magnitudinem suam seruabit,  
 32 etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis  
 inponitur, quod neminem aestimamus eo, quod est, sed  
 adicimus illi et ea, quibus adornatus est. Atqui cum uoles  
 ueram hominis aestimationem inire et scire, qualis sit, nu- 5  
 dum inspice: ponat patrimonium, ponat honores et alia  
 fortunae mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere,  
 33 qualis quantusque sit, alieno an suo magnus. Si rectis  
 oculis gladios micantes uidet et si scit sua nihil interesse,  
 utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum uoca: 10  
 si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta et quae casu  
 uenient et quae potentioris iniuria, si uincula et exilia  
 et uanas humanarum formidines mentium securus audit  
 et dicit: «'non ulla laborum, | o virgo, noua mi facies inopi- 15  
 naue surgit: | omnia preecepi atque animo mecum ipse  
 peregi.' Tu hodie ista denuntias: ego semper denuntiaui  
 34 mihi et hominem paraui ad humana. » Praecogitati mali  
 mollis ictus uenit. At stultis et fortunae creditibus omnis  
 tol. 81<sup>v</sup> uidetur noua rerum et inopinata facies: || magna autem  
 pars est apud imperitos mali nouitas. Hoc ut scias, ea 20  
 quae putauerant aspera, fortius, cum adsueuere, patiuntur.  
 35 Ideo sapiens adsuescit futuris malis et quae alii diu  
 patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Au-  
 dimus aliquando uoces imperitorum dicentium: « sciebam  
 hoc mihi restare»: sapiens scit sibi omnia restare. Quic- 25  
 quid factum est, dicit: « sciebam ». VALE.

---

1 Colosus pr. Q V (col- V) || 3 inp- sic Q | eo quod Q recte  
 || 4 adhorn- Q | Atqui Q sed t supra vers., item V || 5 homini Q |  
 scit (pro sit) Q | nondum Q || 6 alias sed s punct. Q || 7 fortune  
 Q pr. | mendatia Q || 8 quantus Q | erectis Q V Par.b || 9 et  
 sciscit sed c prior punct. Q || 10 uocat Q perperam. Notatu dignus  
 est chiasmus, cuius tertium membrum secundo par subauditur || 12 eue-  
 niunt Q || 13 formidines Q V recte || 14 nonnulla Q cum P | labo-  
 rum omniū virgo Q || 15 p̄cipi/Atq; Q cum V pr. | ante (pro ipse)  
 Verg. Aen. VI 105 || 17 mihi compend. Q | adhumana Q | Precog- Q  
 || 18 ad Q pr. || 20 s. eaq; Q || 21 s. patientur Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**S**ubito nobis hodie Alexandrinae naues apparuerunt, <sup>1</sup> Ep. LXXVII.  
 quae praemitti solent et nuntiare securitiae classis aduentum : tabellarias uocant. Gratus illarum Campaniae aspectus est; omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere uelorum Alexandrinas quamuis in magna turba nauium intellegit: solis enim licet siparum intendere, quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res aequa <sup>2</sup> adiuuat cursum quam summa pars ueli : illinc maxime <sup>10</sup> nauis urguetur. Itaque quotiens uentus increbruit maiorque est quam expedit, antemna submittitur : minus habet uirium fatus ex humili. Cum intrauere Capreas et promunturium, ex quo «alta procelloso speculatur uertice Pallas», ceterae uelo iubentur esse contentae : siparum <sup>15</sup> Alexandrinarum insigne [indictum] est. In hoc omnium <sup>3</sup> discursu properantium ad litus magnam ex pigritia mea sensi uoluptatem, quod epistulas meorum accepturus non properauit scire, quis illic esset rerum mearum status, quid afferrent : olim iam nec perit quicquam mihi nec <sup>20</sup> adquiritur. Hoc, etiam si senex non essem, fuerat sentendum, nunc uero multo magis: quantulumcumque haberem, tamen plus iam mihi superesset uiatici quam uiae, praesertim cum eam uiam simus ingressi, quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in media parte aut <sup>4</sup> <sup>25</sup> citra petitum locum steteris : uita non est imperfecta, si honesta est. Vbicunque desines, si bene desines, tota est.

---

<sup>2</sup> al erasum ante hodie Q | alexandrine Q || 3 pmitti Q |  
 | secuturē Q || 7 siparum sic Q P Par.b et pr. V et sic infra  
 || 10 urguetur Q sed u punct. m. rec. || 11 antempna Q | subm- sic Q  
 || 12 s. promunturium Q pr., promuntor- corr. m. rec. || 13 quo  
 om. Q || 14 Ceterē Q | contente Q || 15 indictum (corr. ex iudic-)  
 Q cum vett. codd., secl. Muretus: cf. ep. 74.33 || 17 eptas Q  
 || 19 aff- sic Q || 20 s. sciendum Q, sentiendum rell. libb. mss. et edd.  
 || 23 sumus Q V P Par.b || 24 non erasum ante erit Q

Saepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis: nam nec hae maxima sunt, quae nos tenent.

5 Tullius Marcellinus, quem optime noueras, adulescens quietus et cito senex, morbo et non insanabili correptus sed longo et molesto et multa imperante, coepit deliberare de morte. Conuocauit complures amicos: unusquisque aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suasisset, aut quia adulator et blandus, id consilium dabat, quod 10  
 6 deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus, homo egregius et, ut uerbis illum, quibus laudari dignus fol. 82<sup>r</sup> est, || laudem, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optime illum cohortatus. Sic enim coepit: « noli, mi Marcelline, torqueri, tamquam de re magna deliberes. Non est res magna uiuere: omnes serui tui uiuunt, omnia animalia: magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita, quamdiu iam idem facias: cibus, somnus, libido, per hunc circulum curritur. Mori uelle non tantum prudens aut fortis aut 15  
 7 miser, etiam fastidiosus potest. » Non opus erat suasore illi, sed adiutore: serui parere nolebant. Primum detraxit illis metum et indicauit tunc familiam periculum adire, cum incertum esset, an mors domini uoluntaria fuisset: alioqui tam mali exempli esse occidere dominum quam 20  
 8 prohibere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit non esse inhumanum, quemadmodum cena peracta reliquiae circumstantibus diuidantur, sic peracta uita aliquid porrigi his, qui totius uitae ministri fuissent. Erat Marcellinus 25

---

<sup>1</sup> Sepe Q || 2 nec et Q pr. V P Par.b, nec hee corr. Q<sup>o</sup>, e alteram refecit m. rec., uel heae supra nec scr. m. secunda in M: nec hae nonnulli<sup>s</sup> et Erasm<sup>a</sup>, nec eae Rossbach | maxime Q || 3 adul-Q || 4 s. correptus sed longo Q cum rell. codd.: correptus et l. coni. Gertz || 6 cōplures Q || 8 adulator Q pr., adul- corr. m. rec. || 9 amicus Q cum rell. codd.: Attalus coni. Schweighaeuser, nomen proprium potius latere in Stoicus putat Madvig. At librorum scripteram tuetur Hense recte coll. ep. 58,8 || 12 cepit Q: | mihi (pro mi) Q || 22 Alioqui lineolam super addidit Q<sup>o</sup>: scribo alioqui quamquam prope ubique alioquin Q exhibet | esset Q P Par.b et pr. V || 24 cena Q | reliquie Q || 25 diuiduntur Q cum V Par.b || 26 his Q P Par.b, iis V: is Hense

facilis animi et liberalis, etiam cum de suo fieret: minutus  
 itaque summulas distribuit flentibus seruis et illos ultro  
 consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine: tri- 9  
 duo abstinuit et in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit.  
 5 Solium deinde inlatum est, in quo diu iacuit et calda  
 subinde suffusa paulatim defecit, ut aiebat, non sine qua-  
 dam uoluptate, quam afferre solet lenis dissolutio non  
 inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. In fabellam 10  
 excessi non ingratam tibi: exitum enim amici tui cognosces  
 10 non difficilem nec miserum. Quamuis enim mortem fisi  
 conscienterit, tamen mollissime excessit et uita elapsus est.  
 Sed ne inutilis quidem haec fabella fuerit: saepe enim talia  
 exempla necessitas exigit. Saepe debemus mori nec uo-  
 lamus, morimur nec uolumus. Nemo tam imperitus est, 11  
 15 ut nesciat quandoque moriendum: tamen cum prope  
 accessit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi uide-  
 tur stultissimus omnium, qui fleuit, quod ante annos  
 mille non uixerat? aeque stultus est, qui flet, quod post  
 annos mille non uiuet. Haec paria sunt, non eris nec fuisti:  
 20 utrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus 12  
 es, quod ut extendas, quo usque extendes? Quid fles? quid  
 optas? perdis operam. «Desine fata deum flecti sperare  
 precando.» Rata et fixa sunt et magna atque aeterna ne-  
 cessitate ducuntur: eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi  
 25 noui est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit,  
 hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc om-  
 nibus post te. Series inuicta et nulla mutabilis ope inli- fol. 82v

---

5 calda sic Q P Par.b et pr. V. || 6 alebat Q pr. || 7 aff-  
 sic Q | nonexpta Q, non experta Par.b || 8 liquit Q V recte || 9 ex/  
 excessi sed prius ex punct. Q || 11 conscienterat Q | uitiae lapsus  
 Q pr. cum P || 12 sepe Q || 14 imp- sic Q || 16 s. tibi uidetur Q,  
 sic etiam ed. Ven. a. 1492 f. XXIX: uidetur tibi P, tibi videbitur  
 vulg. || 17 s. flebit — uixerit (uixerit etiam codd. Rehdiger. I) Madvig  
 || 20 hoc punctū Q cum Par.b et pr. V recte | coniectus Q V Par.b  
 || 21 est Q | quod optas Q || 22 opera Q pr. | facta Q | flecti Q sed  
 c supra vers. || 23 p̄cando Q || 27 poste sed alteram t super addidit  
 ead. m. Q | inmutabilis Q

13 gauit ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum  
 sequetur? quantus comitabitur? Fortior, ut opinor, essem,  
 si multa milia tibi commorerentur: atqui multa milia et  
 hominum et animalium hoc ipso momento, quo tu mori  
 dubitas, animam uariis generibus emittunt. Tu autem non 5  
 putabas te aliquando ad id peruenturum, ad quod semper  
 ibas? Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum  
 uirorum me tibi iudicas relaturum? puerorum referam.  
 Lacon ille memoriae traditur inpubis adhuc, qui captus  
 clamabat « non seruam » sua illa Dorica lingua, et uer- 10  
 bis fidem imposuit: ut primum iussus est seruili fungi  
 et contumelioso ministerio, — afferre enim uas obscenum  
 15 iubebatur, — inlisum parieti caput rupit. Tam prope liber-  
 tas est: et seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malle- 15  
 les quam per inertiam senem fieri? Quid ergo est, cur per-  
 turberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta nolle te  
 sequi: duceris. Fac tui iuris, quod alieni est. Non sumes  
 pueri spiritum, ut dicas « non seruo »? Infelix seruis ho-  
 minibus, seruis rebus, seruis uitae: nam uita, si moriendi  
 20 uirtus abest, seruitus est. Ecquid habes, propter quod exspectes? uoluptates ipsas, quae te morantur ac reti-  
 nent, consumpsisti: nulla tibi noua est, nulla non iam odiosa ipsa satietae. Quis sit uini, quis mulsi sapor, scis:  
 nihil interest, centum per uesicam tuam an mille ampho-  
 rae transeant: saccus es. Quid sapiat ostreum, quid mul- 25  
 lus, optime nosti: nihil tibi luxuria tua in futuros annos  
 intactum reseruauit: atqui haec sunt, a quibus inuitus

---

3 tibi super add. Q<sup>i</sup> || 6 atquod Q || 8 puerum Q || 9 inpubis Q  
 pr., -bes corr. m. rec. || 11 imp- Q P | fungi seruili/ & Q cum V  
 Par.b, seruili fungi et alii || 12 aff- sic Q || 14 tu pro ita coni. H.  
 Mueck, sed librorum scripturam tuerur Hense coll. ep. 87, 10 || 17 tu  
 iuris Q || 20 ius (pro uirtus) coni. Castiglioni | & quid Q cum P  
 || 21 exsp- sic Q || 23 societate (et sigl.) Q | Quid sit Q | quis  
 mulsi Q P Par.b || 24 uess- Q V | an forte Q || 25 est Q V P  
 Par.b, es s || 27 Atqui Q cum V, atque P Par.b | inuitis Q  
 perperam

diuelleris. Quid est aliud, quod tibi eripi doleas? Amicos? scis enim amicus esse? Patriam? tanti enim illam putas, ut tardius cenes? Solem? quem, si posses, extingueres: quid enim umquam fecisti luce dignum? 17  
 5 Confitere non curiae te, non fori, non ipsius rerum naturae desiderio tardiorum ad moriendum fieri: inuitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti. Mortem ti- 18  
 mes: at quomodo illam media boletatione contemnis? Viuere uis: scis enim? Mori times: quid porro? ista 10 uita *non* mors est? C. Caesar, cum illum transeuntem per Latinam uiam unus ex custodiarum agmine demissa usque in pectus uetere barba rogaret mortem: «nunc enim, inquit, uiuus?» Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est: mori times: nunc enim uiuus? «Sed ego, 19  
 15 inquit, uiuere uolo, qui multa honeste facio: inuitus relinquo officia uitae, quibus fideliter et industrie fungor.»  
 Quid? tu nescis unum esse || ex uitae officiis et mori? fol. 83r  
 Nullum officium relinquis: non enim certus numerus, 20  
 quem debeas explere, finitur. Nulla uita est non breuis:

i s. amicos scis enī amicus esse patriā Q, qua scriptura apte restitui hunc locum, quem vell. codd. lacunosum tradunt, monui in 'Riv. di Filol. class., l. c.' et Hense assensus est in 'Berl. philol. Wochenschr., l. c.': itaque sic distinguo Amicos? scis enim amicus esse? Patriam? Madvig coni. amicos? quis enim tibi potest amicus esse? Patriam? P Par.b et pr. V habent amicus esse patriam: vulg. Amicos et patriam? Quod ad sententiam scis enim amicus esse? attinet, cf. ep. 81,12 solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est || 3 uttardius (t prior supra vers.) Q | cenes Q | solem quem Q V P Par.b: vulg. solem quoque sed rectius Hense solem? quem Woltersum et Gertzum securus || 8 ad Q P | mediabulo laetatione Q, media boletatione P Par.b, m. oblectatione s: in edendi oblectatione coni. Madvig, at de vocabulo boletatione *quod iam Sanctoloniū probavit interpretans 'nimiam fungorum comedionem'* cf. quae adnotat Hense<sup>2</sup> p. 289,12. Quod ad sententiam attinet, Seneca ventri adictum monet eum contra se ipsum facere, qui mortem timeat, copiosius boletes comedat | contempnis Q P || 10 non om. Q | tullius (corr. in Iulius m. rec.) cesar Q, t. caesar V O unde C. Caesar Bentley et Rossbach, caesar P Par.b vulg. || 12 rogaret Q sed t supra vers. || 13 respondendum sed i erasa Q || 16 uitte Q pr. | industriae Q pr. || 17 tunescit Q

nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris est Sattiae breuis est, quae inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta nouem uixisse. Vides aliquem gloriari senectute longa: quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic uita non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. Quocumque uoles desine: tantum bonam clausulam impone. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. LXXVIII. 1

**V**exari te destillationibus crebris ac febriculis, quae longas destillationes et in consuetudinem adductas secuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus ualitudinis, quod inter initia contempsi: poterat adhuc adulescentia iniurias ferre et se aduersus morbos contumaciter gerere. Deinde succubui et eo perductus sum, ut ipse destillarem ad summam maciem deductus. Saepe impetum cepi abrumpendae uitae: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperauit mihi, ut uiuerem: aliquando enim et uiuere fortiter facere est. Quae mihi tunc fuerint solacio dicam, si prius hoc dixero, haec ipsa, quibus adquiesce-

<sup>2</sup> sattiae Q V P, saciae Par.b, Statiliae Erasm.<sup>3</sup>: Fickeri confert Plinii n. h. VII 158 ubi codices habent Statilia aut Sattilia aut Stratilia. Dubitat igitur Buecheler utrum Sattia an Statilia fuerit || 3 aliquem Q cum rell. codd. exc. Vindobonensi I, aniculum coni. Muretus || 5 uita quamnon Q || 8 imp. sic Q

10 destillationibus Q pr., dist- corr. m. rec.; mox distillationes Q: *infra* destillarem Q pr., dist- corr. m. rec. || 11 consue/tudinē Q | sequuntur Q P || 13 ualit- sic Q P | inf initia Q sed t i ex corr. || 14adol- Q || 15 succubuit, t punct. Q || 16 summam matiem Q || 17 coepi Q | abrump- ex adrump- Q<sup>1</sup> || 19 posset Q sed t supra vers. || 21 solatio Q, sic etiam *infra* solatia || 22 dixeris (d ex u Q) Q V P Par.b, dixerim s: dixerim, ista ipsa coni. Hense

bam, medicinae uim habuisse. Et in remedium cedunt honesta solacia, et quicquid animum erexit, etiam corpori prodest: studia mihi nostra saluti fuerunt. Philosophiae acceptum fero, quod surrexi, quod conualui: illi uitam  
 5 debo: et nihil illi minus debo. Multum autem mihi contulerunt ad bonam ualitudinem amici, quorum adhortationibus, uigiliis, sermonibus adleuabar. Nihil aeque, Lucili,  
 uirorum optime, aegrum reficit atque adiuuat quam amicorum affectus; nihil aeque exspectationem mortis ac  
 10 metum subripit: non iudicabam me, cum illos superstites relinquarem, mori. Putabam, inquam, me uicturum non cum illis, sed per illos: non effundere mihi spiritum uidebar, sed tradere. Haec mihi dederunt uoluntatem adiuuandi  
 me et patiendi omne tormentum: alioquin miserrimum  
 15 est, cum animum moriendi proieceris, non habere uiuendi.  
 Ad haec ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis, monstrabit; ne indulgeas otio, ad quod uergit iners ualitudo; ut legas clarius et spiritum, cuius iter ac receptaculum laborat, exerceas; ut  
 20 nauiges et uiscera molli iactatione concutias; quibus ||  
 cibis utaris, uimum quando uirium causa aduoces, quando  
 intermittas, ne irritet et exasperet tussim. Ego tibi illud  
 praecipio, quod non tantum huius morbi, sed totius uitae

---

i medicine ex mediciae Q | Etin Q, in cett. codd.: et (= etiam)  
 non ablegandum puto || 3 phyl- Q || 5 nihil illiminus Q cum Par.b  
 et vulg., nihil minus P, nihil minus illi V | multum enī mihi Q cum  
 cod. Rehdiger. II, multum mihi rell. codd. et vulg.: enim pro autem  
 ex prava compendii interpretatione librarium scripsisse appareat, ut  
 Hense quoque adnotat in 'Berl. philol. Wochenschr., l. c.' || 6 ualit-  
 sic Q P, item infra ualitudo || 8 egr- Q pr. | reficit Q pr. || 9 aff-  
 sic Q | exspectationē Q sed ta supra vers. || 10 metū Q cum V P  
 M' || 11 relinquere Q V P Par.b || 13 trahere Q pr. cum V P Par.b,  
 tradere corr. m. rec., quae scriptura emendationem Mureti confir-  
 mat | ad puncti. ante adiuuandi Q || 14 Alioquin sic Q cum Par.b  
 || 17 monstrabit ex -uit Q' || 18 at sed d supra t Q' || 22 int̄mit-  
 tas Q sed t ex corr. | irr- sic Q Par.b | exasperet ex -rem ut vi-  
 detur Q' || 23 p̄cipio Q | morbi ex moribus radendo Q

remedium est: contemne mortem. Nihil triste est, cum  
 6 huius metum effugimus. Tria haec in omni morbo grauia  
 sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio uoluptatum. De morte satis dictum est: hoc unum dicam, non  
 morbi hunc esse sed naturae metum. Multorum mortem 5  
 distulit morbus et salus illis fuit uideri perire. Morieris,  
 non quia aegrotas, sed quia uiuis. Ista te res et sanatum  
 manet: cum conualueris, non mortem, sed ualitudinem ef-  
 7 fugies. Ad illud nunc proprium incommodeum reuertamur:  
 magnos cruciatus habet morbus, sed hos tolerabiles inter- 10  
 ualla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit finem;  
 nemo potest ualde dolere et diu: sic nos amantissima  
 nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem aut  
 8 breuem faceret. Maximi dolores consistunt in macerrimis  
 corporis partibus: nerui articulique et quicquid aliud 15  
 exile est, acerrime saeuit, cum in arto uitia concepit.  
 Sed cito hae partes obstupescunt et ipso dolore sensum  
 doloris amittunt, siue quia spiritus naturali prohibitus  
 cursu et mutatus in peius uim suam, qua uiget admonet-  
 que nos, perdit, siue quia corruptus umor, cum desiit 20  
 habere, quo confluat, ipse se elidit et his, quae nimis  
 9 impleuit, excutit sensum. Sic podagra et cheragra et  
 omnis uertebrarum dolor neruorumque interquiescit, cum  
 illa, quae torquebat, hebetauit: omnium istorum prima uer-

---

i contempne Q | mentē Q || 6 morbos Q | salus Q, sa-  
 luti vulg.: praefero salus qui nominativus seniorum scriptorum con-  
 stuetudini respondet et chiasmum cum praeced. morbus pulchre efficit  
 || 7 uiuit sed s supra t punct. Q<sup>1</sup> || 8 ualit sic Q P || 9 illud  
 ex illum Q<sup>1</sup> | reuertamur Q sed m ex corr. || 10 cruciatos Q P et  
 pr. V || 11 intentio cito invenit coni. Stephanus || 13 ut Q V recte  
 || 16 sequit Q | uicia Q || 17 e partes Q: an eae partes? || 18 admit-  
 tunt Q || 19 inmutatus (pro et mutatus) Q | admonet quae Q  
 || 20 humor Q Par.b et corr. V || 21 confluent sed i punct. Q | se-  
 om. Q | his Q || 22 podagra sed r prior punct. Q | cheragra (sed  
 h et r supra vers.) Q cum P et pr. V, chir. corr. m. rec. cum Par.b  
 V<sup>2</sup> || 23 uertebrarum Q pr., uertebror. corr. m. rec. | et neruorum  
 quae Q, et neruorumq. P Par.b et pr. V., et neruorum ed. Men-  
 tel. | intertiascit Q || 24 hebetabit Q V P Par.b

minatio uexat, longior impetus mora extinguitur et finis dolendi est optorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur, non minus, mehercule, quam capitis ipsius: sed si incitator est, in alienationem soporemque conuertitur. Hoc itaque solacium uasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est, quod imperitos in uexatione corporis male habet: non adsueuerunt animo esse contenti; multum illis cum corpore fuit. Ideo uir magnus ac prudens animum diducit a corpore et multum cum meliore ac diuina parte uersatur, cum hac querula et fragili quantum necesse est. «Sed molestum est, inquit, carere adsuetis uoluptatibus, abstinerre cibo, sitire, esurire.» Haec prima abstinentia grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit ipsis, per [se] quae [re] cupimus, fatigatis ac deficientibus: inde morosus est stomachus, inde quibus || fuit aiditas cibi, odium est. fol. 84<sup>r</sup> Desideria ipsa moriuntur: non est autem acerbum carere eo, quod cupere desieris. Adice, quod nullus non inter- 12 mittitur dolor aut certe remittitur. Adice, quod licet cauere uenturum et obsistere inminentem remediis: nullus enim non signa praemittit, utique qui ex solito reuertitur.

<sup>1</sup> longior impe/tus mora Q, impetus mora rell. codd.: Quiriniani additamentum haud ineptum videtur; longior enim et prima inter se opponuntur, impetus mora autem idem valet atque morante impetu. Ceterum cf. subsequentia verba, quae ad dentium cet. dolorem respiciunt || 3 ob supra vers. Q || 4 mehercule sic Q V P Par.b: cf. quae adnotat Hense<sup>2</sup> p. 292, 24 || 6 solatium Q || 7 senserit sed s supra t punct. scr. ead. m. Q || 7-19 verba Illud autem est — cupere desieris tracienda esse post huius epistulae § 21 Bartsch coniecit Hilgenfeldio annuente: iam Haase idem de inenata II suspicatus erat. Sed non satis causae videtur esse, cur tanta ordinis turbatione in librorum scripturam invehatur, cum de animi vi in doloribus aut voluptatibus percipiendis sermo continuetur || 10 dedituc Q P Par.b || 12 quaer. Q || 15 s. psequere Q, per se quae rell. codd.: se expunxit Muretus || 16 hac Q || 17 quibus Q V P Par.b: cuius coni. Madvig | cybi Q || 21 cauere Q V P Hense<sup>2</sup>, et cauere vulg. || 22 pmittit Q

Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod  
 13 extre<sup>mum</sup> minatur. Noli mala tua facere tibi ipse gra-  
 uiora et te querelis onerare: leuis est dolor, si nihil illi  
 opinio adiecerit. Contra, si exhortari te cooperis ac dicere:  
 « nihil est aut certe exiguum est, duremus; iam desinet »: 5  
 leuem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione su-  
 spensa sunt; non ambitio tantum ad illam respicit et  
 luxuria et auaritia: ad opinionem dolemus. Tam miser  
 14 est quisque quam credidit. Detrahendas praeteritorum  
 dolorum conquestiones puto et illa uerba: « nulli umquam 10  
 fuit peius: quos cruciatus, quanta mala pertuli! nemo  
 me surrecturum putauit. Quotiens deploratus sum a meis,  
 quotiens a medicis relictus! in eculeum inpositi non sic  
 distrahuntur. » Etiam si sunt uera ista, transierunt. Quid  
 iuuat praeteritos dolores retractare et miserum esse, quia 15  
 fueris? Quid, quod nemo non multum malis suis adicit  
 et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit ferre,  
 [re]tulisse iucundum est: naturale est mali sui fine gau-  
 dere. Circumcidenda ergo duo sunt, et futuri timor et  
 ueteris incommodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, 20  
 15 illud nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat: « forsitan  
 et haec olim meminisse iuuabit ». Toto contra ille pugnet  
 animo: uincetur, si cesserit, uincet, si se contra dolorem

<sup>1</sup> Toller. *Q*: *haec verba* Tolerabilis est — minatur *secluden-*  
*da* *putat* Hilgenfeld || 2 ipsi *Q* *V P Par. b*: corr. Haase || 3 qua-  
 relis *Q* || 4 ceperis *Q* || 6 Oīma (a *supra* vers.) *ex Om Q<sup>1</sup>* || 7 o  
*punct.* *ante* non *Q* || 8 auaria *Q* || 9 credidit *Q* *cum plerisque codd.*,  
 credit *M*: credit. item detrahendas *coni*. Hilgenfeld | pret- *Q*  
 || 10 *cum* *questiones* *Q* | *puta* *coni*. Stephanus || 11 cruciatus *Q* |  
*quantā/mali* *Q*, *quanta mala* *rell. libb. mss. et edd.*: *an* *quantum*  
 (*a pro u et alibi saepe et in huius epistulae tmemate* || 16 *patientur*  
*pro* *patiuntur* *Q*) *mali vel quantam mali molem?* || 14 detrahun-  
 tur *Q V P* || 15 pter- *Q* || 16 quicquid (*pro* *quid quod*) *Q* || 17 ipse *ex*  
*ipsi* *Q<sup>1</sup>* | *fuit ferreretulisse* *Q*, *fuit retulisse* *rell. codd.*: *Quiriniani*  
*scriptura*, *ubi retulisse pro tulisse ex dittographia ortum esse veri*  
*simile est*, *Bartschii emendationem* *ferre*, *tulisse confirmat*. Cf. *adn.*  
*ad ep. 9, 2* || 18 *ioc-* *Q* | *malissui* *Q* || 22 *iuuauit* *Q P et pr. V*  
 | *illa Q V, illum vulg.*: *ille Hense*

suum intenderit: nunc hoc plerique faciunt, adtrahunt in  
 se ruinam, cui obstandum est. Istud quod premit, quod  
 impendet, quod urguit, si subducere te cooperis, sequetur  
 et grauius incumbet: si contra steteris et obniti uolueris,  
 5 repelletur. Athletae quantum plagarum ore, quantum toto 16  
 corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriae  
 cupiditate nec tantum quia pugnant, ista patiuntur, sed  
 ut pugnant: exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque  
 euincamus omnia, quorum praemium non corona nec palma  
 10 est nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium  
 faciens, sed uirtus et firmitas animi et pax in ceterum  
 parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est.  
 « Dolorem grauem sentio. » Quid ergo? non sentis, si illum 17  
 muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis  
 15 fugientibus, sic omne fortuitum incommodum || magis ol. 84<sup>v</sup>  
 instat cedenti et auerso. « Sed graue est. » Quid? nos ad  
 hoc fortes sumus, ut leuia portemus? Vtrum uis longum  
 esse morbum an concitatum et breuem? Si longus est,  
 habet intercapidinem, dat refectioni locum, multum tem-  
 20 poris donat, necesse est, ut exsurgit, et desinat: breuis  
 morbus ac praeceps alterutrum faciet, aut extinguetur  
 aut extinguit. Quid autem interest, non sit an non sim?  
 in utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit, ad 18  
 alias cogitationes auertere animum et a dolore discedere.  
 25 Cogita quid honeste, quid fortiter feceris; bonas partes  
 tecum ipse tracta: memoriam in ea, quae maxime miratus  
 es, sparge. Tunc tibi fortissimus quisque et uictor doloris

---

3 imp- Q V | urguit Q V P corr. || 7. patientur Q || 9 prem- Q  
 || 10 predicationis Q et pr. V || 13. sencio Q || 14 punit- Q || 15 ma-  
 gnis sed n punct. Q || 17 et sed u supra e punct. Q || 18 atiorbū  
 (pro morbū) Q | cogitatū Q cum V P Par.b, concitatum s || 19 in-  
 tercapid- Q et pr. V || 20 est ut Q V Par.b recte | exsurget Q  
 V P (exur- P) Par.b, exsurget corr. Haase: necesse est et exsur-  
 get et d. coni. Madvig || 21 preceps ex princeps Q<sup>1</sup> || 22 extin-  
 guit Q || 24 a supra vers. Q<sup>1</sup> || 25 partes Q cum r Ell. codd.: artes  
 proposuit Madvig, sed subesse vitae cum fabula comparationem Sene-  
 cae familiarem recte adnotat Hense<sup>2</sup> p. 295, 18 || 26 s. miratus est Q

occurrat: ille, qui dum uarices exsecandas, praeberet,  
 legere librum perseuerauit; ille, qui non desit ridere,  
 cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crude-  
 litatis suae experientur: non uincetur dolor ratione,  
 19 qui uictus est risu? Quicquid uis nunc licet dicas, de-  
 stillationes et uim continuae tussis egerentem uisce-  
 rum partes et febrem praecordia ipsa torrentem et sitim  
 et artus in diuersum articulis exeuntibus tortos: plus est  
 flamma et eculeus et lamina et uulneribus ipsis intume-  
 scentibus quod illa renouaret et altius urgueret impressum. 10  
 Inter haec tamen aliquis non gemuit. Parum est: non rogauit.  
 Parum est: non respondit. Parum est: risit et quidem ex  
 20 animo. Vis tu post hoc dolorem deridere? «Sed nihil, inquit,  
 agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis.» Corpus  
 tuum ualitudo tenet, non et animum. Itaque cursoris mora-  
 tur pedes, sutoris aut fabri manus impediet: si animus tibi  
 esse in usu solet, suadebis docebis, audies disces, quaeres  
 recordaberis. Quid porro? nihil agere te credis, si tempe-  
 rans aeger sis? ostendes morbum posse superari uel certe  
 21 sustineri. Est, mihi crede, uirtuti etiam in lectulo locus. 20  
 Non tantum arma et acies dant argumenta alacris animi  
 indomitique terroribus: et in uestimentis uir fortis appetet.  
 Habes, quod agas: bene luctare cum morbo. Si nihil te

---

<sup>1</sup> quidum (*i supra vers.*) *Q* *cum rell. codd.*: qui cum *corr. Haase*, cui  
*assensus est Hense*, sed de particula dum *similiter cum imperf. co-*  
*nunct. apud Verg., Phaedr., Liv., Val. Max.*, *alias coniuncta cf. St.* —  
*Schm.*<sup>4</sup>, p. 558 | etsecandas *Q* | preber& *Q* || 2 ridere *ex* *ridere Q<sup>1</sup>*  
 || 3 qui (*pro cum*) *Q*: *an quū?* | tortores (*ex -ris corr. ead.*  
*m.*) *quiōmia Q* || 4 experissentur (*s prior supra vers.*) *Q* | etuin-  
 centur *Q* *pr.*, non *compend. supra et punct. scr. ead. m.* || 5 nunc  
*Q V recte* || 6 tussis *ex usis Q<sup>1</sup>* || 7 prec- *Q* || 8 artos *Q* || 9 ecu-  
 leus *ex aec- radendo Q* | lamina *sic Q Par.b* || 10 urguer& *Q cum*  
*V*: *ureret coni. Haase* || 13 post hoc *Q V P M*, post haec *Par.b* 5  
 | derideri *Q* | quid *Q*: *fort.* inquit, *ut saepe* || 14 mor-  
 bos *Q* || 15 tunc (*pro tuum*) *Q* | *ualit- sic Q P Par.b* || non *Q P*  
*Par.b et pr. M*, num *V ex corr.* | *moratur Q cum rell. codd.*: mor-  
 rabitur *coni. Matthiae* || 16 imp- *sic Q P* || 17 dices *Q V P Par.b*  
 || 18 nil *Q*, nihil *rell. codd.*

coegerit, si nihil exorauerit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat gloriae materia, si spectaremur aegri! ipse te specta, ipse te lauda. Praeterea duo genera sunt <sup>22</sup> uoluptatum. Corporales morbus inhibet, non tamen tollit: immo, si uerum aestimes, incitat. Magis iuuat bibere sitientem; || gratior est esurienti cibus: quicquid ex absti- fol. 85<sup>r</sup> nentia contigit, audiūscipitur. Illas uero animi uoluptates, quae maiores certioresque sunt, nemo medicus aegro negat: has quisquis sequitur et bene intellegit, omnia sensuum blandimenta contemnit. «O infelicem aegrum! » <sup>23</sup>

Quare? quia non uino niuem diluit? quia non rigorem potionis suae, quam capaci scypho miscuit, renouat fracta insuper glacie? quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur? quia non circa cenationem eius tumultus corum est ipsos cum opsoniis focos transferentium? Hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam caloso parum ferueat, cenam culina prosequitur. «O infelicem aegrum! » Edet, quantum conco- <sup>24</sup> quat: non iacebit in conspectu aper ut uilis caro a mensa relegatus, nec in repositorio eius pectora auium, — totas enim uidere fastidium est, — congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? cenabis tamquam aeger, immo aliquando tamquam sanus. Sed omnia ista facile perferemus, <sup>25</sup> sorbitionem, aquam calidam et quicquid aliud intolerabile uidetur delicatis et luxu fluentibus magisque animo quam corpore morbidis: tantum mortem desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cognoue-

---

I exorauerit *Q* *cum rell.*: exarmauerit *coni.* *Guil.* *Gemoll*, sed exorauerit *et praeced.* coegerit *contrarie relata de industria apparent* || 2 erit *Q* | *matheria* *Q* | *egri* *Q* || 3 *exspecta* *Q*, *expecta* *V P* *Par.b* | *Pret.* *Q* || 4 *morbos* *Q* || 7 *contingit* *Q V* || 9 *intelligit* *Q* || 10 *contempnit* *Q* || 11 *regiore* *Q pr.* || 13 *glaciae* *Q* || 14 *cen-* *Q* | *cocorum sic* *Q V* || 16 *cybus* *Q* || 17 *nequit* *Q* | *caenā* *Q* || 18 *edet-* *quantum in marg.* *add.* *eud.* *m.* *Q* | *conquoquat* *Q P* || 19 *in con-* *spectu* *Q* *cum rell.* *codd.*: *in contemptu coni.* *Koch* || 20 *relig.* *Q* *P Par.b* *et pr.* *V* || 22 *caen-* *Q* || 24 *aliuo* (*u punct.*) *Q* || 26*s.* *De-* *sinamus* (*pro* *Desinemus*) *Q*

rimus: ita demum nec uita taedio erit nec mors timori.  
 26 Vitam enim occupare satietas sui non potest tot res uarias,  
 magnas, diuinias percensem: in odium illam sui adducere solet iners otium. Rerum naturam peragrandi num-  
 27 quam in fastidium ueritas ueniet: falsa satiabunt. Rursus si mors accedit et uocat, licet immatura sit, licet medium  
 praecidat aetatem, perceptus longissimae fructus est. Co-  
 gnita est illi ex magna parte natura, scit tempore hone-  
 sta non crescere: his necesse est uideri omnem uitam  
 breuem, qui illam uoluptatibus uanis et ideo infinitis me-  
 28 tiuntur. His te cogitationibus recrea et interim epistulis  
 nostris uacando. Veniet aliquod tempus, quod nos iterum  
 iungat ac misceat: quantulumlibet sit illud, longum faciet  
 scientia utendi. Nam, ut Posidonius ait, «unus dies homi-  
 num eruditorum plus patet quam imperitis longissima.  
 29 aetas.» Interim hoc tene, hoc morde: aduersis non suc-  
 cumbere, laetis non credere, omnem fortunae licentiam in  
 fol. 85<sup>v</sup> oculis habere, tamquam quicquid.|| potest tacere, factura  
 sit. Quicquid exspectatum est diu, lenius accedit. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

20

**Ep. LXXIX. 1** Exspecto epistulas tuas, quibus mihi indices, circuitus Siciliae totius quid tibi noui ostenderit, et omnia de ipsa

i ted- Q || 2 sacias Q || 4 natura Q || 5 satia/buntur Q cum P Par.b (-ur compend. P, sac- Par.b) || 7 prec- Q | longissime Q cum rell. codd.: corr. Maadvig || 9 his Q P Par.b: is coni. Hense || 10 uanis — infinitis in marg. Q (uanis. Q<sup>1</sup>, etideo infinitis pr. m.) || 11 epist- Q || 12 uacando ueniet aliquod t. Q V Par.b cum vulg. quae distinguit post uacando: coni. vaca. veniet aliquando tempus P. Thomas || 13 quantulumlibet Q P, quantumlibet V Par.b || 14 possid- Q P || 15 eruditorem Q pr. | patet ex plac& Q<sup>1</sup> | imp- sic Q V || 16 hoc tene hoc morde Q cum rell. codd.: tene hoc mordicus Muretus || 17 fortune Q || 19 exsp- sic Q | laeuius Q, leuius vulg.: lenius corr. Wolters

21 Exsp- sic Q | epistol- Q || 22 siciliae ex sicilia et corr. m. rec. Q | quid Q sed t supra vers. | ante omnia add. ante Wolters, sed cf. Rossbach, Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 495

Charybdi certiora. Nam Scyllam saxum esse et quidem non terribile nauigantibus optime scio: Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero et, si forte obseruaueris, — dignum est autem quod obserues, — fac nos certiores, utrum uno tantum uento agatur in uertices an omnis tempestas aeque mare illud contorqueat, et an uerum sit, quicquid illo freti turbine abreptum est, per multa milia trahi conditum et circa Tauromenitanum litus emergere. Si haec mihi perscripseris, tunc tibi audebo <sup>2</sup>  
 mandare, ut in honorem meum Aetnam quoque ascendas, quam consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius nauigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit, sed quia ignis euanuit et minus uehemens ac largus effertur, ob eandem causam fumo quoque per diem segniore. Neutrum autem incredibile est, nec montem, qui deuoretur cotidie, minui, nec manere eundem, quia non ipsum exest, sed in aliqua inferna ualle conceptus *ignis* exaestuat et aliis pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed  
<sup>20</sup> uiam. In Lycia regio notissima est, Hephaestion incolae <sup>3</sup> uocant, foratum pluribus locis solum, quod sine ullo nascientium damno ignis innoxius circumit. Laeta itaque regio est et herbida nihil flammis adurentibus, sed tantum ui remissa ac languida refulgentibus. Sed reseruemus ista <sup>4</sup>  
<sup>25</sup> tunc quaesituri, cum tu mihi scripseris, quantum ab ipso

---

<sup>1</sup> charibdi *Q* || 3 s. obseruaberis *Q* || 6 atq; *Q V P*, aeque *Par.b* || 8 milia *Q V Par.b* || 10 a&hnā (h *supra* vers. *Q<sup>1</sup>*) *Q* || 12 aliquanto *Q V P* || 14 nimis *Q V P*, minus *Par.b* || 15 segnior *Q cum rell. codd.*: corr. *Pincianus* || 17 nec manere eundem *Q cum vett. codd.*, nec ignem non manere e. *vulg.*: nec manere e. ignem *Rossbach* | ipsum exse est *Q et corr. V*, ipse ex se est *vulg.*; corr. *Haase. Buecheler* autem putat subiectum ignis addendum esse post exest vel mox post pascitur: *rectius*, ut mihi videtur, post conceptus || 19 pascitur ignis, ipsum montem *coni. Radermacher* | habet *Q<sup>1</sup> in ras.* || 20 uia *Q* | lycia *Q P* | regione *Q* | hephestion *Q* | incole *Q* || 22 dampno *Q* | innoxium sed s *supra* m *Q<sup>1</sup>* | circū/iit *Q cum V P Par.b* || 23 adurentibus *Q vulg.*: adulentibus *P*, unde adolescentibus *Haase* || 24 uim *Q*

ore montis niues absint, quas ne aestas quidem soluit: adeo tutae sunt ab igne uicino. Non est autem quod istam  
 5 curam imputes mihi: morbo enim tuo datus eras, etiam si nemo quid mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine et hunc sollemnem omnibus poetis locum adtingas. Quem quo minus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Vergilius impleuerat: ne Seuerum quidem Cornelium uterque deterruit. Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit et qui praecesserant, non praeripuisse  
 6 mihi uidentur, quae dici poterant, sed aperuisse. Multum interest, utrum ad consumptam materiam an ad subactam  
 fol. 86<sup>r</sup> accedas: crescit in dies et inuenturis inuenta non obstant.  
 Praeterea condicio optima est ultimi: parata uerba inuenit, quae aliter instructa nouam faciem habent. Nec illis manus inicit tamquam alienis: sunt enim publica. [iuris-  
 7 consulti negant quicquam publicum usu capi] Aut ego te non noui aut Aetna tibi saliuam mouet: iam cupis grande aliquid et par prioribus scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non permittit, quae tanta in te est, ut uidearis mihi retracturus ingenii tui uires, si uincendi pe-  
 8 riculum sit: tanta tibi priorum reuerentia est. Inter cetera hoc habet boni sapientia: nemo ab altero potest uinci,

---

2 tute Q || 4 nemo quid mandar& tibi donec/ethnam describit Q, similiter vell. vett. codd., nisi quod donea etnam (vel done aetnam) describat (sed s supra t) V, donec aetnam describar P, manducare tibi donec aetnam describat Par.b: nemo mandaret quid tibi do, ne Aetnam describas Hense ex Rubenii conjectura. A libris vett. non recedens ita scribo morbo (scil. carminis de Aetna componendi pervicaci consilio) enim tuo datus eras, etiam si nemo quid (= aliquid) mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine (scil. carmen de Aetna componas): cf. infra § 7 || 5 ne Q V P, et Par.b, quo efficitur hysteron proteron || 7 uirg. Q P Par.b || 8 pret. Q || 9 pcess. Q | prip. Q || 10 urentur (pro uidentur) Q | sed aperuisse. sed Q, sed aperuisse sed vell. codd. et vulg.: sed eiecit Madvig quem sequor, scilicet coni. Io. Mueller [s]et Castiglioni || 12 in Q pr., hinc corr. Q<sup>1</sup> | obstant Q sed aliquid eras. inter ob et stant || 13 Pret. Q | conditio Q || 15 s. verba iuris-consulti — usu capi *huc perperam illata esse ex ep.* 88, 12 *an-*  
*madvertit Wolters* || 17 aethna Q V

nisi dum ascenditur. Cum ad summum peruenieris, paria sunt, non est incremento locus, statur. Numquid sol magnitudini suae adicit? numquid ultra quam solet, luna procedit? Maria non crescunt: mundus eundem habitum ac modum seruat. Extollere se, quae iustum magnitudinem impleuere, non possunt: quicumque fuerint sapientes, pares erunt et aequales. Habebit unusquisque ex his proprias dotes: alius erit adfabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior: illud, de quo agitur, quod beatum facit, aequalest in omnibus. An Aetna tua possit sublabi et in se ruere, an hoc excelsum cacumen et conspicuum per uasti maris spatia detrahat assidua uis ignium, nescio: uirtutem non flamma, non ruina inferius adducet. Haec una maiestas deprimi nescit: nec proferri ultra nec referri potest. Sic huius, ut caelestium, stata magnitudo est: ad hanc nos conemur educere. Iam multum operis effecti est: immo, si uerum fateri uolo, non multum. Nec enim bonitas est pessimis esse meliorem: quis oculis gloriatur, qui suspicetur diem? Cui sol per caliginem splendet, licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis. Tunc animus noster habebit, quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris, in quibus uolutatur, non tenui uisu clara prospexerit, sed totum diem admiserit et redditus caelo suo fuerit, cum receperit locum, quem occupauit sorte nascendi. Sursum illum uocant initia sua: erit autem illic etiam antequam hac custodia exsoluatur, cum uitia disiecerit purusque ac

1 dum ad Q cum rell.: corr. Gronovius || 2 s. -dinus Q et pr. V  
 || 3 sol est Q || 5 hac sed h puncti. Q | seque Q || 6 implere Q  
 || 7 his Q Par.b M || 8 expeditior Q sed ti supra vers. | alias  
 (us compend.) promptior add. Q<sup>1</sup> in marg. || 10 aequale Q V P Par.b,  
 aequale est (erit Muretus) 5, aequalest Hense | aethna Q || 13 flam-  
 mam Q | inferius Q V recte || 14 magiestas (m supra vers.) Q || 19 s.  
 diem, cui — splendet? distinguabant ante Buechelerum: splendeat?  
 coni. Fickert cui assentitur Guil. Gemoll || 24 et eum (pro cum) coni.  
 Madvig

- 13 leuis in cogitationes diuinias emicuerit. Hoc nos agere,  
Lucili carissime, in hoc ire impetu toto, licet pauci sciant,  
licet nemo, iuuat. Gloria umbra uirtutis est: etiam inuitam  
fol. 86<sup>v</sup> comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra  
aliquando sequitur uel || a tergo est, ita gloria 5  
aliquando ante nos est uisendamque se praebet, aliquando  
in auerso est maiorque quo senior, ubi inuidia secessit.
- 14 Quamdiu uidebatur furere Democritus! Vix recepit So-  
craten fama. Quamdiu Catonem ciuitas ignorauit! respuit  
nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutili innocentia ac uir- 10  
tus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum uiolatur, effulsit.  
Numquid non sorti suae gratias egit et exilium suum com-  
plexus est? De his loquor, quos illustrauit fortuna, dum  
uxeat: quam multorum profectus in notitiam euasere post  
15 ipsos! quam multos fama non excepit, sed eruit! Vides 15  
Epicurum quantopere non tantum eruditiores, sed haec  
quoque imperitorum turba miretur: hic ignotus ipsis Athe-  
nis fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis  
Metrodoro suo superstes in quadam epistula, cum amici-  
tiam suam et Metrodori grata commemoratione cecinisset, 20  
hoc nouissime adiecit, nihil sibi et Metrodoro inter bona  
tanta nocuisse, quod ipsos illa nobilis Graecia non ignotos  
16 solum habuisse, sed paene inauditos. Numquid ergo non  
postea quam esse desierat, inuentus est? numquid non  
opinio eius enituit? Hoc Metrodorus quoque in quadam 25  
epistula confitetur, se et Epicurum non satis enotuisse:

<sup>2</sup> lucikarissime (k supra vers.) Q || 3 uirtutis Q sed ti supra  
vers. | inuita Q V P Par.b, inuitam cod. Velz. rectius || 4 aliquando  
umbra sic Q V Par.b cum vulg., umbra al. P || 5 sequitur uel  
om. unus cod. Guelferbyt. 23, 32 saec. XV: 'poterat sequitur a tergo,  
sed dedit vel a tergo est ut consonaret in averso est' adnotat Hense<sup>2</sup>  
p. 302, 3 || 6 p̄bet Q || 8 s. sacraten Q pr. || 10 rutili Q pr., rutilii m.  
rec. || 11 p̄ffulxit Q || 13 illustr- sic Q || 14 innotitiā ex innocentia Q<sup>3</sup>  
|| 16 quanto opere Q et pr. V || 17 s. adthenis Q || 19 ep̄la Q | ami-  
ticiam Q || 20 cummem- Q pr. || 22 quos Q | grecia Q || 23 pene Q  
|| 26 aep̄ta Q | enotuisse Q M et corr. V, enituisse aut emicuisse  
aut eminuisse alii

sed post se et Epicurum magnum paratumque nomen  
habituros, qui uoluissent per eadem ire uestigia. Nulla <sup>17</sup>  
uirtus latet, et latuisse non ipsius est damnum: ueniet  
qui conditam et saeculi sui malignitate compressam dies  
publicet. Paucis natus est, qui populum aetatis suaे co-  
gitat. Multa annorum milia, multa populorum superue-  
nient: ad illa respice. Etiam si omnibus tecum uiuentibus  
silentium liuor indixerit, uenient qui sine offensa, sine  
gratia iudicent. Si quod est pretium uirtutis ex fama, nec  
hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum  
sermo: tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit.  
Nulli non uirtus et uiuo et mortuo rettulit gratiam, si <sup>18</sup>  
modo illam bona secutus est fide, si se non exornauit et  
pinxit, sed idem fuit, siue ex denuntiato uidebatur, siue  
<sup>15</sup> inparatus ac subito. Nihil simulatio proficit: paucis in-  
ponit leuiter extrinsecus inducta facies; ueritas in omnem  
partem sui eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi.  
Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris.

VALE.

20

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**H**odierno die non tantum meo beneficio mihi uaco, <sup>1</sup> Ep. LXXX.  
sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachian  
auocauit. Nemo inrumpet, nemo cogitationem meam || im- fol. 87<sup>r</sup>  
pediet, quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non cre-

<sup>1</sup> poss& (pro post se) *Q* *perperam* || <sup>2</sup> apud eos *ante* qui uoluis-  
sent addiderunt *vulgo* *ex Mureti ingenio*, defendit K. Niemeyer,  
*Philol. LVIII* 1899, p. 445 s.: *additamentum nulla grammaticae ratio*  
*postulare videtur*, cum qui uoluissent absolute usurpatum sit pro si  
qui fuissent qui uellent || <sup>4</sup> compr. sic *Q V* || <sup>7</sup> Átilla *Q* || <sup>11</sup> fre-  
quentauit *Q pr.* cum *V P* || <sup>12</sup> retulit *Q V* et ut videtur *Par.b*  
<sup>22</sup> speromacheian *Q V Par.b* (-eia *Par.b*) || <sup>23</sup> inrumpit *Q P*  
*Par.b*, inrumpet *pr. V*, de *Ian*, *Gertz* et *Hense* || <sup>24</sup> audatius *Q*  
crepabit de *Ian* et *Madvig*

put subinde ostium, non adleuabitur uelum: licebit uniuadere, quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti uiam. Non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi et inuenire aliquid et mutare et relinquere:  
 2 non seruo illis, sed assentior. Magnum tamen uerbum dixi, qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio perfertur et me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito tecum, quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorum fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam inbecilli animo sint, quorum lacertos 10 ume-  
 3 rosque miramur. Illud maxime reuolu mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in feruentissimo puluere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus conroborari possit, ut fortunae ictus inuictus excipiat, ut projectus, ut conculcatus exsurgat. Corpus enim multis eget rebus, ut ualeat: animus ex se crescit, 20 se ipse alit, se exercet. Illis multo cibo, multa potionē opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget uirtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te  
 4 potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est, ut sis bonus? uelle. Quid autem melius potes uelle quam eripere te huic 25

---

1 adleuabitur *Q* | lucebit *Q* | uno uadere *Q V P Par.b*: unum agere *coni. Madvig.*, tuto uadere *Hense. Malo scribere cum nonnullis vett. edd. uni* (*scil. sine interpellatorum comitatu*) uadere: cf. § 2 sine interpellatore secretum || 2 eunti *Q* sed e *supra vers.* || 5 assic *Q V* || 7 ignens *Q* || 8 contēptionē *Q V*: intentionem *prop. Geriz.* *At* contentionem = comparationem, *scil.* huius ipsius rei (ingentis clamoris ex stadio perlati) cum eo, quod ipse ago, studio || 9 quā *lineolam super add. Q<sup>2</sup>* || 10 adexspec/taculum *Q* || 11 luxuriū *Q* || 12 s. hum- *Q P et corr. V* || 15 hunius *Q pr.* || 18 fortune *Q* || 21 ipsa *Q pr.* | Illis *Q* cum *P Par.b M et corr. V*, illi *vulg.*: 'sed *intellig.* luctatoribus, pugilibus' *adnotat Heuse<sup>a</sup> p. 304,23* | multa *Q* | cybo *Q* || 24 utsi *Q* || 25 potest *Q*

seruituti, quae omnes premit, quam mancipia quoque  
 condicionis extremae et in his sordibus nata omni modo  
 exuere conantur? Peculium suum, quod comparauerunt  
 uentre fraudato, pro capite numerant: tu non concupisces  
 5 quanticumque ad libertatem peruenire, qui te in illa putas  
 natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. 5  
 Itaque in tabulas uanum coicitur nomen libertatis, quam  
 nec qui emerunt, habent nec qui uendiderunt: tibi des  
 oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu  
 10 mortis: illa nobis iugum inponit; deinde metu paupertatis.  
 Si uis scire, quam nihil in illa mali sit, compara inter se 6  
 pauperum et diuitum uultus: saepius pauper et fidelius  
 ridet; nulla sollicitudo in alto est; etiam si qua incidunt  
 cura, uelut nubes leuis transit: horum, qui felices uocantur,  
 15 hilaritas facta est aut grauis et subpurata tristitia, eo  
 quidem grauior, quia interdum non licet et palam esse  
 miseros, sed inter aerumnas cor ipsum exedentes necesse  
 est agere felicem. Saepius hoc exemplo mihi utendum est, 7  
 nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanae uitiae  
 20 mimus, || qui nobis partes, quas male agamus, adsignat: fol. 87<sup>v</sup>  
 ille, qui in scaena latus incedit et haec resupinus dicit  
 «en impero Argis: regna mihi liquit Pelops, | qua ponto  
 ab Helles atque ab Ionio mari | urguetur Isthmos», seruus  
 est, quinque modios accipit et quinque denarios. Ille qui 8  
 25 superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait:  
 «quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides», diurnum  
 accipit, in centunculo dormit. Idem de istis licet omnibus

---

2 condit- *Q* | extreme *Q* || 7 tabellas *Q* *V O Par.b*, tabulas *P* |  
 coicitur *Q V O*, conic- *Par.b*, cohic- *P* || 10 ille *Senecam scripsisse*  
*putat* *Guil. Gemoll* || 15 aut *Q cum rell. codd.*: at corr. *Madvig*, sed  
*particulae aut corrigendi vis hic inest 'o in altri termini, o più*  
*esattamente' | subpur. sic *Q et pr. P* || 16 et palam *Q*, palam *rell.**  
*libb. mss. et edd.*: *particula et (= etiam) orationis vim auget* || 19 ef-  
*ficacius *Q* | humane *Q* || 21 resupino *Q* || 22 emi *impero argis *Q**  
*| liquid *Q* || 23 urgetur sic *Q V* | sthimos *ex* *ithimos *Q** || 26 me-*  
*naele *Q* || 27 centunculo *Q V P Par.b***

dicas, quos supra capita hominum supraque turbam deli-  
 catos lectica suspendit: omnium istorum personata felicitas  
 9 est; contemnes illos, si despoliaueris. Equum empturus  
 solui iubes stratum, detrahis uestimenta uenalibus, ne qua  
 uitia corporis lateant: hominem inuolutum aestimas? Man- 5  
 gones quicquid est, quod displiceat, id aliquo lenocinio  
 abscondunt, itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta  
 sunt: siue crus alligatum siue brachium aspiceres, nudari  
 10 iuberet et ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiae  
 Sarmatiaeue regem insigni capitis decorum? Si vis illum 10  
 aestimare totumque scire, qualis sit, fasciam solue: mul-  
 tum mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si perpen-  
 dere te uoles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus  
 te ipse considera: nunc qualis sis, aliis credis. VALE.

ANNAEI SENECAE AD LVCILIVM  
 LIBER VIII EXPLICIT

---

<sup>1</sup> turba *Q* || 3 contempnes *Q* | si supra vers. *Q* || 6 displicet  
*ex dispiciet corr. Q<sup>2</sup>* | id ante aliquo *Q*. Pronomen inutile putat  
*Hense coll. ep. 110, 10, nat. qu. IIII praef. 12, sed protinus expun-*  
*gendum non crediderim, cum ab Annaeano sermone non abhorreat*  
 || 8 alligatū *Q* cum *rell. codd.*: obligatum mavult *Buecheler* || 10 sar-  
 matique *Q* | insigni *Q pr.*, insignis *corr. m. rec. perperam* || 11 totū  
 (*om. que*) *Q* || 12 quod *Q V Par.b* || 14 nunc *Q pr.*, non *Q<sup>2</sup>*

INCIPIT LIBER X EIUSDEM

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Quereris incidisse te in hominem ingratum: si hoc i Ep. LXXXI.  
nunc primum, age aut fortunae aut diligentiae tuae gratias.  
Sed nihil facere hoc loco diligentia potest nisi te malig-  
num: nam si hoc periculum uitare uolueris, non dabis  
beneficia: ita ne apud alium pereant, apud te peribunt.  
Non respondeant potius quam non dentur: et post malam  
segetem serendum est. Saepe quicquid perierat assidua  
infelis soli sterilitate, unius anni restituit ubertas. Est 2  
tanti, ut gratum inuenias, experiri et ingratis. Nemo habet  
tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur:  
aberrent, ut aliquando haereant. Post naufragium maria  
temptantur; feneratorem non fugat a foro decoctor. Cito  
inerti otio uita torpebit, si relinquendum est, quicquid  
offendit. Te uero benignorem haec ipsa res faciat: nam  
cuius rei euentus incertus est, id ut aliquando procedat,

---

*Libri inscriptio et salutationis formula in Q scriptiae exstant quales  
edo, nisi quod syllabae AN NA EI SE NE CAE seiunctae sunt et supra  
se compendii notam perperam habent: utramque omitunt V P Par.b,  
tres versus scriptura vacuos reliquit V ut ante ep. 70. Itaque Q etiam  
hic confirmat quod Hense de V adnotat, in antiquiore codice et salu-  
tationis formulam et novi libri initium hic signata fuisse || 4 fortune  
Q || 5 post facere una littera erasa Q || 7 apte Q sed add. supra p  
signum circumflexo simile quod compendii nota videtur || 9 ass-  
sic Q P || 10 infelices Q pr. | estanti Q || 11 gradum Q pr. | inue-  
nies Q || 12 sepe Q || 13 her- Q || 14 fener- Q P | coctor (i supra  
vers. Q) Q Par.b et pr. V P, decoctor ex uno vet. cod. Mu-  
retus*

3 saepe temptandum est. Sed de isto satis multa in his  
 libris locuti sumus, qui de beneficiis inscribuntur: illud  
 magis quaerendum uidetur, quod non satis, ut existimo,  
 explicatum est, an is, qui profuit nobis, si postea nocuit,  
 fol. 88r paria fecerit || et nos debito soluerit. Adice, si uis, et 5  
 4 illud: multo plus postea nocuit quam ante profuerat. Si  
 rectam illam rigidi iudicis sententiam quaeris, alterum ab  
 altero absoluere et dicet: « quamuis iniuriae praeponderent,  
 tamen beneficiis donetur, quod ex iniuria superest. » Plus  
 nocuit, sed prius profuit: itaque habeatur et temporis 10  
 5 ratio. Iam illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas  
 quaerendum esse, quam libenter profuerit, quam inuitus  
 nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuria constant.  
 « Nolui beneficium dare: uictus sum aut uerecundia aut  
 6 instantis pertinacia aut spe. » Eo animo quidque debetur, 15  
 quo datur, nec quantum sit, sed a quali profectum uolun-  
 tate, perpenditur. Nunc coniectura tollatur: et illud  
 beneficium fuit et hoc, quod modum beneficii prioris excess-  
 sit, iniuria est. Vir bonus utrosque calculos sic ponit, ut  
 se ipse circumscribat: beneficio adicit, iniuriae demit. Alter 20  
 ille remissior iudex, quem esse me malo, iniuriae obliuisci  
 7 iubebit, officii meminisse. « Hoc certe, inquis, iustitiae conue-  
 nit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriae talionem  
 aut certe malam gratiam. » Verum erit istud, cum aliis iniu-  
 riā fecerit, alius beneficium dederit: nam si idem est, 25

---

1 satis est sed est punct. Q | his Q || 3 existimo Q pr., ut add.  
 ineunti versui ead. m. Q || 4 explicatum Q Par.b cum vulg. | id  
 quod Q V P Par.b, is qui ε | si supra vers. Q || 7 rectam Q cum  
 rell. codd.: strictam scribi mavult Gertz | rigidi Q sed rigid ex corr.  
 | iudicii Q V || 8 prep- Q || 9 tamen beneficiis donetur (tur com-  
 pend.) / tamenquod Q cum V et pr. P || 10 plus (pro prius) Q V  
 Par.b || 11 illo Q | ut om. Q Par.b | ammon- Q || 12 esse Q sed  
 sse ex corr. | profuit Q, sed deinde noctuerit || 15 ptinatio Q  
 || 16 quod Q | sit nec Q P et pr. V, sit sed vulg.: set pro sed  
 Hense || 17 non pro Nunc Q || 22 debet Q cum rell. codd.: corr.  
 Gertz | inquam Q V P Par.b, inquis ε || 23 iniuriae talionem Q  
 Par.b recte || 24 aliis Q pr.

beneficio uis iniuriae extinguitur. Nam cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia lae-  
 denti plus quam uenia debetur. Non pono utrique par 8  
 pretium: pluris aestimo beneficium quam iniuriam. Non  
 5 omnes esse grati sciunt; debere beneficium potest etiam  
 imprudens et rudis et unus e turba, utique dum prope est  
 ab accepto: ignorat autem, quantum pro eo debeat. Vni  
 sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit. Nam  
 ille, de quo loquebar modo, stultus etiam si bonae uolun-  
 10 tatis est, aut minus quam debet aut tempore aut quo  
 non debet loco reddit: id quod referendum est, effundit  
 atque abicit. Mira in quibusdam rebus uerborum pro- 9  
 prietas est et consuetudo sermonis antiqui quaedam effi-  
 caciissimis et officia docentibus notis signat. Sic certe  
 15 solemus loqui: «ille illi gratiam rettulit.» Referre est ultiro,  
 quod debeas, afferre. Non dicimus «gratiam reddidit»: red-  
 dunt enim et qui reposcuntur et qui inuiti et qui ubi-  
 libet et qui per alium. Non dicimus «reposuit beneficium»  
 aut «soluit»: nullum nobis placuit, quod aeri alieno con-  
 20 uenit, uerbum. Referre est ad eum, a quo acceperis, rem 10  
 ferre. Haec uox significat uoluntariam relationem: qui  
 rettulit, ipse se appellauit. Sapiens omnia examinabit

---

2 s. led- Q || 5 esse grati Q, esse om. vell. codd.: esse *post*  
*grati iam suppleverat Madvig.* *Exspectes* non omnes esse grati  
 sciunt: debere se beneficium scire potest *cet.*; sed *per synchysin*  
*subauditur sententia quae iam praeced.* verbo sciunt *significata est*  
 || 7 quantum pro eo debeat sic Q V M || 8 queq; Q || 10 aut/tempore  
 Q *cum vulg.*: aut quo debet tempore *sim. coni.* Buecheler, aut  
 tempore quo non debet aut loco *Madvig*, aut t. quo non debet vel  
 loco *Hense*. Sed *emendationes non necessarias recle putat Baehrens,*  
 beitr. p. 270, *qui duo tantum membra* (aut minus.... debet — aut  
 tempore... loco) *distinguit*, *cum ex communi* quo non debet *de tempore*  
*et loco praedicetur* || 11 quodeferendum Q || 12 s. uerborum proprietas Q  
 || 13 s. efficaciissimi Q pr. cum Par.b et pr. P, efficaciissima m. rec.  
 || 14 signat Q pr., signat m. rec. || 15 retulit Q || 16 aff- sic Q  
 || 19 aere Q V Par.b et pr. P || 20 s. referre (*pro rem ferre*) Q Par.b  
 || 21 s. queretur Q || 22 appell- Q P | examinabit ex -uit corr. ead.  
 m. Q

secum: quantum acceperit, a quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus quemquam scire gratiam referre nisi sapientem: non magis quam beneficium dare fol. 88<sup>v</sup> quisquam scit || nisi sapiens, hic scilicet, qui magis dato 11 gaudet quam alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quae uidemur inopinata omnibus dicere, παράδοξα Graeci vocant, et ait: «nemo ergo scit praeter sapientem referre gratiam? ergo nec quod debet, creditori suo reponere quisquam scit alius nec, cum emit aliquam rem, pretium uenditoris persoluere?» Nobis fiat inuidia: 10 scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certe ait solum 12 sapientem referre gratiam scire. Deinde idem admiratur, cum dicimus: «solus sapiens scit amare; solus sapiens amicus est.» Atqui et amoris et amicitiae pars est referre gratiam, immo hoc magis uulgare est et in plures cadit quam uera amicitia. Deinde idem admiratur, 15 quod dicimus fidem nisi in sapiente non esse, tamquam non ipse idem dicat. An tibi uidetur fidem habere, qui 13 referre gratiam nescit? Desinant itaque infamare nos tamquam incredibilia iactantes et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud uulgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre gratiam scit nisi sapiens. Stultus quoque, utcumque scit et quemadmodum potest, referat: scientia illi potius quam uoluntas desit: uelle non discitur. Sapiens omnia inter se comparabit: maius enim aut 25

1 s. quem amm- Q || 2 negamus sic Q cum vulg. || 2-4 verba scire — quisquam scit suppl. in marg. infer. ead. m. Q: deinde incipit fol. 88<sup>v</sup> ubi scir ut videtur erasum est ante nisi || 6 dicere ita Q, dicere vulg. An dicere, ista? || 7 greci Q | p̄ter Q || 9 quisquāscit ex quisquiscit ead. m. Q || 10 uinditori Q | psoluere Q sed p̄ supra vers. | Ne vulg. ante nobis, om. Q V P Par.b: particula necessaria non videtur, cum enuntiatum nobis fiat inuidia protasis haberit possit, ut saepe apud poetas || 14 amoris ex mortis ead. m. Q || 18 uidetur Q sed b̄ erasa inter uide et tur || 23 scit & Q sed & supra vers. | quem am- Q || 25 om̄a inter se Q cum V, qua scriptura cum vitet hiatus inter se et omnia, eam praefero vulgatae inter se omnia | comp- sic Q V

minus fit, quamuis idem sit, tempore, loco, causa. Saepe enim hoc *non* potuere diuitiae in domum infusae, quod opportune dati mille denarii. Multum enim interest, donaueris an succurreris, seruauerit illum tua liberalitas an instruxerit: saepe quod datur, exiguum est, quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interesse, utrum aliquis quod dederat a se [quod praestabat] sumpserit an beneficium acceperit ut daret? Sed ne in eadem,<sup>15</sup> quae satis scrutati sumus, reueluamur: in hac comparatione beneficii et iniuriae uir bonus iudicabit quidem quod erit aequissimum, sed beneficio fauebit: in hanc erit partem procluitor. Plurimum autem momenti persona solet<sup>16</sup> afferre in rebus eiusmodi: «dedisti mihi beneficium in seruo, iniuriam fecisti in patre; seruasti mihi filium, sed patrem<sup>17</sup> abstulisti.» Alia deinceps, per quae procedit omnis conlatio, prosequetur et, si pusillum erit, quod intersit, dissimulabit. Etiam si multum fuerit, sed si id donari salua pietate ac fide poterit, remittet: id est, si ad ipsum tota pertinebit iniuria. Summa rei haec est: facilis erit in communando; patietur plus inputari sibi; inuitus beneficium per compensationem iniuriae soluet; in hanc partem inclinabit, huc uerget, ut cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat enim, si quis beneficium || accipit libentius quam fol. 89<sup>r</sup> reddit: quanto hilarior est, qui soluit quam qui mutuatur,

---

<sup>2</sup> hoc enī *Q*, enim hoc *vulg.* *quam sequor* | non *om.* *Q* *V Par.b* | infuse *Q* || <sup>3</sup> oportuae *Q* || <sup>4</sup> liberalitas *ex libertas ead.* *m. Q* || <sup>5</sup> Sēpe *Q* || <sup>7</sup> quod dederat sed/quod prestabat *Q cum Par.b* (quod dederat — praestabat *Par.b*), similiter *V P* (derata sed *V*, deratas *P*). *Locum plane etiam in corruptum varie ediderunt et emendarunt viri docti*: quod daret, a se, quod praesto erat coni. *Madvig*: quod derat a se, quod praestabat *Hense*. *Evidem ipse quoque Haasii emendationem a se pro sed probo, sed dederat ex Q et Par.b retineo, verbis quod praestabat seclusis tamquam glossemate.* *Praeterea chiasmus efficiut et concinnitati inserviut, iterato verbo dandi* || <sup>9</sup> scrutati *Q recte* | comp- sic *Q* || <sup>11</sup> s. in/hac erit parte *Q* || <sup>13</sup> aff- sic *Q* || <sup>14</sup> patri *Q V Par.b*, patrem *vulg.* || <sup>15</sup> p quem *Q* || <sup>17</sup> donaris salua *Q* || <sup>19</sup> s. comm- sic *Q P* || <sup>21</sup> comp- sic *Q V* || <sup>23</sup> Errat *Q* sed r prior supra vers. || <sup>24</sup> mutatur *Q pr.*

- tanto debet laetior esse, qui se maximo aere alieno accepti beneficii exonerat, quam qui cum maxime obligatur.
- 18 Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quod creditori quidem praeter sortem extra ordinem numerant, beneficiorum autem usum esse gratuitum putant: et illa crescunt mora <sup>5</sup> tantoque plus soluendum est, quanto tardius. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura: itaque huius quoque rei habebitur ratio, cum conferentur accepta et expensa.
- 19 Omnia facienda sunt, ut quam gratissimi simus. Nostrum enim hoc bonum est, quemadmodum iustitia non est, ut <sup>10</sup> uulgo creditur, ad alios pertinens: magna pars eius in se reddit. Nemo non, cum alteri prodest, sibi profuit, non eo nomine dico, quod uolet adiuuare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem reuertitur, sicut mala exempla recidunt in auctores nec ulla miseratio <sup>15</sup> contingit his, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri faciendo docuerunt, sed quod uirtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad praemium: recte facti fecisse merces est. Gratus sum, non ut alias mihi libentius <sup>20</sup> praestet priori irritatus exemplo, sed ut rem iucundissimam ac pulcherrimam faciam; gratus sum, non quia expedit, sed quia iuuat. Hoc ut scias ita esse, si gratum esse non licebit, nisi ut uidear ingratus, si reddere beneficium non aliter quam per speciem iniuriae potero, aequissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam tendam. Nemo <sup>25</sup> mihi uidetur pluris aestimare uirtutem, nemo illi magis esse deuotus quam qui boni uiri famam perdidit, ne conscientiam perderet. Itaque, ut dixi, maiore tuo quam
- 21

---

<sup>2</sup> cum maximo Q || 4 prest- Q || 5 gratuitum Q V recte | & Q V  
*Par.b pr. P, At P<sup>2</sup> || 8 & expensa Q sed & supra vers. || 9 simus*  
*Q V recte || 11 s. secredit sed c puncti. Q || 13 quo Q V || 16 his Q*  
*|| 17 ptiuum Q || 18 p/mium Q || 20 prest- Q || prioris Q | iocundis-*  
*simā hac Q || 24 aequissimo (a abr.) Q || 26 aestimare Q V Par.b recte*  
*|| 27 qui om. Q | uiri supra vers. Q | nec Q || 28 maiore Q V Par.b,*  
*maiori P aliis*

alterius bono gratus es: illi enim uulgaris et cotidiana res contigit, recipere, quod dederat, tibi magna et ex beatissimo animi statu profecta, gratum fuisse. Nam si malitia miseros facit, uirtus beatos, gratum autem esse uirtus est,  
 5 rem usitatam reddidisti, inaestimabilem consecutus es, conscientiam grati, quae nisi in animum diuinum fortunatumque non peruenit. Contrarium *autem* huic adfectum summa infelicitas urget: nemo sibi gratus est, qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere: qui ingratus est,  
 10 miser erit? non differo illum: statim miser est. Itaque <sup>22</sup> ingrati esse uitemus, non aliena causa, sed nostra. Minimum ex nequitia leuissimumque ad alios redundat: || quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum, fol. 89<sup>v</sup> domi remanet et premit habentem, quemadmodum Attalus noster dicere solebat: «malitia ipsa maximam partem ueneni sui bibit.» Illud uenenum, quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est. Torquet ingratus <sup>23</sup> se et macerat: odit, quae accepit, quia redditurus est, et  
 15 extenuat, iniurias uero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius, cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se assidua eius commemoratione delectat.

<sup>1</sup> cotid- sic *Q* *P* *Par.b* et corr. *V*, cott- *V* pr. || <sup>2</sup> contingit *Q* | quamdederat *Q* || <sup>3</sup> gratu *Q* pr., gratus *m.* rec. *perperam* || <sup>4</sup> redded- *Q* pr. || <sup>5</sup> 6 fornumque *Q* pr., form- *m.* rec. || <sup>6</sup> In contrarium *Q* cum vulg., in erasum *P* quo confirmatur *Madvigii* coniectura | autem om. *Q* | huic ex hic *Q* || <sup>7</sup> 8 urget sic *Q* || <sup>8-10</sup> nemo sibi/gratus est, qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere quiingratus est miser erit *Q* cum cod. *Urb.-Romano* 219. Verba qui alteri — ingratus est omittunt rell. codd. et vulg.: haec ab *Haasio* in editionem *recepta cum Hense*<sup>2</sup> reiecerisset (cf. proecd. praef. p. XXIII), postea tamen, *Quiriniani* scriptura cognita ex eo quod declaravi in 'Riv. di Filol. d. XLII (1914) p. 23', probanda esse concessit (cf. *Berl. philol. Wochenschr.* 1914, p. 607) || <sup>11</sup> ingratis *Q* | uitemus *Q* *V* *Par.b* recte || <sup>12</sup> leuissimumque *Q* || <sup>14</sup> remaneret et *Q* | quem amm. *Q* || <sup>15</sup> malia (i punct.) *Q* || <sup>18s.</sup> Torquet se (ex si corr. ead. m.) ingratus *Q* || <sup>19</sup> odityq; *Q* | est supra vers. *Q* || <sup>21</sup> her- *Q* || <sup>22</sup> hac *Q* || <sup>23</sup> assid- sic *Q*, item infra | commemoratione dilectat *Q*

- 24 Malis una uoluptas est et haec breuis, dum accipiunt beneficia, ex quibus sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum accipere, sed accepisse delectat, quod immortale est et assiduum: illa contemnit, quibus laesus est,  
 25 nec obliuiscitur per neglegentiam, sed uolens. Non uertit 5 omnia in peius nec quaerit, cui inputet casum, et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniantur uerba nec uultus: quicquid accidit, benigne interpretando leuat: non offensae potius quam officii meminit. Quantum potest, in priore ac meliore se memoria detinet 10 nec mutat animum aduersus bene meritos, nisi multum male facta praecedunt et manifestum etiam conuenti discrimen est: tunc quoque in hoc dumtaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo beniuolentiae 15  
 26 remanet. Quemadmodum reus sententiis paribus absoluatur et semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius, sic animus sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinit quidem debere, sed non desinit uelle debere  
 27 et hoc facit, quod qui post tabulas nouas soluunt. Nemo 20 autem gratus esse potest, nisi contempsit ista, propter quae uulgus insanit: si referre uis gratiam, et in exilium eundum est et effundendus sanguis et suscipienda egestas et ipsa innocentia saepe maculanda indignisque obicienda  
 28 rumoribus. Non paruo sibi constat homo gratus. Nihil 25 carius aestimamus quam beneficium, quamdiu petimus,

---

3 illud *Q V P* || 4 contēpnit *Q* | les- *Q* || 6 querit cum *Q* || 9 -se *Q* || 12 preced- *Q* | contuenti *Q V P Par.b* || 15 beniu- *ex* beneu-  
*corr. ead. m. Q* || 16 Quem amm- *Q* || 18 in animo *Q* || 19 desinet quidem *Q cum rell. codd.*, desinit *q. mavult Chatelain recte*: desi-  
 net quidem — sed non desinet *vulgo edd. ante Haasium* || 20 quod *ex* quid *Q* || 21 esse gratus *Q V* | contempsit *Q V P Par.b*, con-  
 tempserit *vulg.* || 23 aeg- *Q* || 24 sepe *Q* || 25 ss. verba *Nihil carius* —  
 cum accepimus *transponenda esse ante Cogitamus putat Haase* (vol. IIII *praef. p. V*), *a quo dissentiens Io. Mueller (Krit. Stud. zu den Briefen Senecas, p. 18 ss.) addi vult* Nos *ante nihil carius* || 26 clarius *Q* | quoddiu *Q*

metu peritio non dubitib[us] p[ro]p[ri]etate ceracem: non nisi stetius loqui nec mortuato  
 risum mouere; non me hercules facie tibi dactrum utrum in p[er]petu[m] in erit quae  
 hu[m]e maritatio[n]em in duci u[er]o mortis m[od]i. Inquire, an quis hoc cui qui ad  
 renfuerit et conatus est soluere. Num et res e[st] inter iug[ur]am et contraria[m]  
 opposuit et conatus quod mortuam in differentiā possumus que ad  
 sepi[us] creuerant. Nihil inquit indifferens gloriolum est. Mor[is] aut  
 gloriolum est. Ir[re]gularis non est indifferens. Hec interrogatio uides ab isto  
 re p[ro]p[ri]etate mors non est gloria sed fortior mors gloriosum est. Et cum dicit in  
 differens nihil gloriolum est. Concedit[ur] ibi iuradici nihil gloriolum est.  
 justificari in differentiā. Tum quā indifferens est. dic oide et nemalonteb[us]  
 nam m[od]i burmādōrem in p[ro]p[ri]etate exiliū m[od]i. Nihil h[ab]erūm p[ro]p[ri]etate gloriolum est  
 militare iustificis. Luidatur enim non p[ro]p[ri]etas sed ille non p[ro]p[ri]etas non sum  
 mātūrūt sed ince[re]tur ut. Luidatur non exiliū sed ille exiliū qui fortior m[od]i  
 exiliū: ut qui missis luidatur non dolor sed ille quē nihil coegerit dolor.  
 Non erit tem[per]l[us] iudicat sed concius mors ante abstulerit animū qui concurba  
 uit omni istip[er]sonis[us] bo[ves] nec in gloriola sed quicquid ex illis utru[m]q[ue]  
 id ut traxit quie honestam et gloriolum fecit. Illi in medio positas.  
 inter est utrum militum illis amissus. Nā virtus primita d[icitu]r sicut  
 illorū nulla quia me itone gloriolum est ubruto sciamur p[ro]p[ri]etate et rubeendi  
 h[ab]ent[ur] ubruti qui cum per iurum mortis mors querere alterum in dū  
 uentre fecerit. et uocatus ad mortē iussusq[ue] pretere cerū cīmī. prebebo  
 inquit itū in p[er]ea die dicit uel sub antimo. Ohominem digni quātū  
 dederetur. Sed ut cooperam dicere. ut de ipsi mortem nec milium esse  
 nec bonum. Catullus honestissime usus est. ut p[ro]p[ri]etate ubruti omnis et quod non  
 habuit decus utrūque. Id uia sumit. Cubiculum lucidum dicimus hoc idem  
 obscurissimum nocte. dicit illi lucem infundit nox eripit. Sic isti quae a nob[is]  
 indifferentia ac media die uirtutis diuisitatis uiribus forme honoribus regno  
 et eternitate exilio male uititudinib[us] doloribus q[ui]que elia uitimus aut  
 magis primi u[er]o aut militia uitius u[er]o aut bonu[m] u[er]o malu[m] nomen. Massup[er]  
 nec cibū nec frigida est informacem concreta con eduit. in qua remissa

Rovati

Fl. Secunda  
Tunc.humida  
Tunc.



nihil uilius, cum accepimus. Quaeris quid sit, quod obli-  
uionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum.  
Cogitamus non quid impetratum, sed quid petendum sit. ||  
Abstrahunt a recto diuitiae, honores, potentia et cetera, fol. 90r  
5 quae opinione nostra cara sunt, pretio suo uilia. Nescimus 29  
aestimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum  
natura deliberandum est: nihil habent ista magnificum,  
quo mentes in se nostras trahant, praeter hoc, quod mi-  
rari illa consueuimus. Non enim, quia concupiscenda sunt,  
10 laudantur, sed concupiscuntur, quia laudata sunt, et cum  
singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem  
facit publicus. Sed quemadmodum illa credidimus, sic et 30  
hoc eidem populo credamus, nihil esse grato animo ho-  
nestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris  
15 regionibus gentes conclamabunt: in hoc bonis malisque  
conueniet. Erunt qui uoluptates laudent, erunt qui labores 31  
malint; erunt qui dolorem maximum malum dicant, erunt  
qui ne malum quidem appellant; diuitias aliquis ad sum-  
mum bonum admittet, alias illas dicet malo uitae hu-  
20 manae repertas, nihil esse eo locupletius, cui quod donet  
fortuna non inuenit: in tanta iudiciorum diuersitate re-  
ferendam bene merentibus gratiam omnes tibi uno, quod  
aiunt, ore affirmabunt. In hoc tam discors turba conser-  
tiet: cum interim iniurias pro beneficiis reddimus, et  
25 prima causa est, cur quis ingratus *sit*, si satis gratus esse  
non potuit. Eo perductus est furor, ut periculosissima res 32  
sit beneficia in aliquem magna conferre: nam quia putat  
turpe non reddere, non uult esse, cui reddat. Tibi habe,

---

1 accipimus *Q* plane propter *praeced.* petimus | Queris *Q* ||  
2 -turum *Q* pr. || 3 imp- sic *Q* P || 8 pret *Q* || 13 fidem *Q* V Par.b  
|| 15 gentes (*per compendium*) cumclamabunt *Q* | bono *Q* || 16 conue-  
nient *Q* || 19 s. uite humanę *Q* || 20 locopl- sed u supra o alteram  
ead. m. *Q* || 22 gratiā ex -tias ead. m. *Q* || 23 affirm- sic *Q* || 25 cur  
quis *Q* Par.b recte | sit om. *Q*

quod accepisti; non repeto, non exigo: profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius quam e beneficii uiolati pudore. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**D**esii iam de te esse sollicitus. «Quem, inquis, deorum sponsorem accepisti?» Eum scilicet, qui neminem fallit, animum recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est. Potest fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet, non timeo, ne tu facias tibi. *I*, qua ire coepisti et in isto te uitae habitu compone placide, non <sup>5</sup> molliter. Male mihi esse malo quam molliter: *hoc* sic excipe, quemadmodum a populo solet dici: dure, aspere, laboriose. Audire solemus sic quorundam uitam laudari, quibus nuidetur: «molliter uiuit»; hoc dicunt: «mollis est.» Pau-<sup>10</sup> latim enim effeminatur animus atque in similitudinem otii sui et pigritiae, in qua iacet, soluitur. Quid ergo? uiro non uel obrigescere satius est? deinde idem delicati timent [morti est], cui uitam suam fecere similem. Mul-

<sup>2</sup> pñtiosius *Q* | quā (*sed lineola punct.*) me beneficii (*ex beneficis radendo*) uiolati pudore *Q*

<sup>5</sup> Desii *Q* *cum vulg.* | sollicitus *Q* *sed ci supra vers. rubro colore*  
 || 8 fortitudinē (*pro fortuna*) *Q* | fecrē *Q* || 9 I om. *Q* *P Par.b*  
 || 10 comp- *sic Q V* || 11 malo *Q pr.*, mallo *m. rec.* | Nunc *Q cum plerisque codd.*, Hunc *q.* Hoc *alii s quo sequor:* Male nunc *coni.* *Muretus*, hoc nunc *alii*, verbum nunc *Hense*<sup>1</sup> | accipe *Muretus ex 5*  
 || 12 quemamm- *Q pr.* | a populo *Q pr. cum V Par.b*, sed a fere *abr.* || 16 odi *Q* | verba Quid ergo — satius est *interpolata putat Hilgenfeld, tueretur Hense qui tamen recte adnotat aliquid intercidisse anie* deinde || 18 timent morti est. cui *Q*, t. morti cui *P Par.b M pr. V*: timent, cui *Madvig, expuncto morti tamquam adscripto declarandi causa ad cui* (idem, cui). *Evidem Quiriniani scripturam morti est ex mortē (mortem nonnulli s et vulg.) ortam esse cum veri simile sit, sic locum intellegi posse significavi in Rv. di Filol. d., XLII (1914), p. 29 s.* Deinde idem (*scil. iidem*) delicati timent mortem, cui uitam suam fecere similem. *Hense vero monuit in Berl. philol. Wochenschr.*, 1914, p. 638 idem potius *pro accus. neu-*

tum || interest inter otium et condituum. « Quid ergo? <sup>3</sup>  
 inquis, non satius est uel sic iacere quam in istis officiorum  
 uerticibus uolutari? » Vtraque res detestabilis est, et contrac-  
 tio et torpor. Puto, aeque qui in odoribus iacet, mortuus  
<sup>5</sup> est quam qui rapitur unco: otium sine litteris mors est et  
 hominis uiui sepultura. Quid deinde prodest secessisse? <sup>4</sup>  
 tamquam non trans maria nos sollicitudinum causae per-  
 sequantur. Quae latebra est, in quam non intret metus  
<sup>10</sup> mortis? quae tam emunita et in altum subducta uitiae  
 quies, quam non dolor territet? quacumque te abdideris,  
 mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quae  
 circumeunt nos, quo aut fallant aut urgeant, multa intus,  
 quae in media solitudine exaestuant. Philosophia circum-  
<sup>15</sup> danda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis  
 machinis lacescitum non transit. In insuperabili loco stat  
 animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat:  
 infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus,  
 fortuna longas manus: neminem occupat nisi haerentem  
 sibi. Itaque quantum possumus, ab illa resiliamus: quod <sup>6</sup>  
<sup>20</sup> sola praestabit sui naturaeque cognitio. Sciat, quo iturus  
 sit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum sit, quid  
 petat, quid euitet, quae sit illa ratio, quae adpetenda ac  
 fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania,  
 timorum saeuitia compescitur. Haec quidam putant ipsos <sup>7</sup>  
<sup>25</sup> etiam sine philosophia repressisse: sed, cum securos

---

*trali esse accipiendum et morti est (sicut mortem vel mori) esse  
 alegandum: quod glossema ad explicandum idem (scil. obrigescere)  
 pertinet, ita ut Seneca ad duplarem eiusdem verbi significationem  
 rigida morum regula et rigor mortis' iocose respiciat || 2 et ex  
 istis Q, et istis V P Par.b, in istis 5 || 7 cause Q || 10 quacumq;  
 Q cum vett. codd., quoc- 5 || 12 circū ex circa corr. ead. m. Q, cir-  
 cumeunt vel circueunt 5 || quae aut Q P Par.b et corr. V, quo  
 aut 5 || 13 sollicitudine Q | exest- Q | phylosophia in ras. Q || 14 inex-  
 pugnabili moros sed s punct. et u supra o priorem Q || 15 insupe-  
 rabili Q sed in ex corr. || 18 her- Q || 20 prest- Q | naturaequae Q  
 | conditio Q V Par.b || 21 sit in ras. Q || 24 seu- Q | comp- sic Q  
 V | quidem Q V P Par.b || 25 phylosophiam Q | securos Q Par.b recte*

aliquis casus expertus est, exprimitur sera confessio. Magna uerba excidunt, cum tortor poposcit manum, cum mors propius accessit. Possis illi dicere : facile prouocabas mala absentia : ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas, ecce mors, quam contra multa animose locutus es ; sonant flagella, gladius micat : « nunc animis opus, 8 Aenea, nunc pectore firmo. » Faciet autem illud firmum adsidua meditatio, si non uerba exercueris, sed animum, si contra mortem te praeparaueris, aduersus quam non exhortabitur nec adtollet, qui cauillationibus tibi persuadere temptauerit mortem malum non esse. Libet enim, Lucili uirorum optime, ridere ineptias Graecas, quas nondum, quamuis mirer, excussi. Zenon noster hac conlectione utitur : « nullum malum gloriosum est : mors autem gloriosa est : mors ergo non est malum. » Profecisti : libera-  
 fol. 91<sup>r</sup> tus sum || metu ; post hoc non dubitabo porrigerere ceruicem. Non uis seuerius loqui nec morituro risum mouere ? Non mehercules facile tibi dixerim, utrum ineptior fuerit, qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum extingueare, an qui hoc, tamquam ad rem pertineret, conatus est soluere.  
 10 Nam et ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo natam, quod mortem inter indifferentia ponimus, quae ἀδιάφορα Graeci uocant. « Nihil, inquit, indifferens gloriosum est : mors autem gloriosum est : ergo mors non est indifferens. » Haec interrogatio uides ubi obrepatur : mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est. Et cum dicis: « indifferens nihil gloriosum est », concedo tibi ita, ut dicam nihil gloriosum esse nisi circa indifferentia : tamquam indifferentia esse dico, id est nec mala nec bona,  
 11 morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem. Nihil  
 30

---

3 potius Q V P Par.b, propius s || 7 enea Q || 8 exsecueris Q  
 || 9 prepar- Q || 10 exort- Q | adtollet sic Q || 11 temperauerit Q  
 || 12 grec- Q et sic § 10 greci || 19 indicaui Q || 22 inter differen-  
 tia Q pr. || 27 Concede Q pr. || 29 nec malo necbo/na (-na ex -no  
 ead. m.) Q, unde nec mala n. b. scribo : nec bona n. m. vulg.

horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed ille *quem* paupertas non summittit nec incuruat: laudatur non exilium, sed ille Rutilius, qui fortiore uultu in exilium iit quam misisset: laudatur non dolor, sed ille, quem nihil coegit dolor. Nemo mortem laudat, sed eum, cuius mors ante abstulit animum quam conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta nec gloriosa, sed quicquid ex illis uirtus adiit tractauitque, honestum et gloriosum facit: illa in medio posita sunt. Interest, utrum malitia illis an uirtus manum admouerit: mors enim illa, quae in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras quaereret, ad exonerandum uentrem secessit et euocatus ad mortem ius 15 susque praebere ceruicem: « *praebebo, inquit, ita uiuam.* » *Quae dementia est fugere, cum retro ire non possis?* « *Præbebo, inquit, ita uiuam.* » Paene adiecit: « uel sub Antonio. » O hominem dignum, qui uitiae dederetur! Sed, ut cooperam 13

<sup>2</sup> sed ille non paupertas *Q*, sed ille quem p. cod. *Rehdig. I, om. P Par.b et pr. V* (sed quem p. in marg. *V<sup>2</sup>*) || 3 sed *Q V P Par.b*, nec s: et coni. *Hense* || 3-5 non exiliū. sed ille rutilius quifortiore uultu in/exilium iit quā misisset (*ex misset ead. m.*) *Q*, non exilium (*ex illium P*) ut quam misisset (*missi- P Par.b*) *P Par.b et pr. V* (sed qui in exilium iit in marg. *V<sup>2</sup>*), varie s inter quos ad *Q prope accedit cod. Vaticano-Romanus 2212* non exilium, sed ille Rutilius qui fortior in exilium ire uult quam ut misisset teste *Fickerto qui adnotavit 'Fortasse hic latet verum'* (*I p. 379*). *Haase coni.* non exilium, sed ille Rutilius, qui fortior in exilium ire voluit quam misisset. *Quiriniani scriptura hunc locum, quem diverse viri docti supplere conati sunt, optime restitui quamvis Hense mihi concesserit* (*cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 127*), suspectavit tamen certae personae nomen Rutilius. *Hanc autem dubitationem refellit O. Rossbach recte affirmans verba ille Rutilius significare 'ein Mann wie der berühmte Rutilius'* (*cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 492, adn. 3*) || 6 Nemortem *Q* || 8 quicquid *Q* sed c supra vers. | adiit *Q cum rell. codd.*: adiigit coni *A. I. Kronenberg* || 9 tractauit quae *Q* | ipsa pro illa malit *Hense* || 10 malitiam *Q* | illis an uirtus. Nā uirtus manū admouerit *Q* || 12 ~ (scil. est) supra vers. add. ante enī ead. m. *Q* || 13 periturus ex-rū *Q* | quer- *Q* || 15 preb- *Q* et sic mox Prebebo || 16 s. verba Quae dementia — ita uiuam om. *Q* || 17 pene *Q* || 18 quiuite *Q*

dicere, uides ipsam mortem nec malum esse nec bonum : Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus, uirtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus, hoc idem obscurissimum est nocte ; 14 dies illi lucem infundit, nox eripit : sic istis, quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, diuitiis, uiribus, formae, honoribus, regno et contra morti, exilio, malae ualitudini, doloribus quaeque alia aut minus aut magis pertimimus, aut malitia aut uirtus dat boni uel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est : in fornacem 10 fol. 91<sup>v</sup> coniecta concaluit, in aquam demissa || refrixit. Mors honesta est per illud, quod honestum est : *est* id uirtus 15 et animus extrema contemnens. Est et horum, Lucili, quae appellamus media, grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est, quomodo utrum capillos pares habeas : mors 15 inter illa est, quae mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem : sui amor est et permanendi conseruandi que se insita uoluntas atque aspernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere et nos ex hac, cui adsueuimus, rerum copia educere. Illa quoque res 20 morti nos alienat, quod haec iam nouimus, illa, ad quae transituri sumus, nescimus, qualia sint, et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adduc-

---

I ut des Q V P || 2 om̄s Q V || 3 adita Q pr. || 4 est *supra vers.* Q || 6 forme Q || 7 male Q | ualit- sic Q P || 8 doloribusq; quae Q || 11 con- caluit Q sed c altera ex u | remissa Q vulg. : corr. Haase || 12 honesta Q V P Par.b, honestum s | est id uirtus Q P Par.b, est id dat (dat *supra vers.*) u. V, est. id est u. alii codd. et vulg. : malo scri- berge honestum est: est id uirtus || 13 extrema Q cum plerisque codd., externa vulg. | contempn- Q | sunt ethorum Q cum P Par.b, pr. V | luciliq; Q pr. || 15 pares habeas Q cum plerisque codd., pares habeas necne s: pares an impares habeas Hense ex Kochii con- jectura. At sufficere videtur scriptura quam exhibent codd. optimi: cf. Cic. ad Att. X 15, 2 torqueor utrum ventum expectem. Eiusmodi vero structuram particulae utrum, altero enuntiati membro subauditio, usque ad seriores scriptores pertinuisse monet St. — Schm.<sup>4</sup> p. 520 || 16 qui Q perperam || 17 s. conseruandiqui Q || 18 aeq; Q V P || 20 copiae/ducere Q pr. || 21 s. atq; trans- Q cum P || 23 pter- Q

tura mors creditur. Itaque etiam si indifferens mors est, 16 non tamen ea est, quae facile neglegi possit: magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet magis quam solet. Multa enim de illa credidimus: multorum ingenii certatum est ad augendam eius infamiam: descriptus est carcer infernus et perpetua nocte oppressa regio, in qua «ingens ianitor Orci | ossa super recubans antro semesa cruento, | aeternum latrans exsangues terreat umbras ». Etiam cum 10 persuaseris istas fabulas esse nec quicquam defunctis superesse, quod timeant, subit aliis metus: aequem enim timent, ne apud inferos sint, quam ne nusquam. His aduersantibus, quae nobis offundit longa persuasio, fortiter pati mortem quidni gloriosum sit et inter maxima opera 15 mentis humanae? quae numquam ad uirtutem exsurget, si mortem malum esse crediderit: exsurget, si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura, ut aliquis magno animo accedat ad id, quod malum iudicat: pigre ueniet et cunctanter. Non est autem gloriosum, quod ab iniuitu 20 et tergiuersante fit: nihil facit uirtus, quia necesse est. Adice nunc, quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus 18 incubuit atque adfuit, cui nulla parte sui repugnauit. Vbi autem ad malum acceditur aut peiorum metu aut spe bonorum, ad quae peruenire tanti sit deuorata unius mali 25 patientia, dissident inter se iudicia facientis: hinc est, quod iubeat proposita perficere, illinc, quod retrahat et ab suspecta ac periculosa fugiat. Igitur in diuersa distrahitur: si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta

---

<sup>4</sup> contempni Q || 5 credidimus Q cum vett. codd., credimus vulg.  
 || 8 orti Q | semensa sed n punct. Q || 9 aeterno Q || 10 defructis  
 Q pr., defuc/tis corr. rubro colore m. rec. || 12 ab inferos Q pr.: an  
 ad i.? || 15 humane quem Q || 16 si mortem — exsurget eadem, ut  
 videtur, m. add. in marg. Q || 19 aut supra vers. Q | quid sed o supra  
 i punct. ead. m. Q || 21 s. verba nisi cui — adfuit om. Q || 23 ad  
 om. ante malum Q || 24 atq; Q, similiter P et pr. V || 26 adre Q  
 || 27 fugiat Q cum rell. codd.: fuget coni. Pincianus

peragit: non timet, quod facit. « Tu ne cede malis, sed contra audentior ito | qua tua te fortuna sinet. » Non ibis autem dentior, si mala illa || esse credideris. Eximendum hoc est: alioqui haesitabit impetum moratura suspicio: trudetur in id, quod inuadendum est. Nostri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationem ueram esse, fallacem autem alteram et falsam, quae illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem dialecticam et ad illos artificii ueter nosissimi nodos: totum genus istuc exturbandum iudico, quo circumscribi se, qui interrogatur, existimat et ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro ueritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Haec ipsa, quae uoluuntur ab illis, soluere malim et expendere, ut persuadeam, non ut inponam. In aciem educturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obitum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum rei publicae bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo in ipsis Thermopylarum angustiis positos: nec uictoriam sperant nec redditum; ille locus illis sepulchrum futurus est. Quemadmodum exhortaris, ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant et uita potius quam loco cedant? Dices: « quod malum est, gloriosum non est: mors gloria est: mors ergo non malum »? O efficacem contentionem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus et stans mori! At ille Leonidas quam fortiter illos adlocutus est! « Sic, inquit, commilitones, prandete tamquam apud inferos cenaturi. » Non in ore creuit cibus, non

---

2 quam Q V P || 3 mala Q sed la supra vers. || 4 alio qui Q sed lineolam super addidit m. rec. | hesit- Q | imp- sic Q V | mori- turo Q || 8 s. ueternodissimi Q || 10 circūscribis cum interroga- tur Q || 11 pductos Q | respondens Q || 12 ueritatē sed lineola exp. Q || 13 s. expandere Q et pr. Par.b || 14 atiem Q || 17 locones Q pr. || 18 termopylarū Q || 19 sepulchrum sic Q V P || 20 exort- Q || 21 abiectis Q || 22 non est Q sed est supra vers. || 23 ergo Q sed r supra vers. | contentionē Q cum P pr. et aliquot s, quae vera scriptura plane est (scil. sermonem contentionē vehementem): edd. contentionē vulgo: conlectionem Cornelissen || 26 commil- sic Q

haesit in faucibus, non elapsus est manibus : acres et ad prandium illi promiserunt et ad cenam. Quid? dum ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic adlocutus est: « ire, commilitones, illo necesse est, unde redire non est necesse. » Vides, quam simplex et imperiosa uirtus sit: quem mortalium circumscriptio[n]es uestrae fortiorum facere, quem erectiorem possunt? frangunt animum, qui numquam minus contrahendus est et in minuta ac spinosa cogendus, quam cum aliquid grande componitur. Non trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum non esse? quomodo opinio[n]es totius aeu[i]i, quibus protinus infantia inbuitur, euincis? quod auxilium inuenis [quid dicis] inbecillitati humanae? quid dicis, quo inflammati in media pericula inruant? qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenii uiribus obnixam contra te persuasionem humani generis auertis? uerba mihi captiosa componis et interrogatiunculas nectis? Magnis || telis magna portenta feriuntur. fol. 92v

Serpentem illam in Africa saeuam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt; ne Pythio quidem uulnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro uastitate corporis solida ferrum et quicquid humanae torserant manus reiceret: molaribus demum fracta saxis est: et aduersus mortem tu tam minuta iacularis? subula leonem excipis? Acuta sunt ista, quae dicis: nihil est acutius arista; quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. VALE.

<sup>1</sup> hesit Q || <sup>2</sup> Quidux Q pr. || <sup>6</sup> et imperiosa adscripsit ead. m. in marg. Q || <sup>7</sup> uestre compend. Q || <sup>8</sup> quā Q || <sup>14</sup> quid dicis (corr. ex quidicis) Q, quid dicis vel q. dices rell. codd.: sed Geritz || <sup>15</sup> humane Q || <sup>16</sup> quia sed i punct. Q || <sup>17</sup> ingenii Q V Par.b || <sup>18</sup> comp- sic Q V || <sup>19</sup> portenta Q sed r supra vers. || <sup>20</sup> seuam Q || <sup>21</sup> fecundisq; sed ec punct. Q || <sup>22</sup> pithio Q V: cf. quod adnotat Hense<sup>2</sup> p. 323,3 || <sup>24</sup> humane Q | malar- Q pr. || <sup>25</sup> totā Q cum V P Par.b, tu tam s || <sup>26</sup> acuta Q V P recte

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. LXXXIII. 1

**S**ugulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes: bene de me iudicas, si nihil esse in illis putas, quod abscondam. Sic certe uiuendum est, tamquam in conspectu uiuamus; sic cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum 5 introspicere possit: et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil deo clusum est. Interest animis nostris et cogitationibus mediis interuenit: sic interuenit, dico, tamquam aliquando discedat. Faciam ergo, quod iubes, et quid agam et quo ordine, libenter tibi scribam. <sup>10</sup> Obseruabo me protinus et, quod est utilissimum, diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit, quod nemo uitam suam respicit. Quid facturi simus cogitamus, et id raro; quid fecerimus, non cogitamus: atqui consilium 3 futuri ex praeterito uenit. Hodie nus dies solidus est, nemo <sup>15</sup> ex illo quicquam mihi eripuit. Totus inter stratum lectionemque diuisus est, minimum exercitationi corporis datum, et hoc nomine ago gratias senectuti: non magno mihi constat; cum me moui, lassus sum. Hic autem est exercitationis etiam fortissimis finis. Progymnastas meos quaeris? <sup>20</sup> unus mihi sufficit Pharius puer, ut scis, amabilis, sed mutabitur: iam aliquem teneriorem quaero. Hic quidem

<sup>2</sup> totis *Q pr.* || <sup>3</sup> putas *ex* putat *ead. m. Q* || <sup>5</sup> in pectus *Q V recte* || <sup>6</sup> prospicere *Q V P Par.b*, inspicere *vulg.*: introspicere *coni. Hense* || <sup>7</sup> clausum *Q* || <sup>13 s.</sup> cogitamus. etidraro. quid fecerimus non cogitamus autquod (*plane corruptum ex atqui*) *Q*. Verba et id raro; quid fecerimus non cogitamus *quae vulgata ex* <sup>5</sup> accep-  
perat, *tamquam supervacua et molesia vehementer suspectavit Hense* in *proedosis praef. p. XXIII s. et ex editione altera expunxit, sed, Quiriniani scriptura cognita, ad ea accessit quae disserui in 'Riv. di Filol. cl. XLII (1914) p. 24' (cf. Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 607) || <sup>15</sup> solidus est *ex solidem corr. ead. m. Q* || <sup>19</sup> ne sed *m supra n punct. Q* | autem (*compend.*) est sic *Q cum V Arg.b* || <sup>20</sup> finisset *sed set punct. Q: an* finis. Et? | progymnasiae *Q* || <sup>21</sup> unus *ex ummis Q* | pharuius *Q et pr. V*, Earinus *Erasm.* || <sup>22</sup> teneriorem *ex tenorem Q**

ait nos eandem crisin habere, quia utrique dentes cadunt.  
 Sed iam uix illum assequor currentem et intra paucissimos  
 dies non potero: uide, quid exercitatio cotidiana proficiat.  
 Cito magnum interuallum fit inter duos in diuersum  
<sup>5</sup> euntes: eodem tempore ille ascendit, ego descendeo, nec  
 ignoras, quanto ex his uelocius alterum fiat. Mentitus  
 sum: iam enim aetas nostra non descendit, sed cadit.  
 Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit <sup>5</sup>  
 quaeris? quod raro cursoribus euenit, hieran fecimus.

<sup>10</sup> Ab hac || fatigatione magis quam exercitatione in fri- fol. 93<sup>r</sup>  
 gidam descendti: hoc apud me uocatur parum calda. Ille  
 tantus psychrolutes, qui kalendis Ianuariis euripum salu-  
 tabam, qui anno nouo quemadmodum legere, scribere, di-  
 cere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, primum  
<sup>15</sup> ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium, quod,  
 cum fortissimus sum et omnia bona fide fiunt, sol tempe-  
 rat: non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde <sup>6</sup>  
 siccus et sine mensa prandium, post quod non sunt lauan-  
 dae manus. Dormio minimum: consuetudinem meam no-  
<sup>20</sup> sti, breuissimo sommo utor et quasi interiungo. Satis est  
 mihi uigilare desisse: aliquando dormisse me scio, aliquan-  
 do suspicor. Ecce circensium obstrepit clamor: subita ali- <sup>7</sup>  
 qua et uniuersa uoce feriuntur aures meae, nec cogitatio-  
 nem meam excutiunt, ne interrumpunt quidem. Fremi-  
<sup>25</sup> tum patientissime fero: multae uoces et in unum confusae  
 pro fluctu mihi sunt aut uento siluam uerberante et cete-  
 ris sine intellectu sonantibus. Quid ergo est *nunc*, cui ani- <sup>8</sup>  
 mum adiecerim? dicam. Superest ex hesterno mihi cogi-

---

1 crisin *Q recte* || 2 ass- sic *Q* || 3 cotidiana *Q sed na supra*  
*vers. et eras. p ante cot-* || 4 in diuersum *Q V O, praetulit vulga-*  
*tae itinere diuerso Hense, inter diuersos P Par.b* || 5 asc- sic *Q*  
*V O* || 9 hieran fecimus *Q cum vulg.: cf. quae adnotant Ruhkopf*  
*III p. 63 et Hense<sup>3</sup> p. 324, 16* || 12 psycr- *Q* || 15 ab hoc solū *Q*  
<sup>16</sup> || 16 confortissimus *Q* || 18 s. lauande *Q* || 19 s. noster compend.  
*Q pr., nosti Q* || 22 subdita *Q* || 24 nec (*supra vers. add. ead. m.*  
*Q) Q Par.b* || 25 multe *Q* | confuse *Q* || 27 nunc om. *Q*

tatio, quid sibi uoluerint prudentissimi uiri, qui rerum maximarum probationes leuissimas et perplexas fecerunt,  
 9 quae ut sint uerae, tamen mendacio similes sunt. Vult nos ab ebrietate deterrire Zenon, uir maximus, huius sectae fortissimae ac sanctissimae conditor. Audi ergo, quem admodum colligat uirum bonum non futurum ebrium: « ebrio secretum sermonem nemo committit, uiro autem bono committit: ergo uir bonus ebrius non erit. » Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur, attende: satis enim est unam ponere ex multis: « dormienti nemo secretum sermonem committit, uiro autem bono committit:  
 10 uir bonus ergo non dormit. » Quo uno modo potest, Posidonius Zenonis nostri causam agit, sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Ait enim ebrium duobus modis dici: altero, cum aliquis uino grauis est et impos sui, altero, si solet ebrius fieri et huic obnoxius uitio est: hunc a Zenone dici, qui soleat fieri ebrius, non qui sit, huic autem neminem commissurum arcana, quae per uinum eloqui possit.  
 11 Quod est falsum: prima enim illa interrogatio complectitur eum, qui est ebrius, non eum, qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes et inter ebrium et ebriosum: potest et qui ebrius est, tunc] primum esse nec habere hoc uitium, et qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse: itaque *id intellego, quod significari uerbo isto*  
 fol. 93<sup>v</sup> solet, || praesertim cum ab homine diligentiam professo  
 ponatur et uerba examinante. Adice nunc quod, si hoc intellexit Zenon et nos intellegere noluit, ambiguitate

2 fecerint Q V Par.b || 3 uere Q | -atio Q || 4 aeblet- Q | secte  
 fortissimꝝ hac sanctissime (sanct- compend.) Q || 5 s. quem/amm- Q  
 || 6 s. ebrium ast (ex est corr. ead. m.) aebrío Q || 8 aebr- Q  
 || 9 att sic Q || 10 enim/est Q V Par.b, est enim P || 12 s. possid- Q  
 || 14 aebr- Q || 15 imposui (inp- P) Q pr. P || 17 ebr- Q | sit  
 Q V Par.b recte || 18 arcana Q pr., archana Q<sup>s</sup> || 19 s. compl- sic  
 Q V || 21 ebriosū Q et sic infra ebriosus || 23 sepe Q || 25 etpre-  
 sertim sed et punct. Q | professio (pro compend.) Q || 27 noluit Q  
 V P, uoluit Par.b ali: noluit cum sententia magis congruit

uerbi quae sit locum fraudi, quod faciendum non est, ubi  
 ueritas quaeritur. Sed sane hoc senserit: quod sequitur, 12  
 falsum est, ei qui soleat ebrius fieri, non committi sermo-  
 nem secretum. Cogita enim, quam multis militibus non  
 5 semper sobriis et imperator et tribunus et centurio tacenda  
 mandauerint. De illa C. Caesaris caede, illius dico, qui  
 superato Pompeio rem publicam tenuit, tam creditum est  
 Tillio Cimbro quam C. Cassio. Cassius tota uita aquam  
 bibit, Tillius Cimber et nimius erat in uino et scordalus.  
 10 In hanc rem iocatus est ipse: « ego, inquit, quemquam  
 feram, qui uinum ferre non possum? » Sibi quisque nunc 13  
 nominet eos, quibus scit et uinum male credi et sermonem  
 bene: unum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam,  
 ne intercidat. Instruenda est enim uita exemplis inlustri-  
 15 bus, nec semper configiamus ad uetera. L. Piso, urbis 14  
 custos, ebrius ex quo semel factus est, fuit. Maiorem noc-  
 tis partem in conuiuio exigebat; usque in horam fere sex-  
 tam dormiebat: hoc eius erat matutinum. Officium tamen  
 suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime admi-  
 20 nistravit: huic et diuus Augustus dedit secreta mandata,  
 cum illum praeponeret Thraciae, quam perdomuit, et  
 Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe  
 et suspecta relinqueret et inuisa. Puto, quia bene illi 15  
 cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit urbis prae-

3 ebrius Q || 5 e briis (*pro* sobriis) Q | etacenda sed e prior  
 punct. Q || 6 G Q pr., Gagii Q<sup>a</sup> | cessaris sed s prior punct. Q  
 || 7 superato Q V Par.b recite | pompegio Q || 8 illicimbro ex illic  
 imbro Q: tillio cimbro O Muretus || 9 tullius Q V P Par.b || 10 etin  
 Q, in vulg.: set in prop. Ed. Schwartz, quae emendatio an sit acci-  
 pienda dubitat Hense (cf. Berl. phil. Wochenschr. 1914, p. 607) | lo-  
 cutus Q cum rell. codd.: iocatus Muretus quem sequor | eo inquit Q  
 || 15 ne semp Q: nec semper Ed. Schwartz, quam conjecturam  
 sequor nec Hensi dubitationibus (cf. l. c.) moveor | L Q pr., Lucius  
 (us compend.) Q<sup>a</sup> || 16 s. noctis partem Q V, partem noctis vulg.  
 || 17 exiebat Q pr. | sextam fere Q V Par.b || 21 ppon- Q | tracie Q,  
 trahitiae P unde Thraciae Rossbach || 23 quia bene illi Q V O,  
 quia illi bene P Par.b M unde hiatus quia illi quem Quiriniani  
 scriptura tollit || 24 aebrietas Q | pref- Q

fectum, uirum grauem, moderatum, sed mersum uino et madentem, adeo ut ex senatu aliquando, in quem e conuiuio uenerat, obpressus inexcitabili somno tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit, quae committenda ne ministris quidem suis iudicabat: nullum Cossos  
 16 aut priuatum secretum aut publicum elapsum est. Itaque declamationes istas de medio remoueamus: « non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus: quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur et omne, quod in imo iacet, in summam partem uis caloris ejectat, sic uino exaestuante, 10 quicquid in imo iacet abditum, effertur et prodit in medium: onerati mero quemadmodum non continent cibum uino redundante, ita ne secretum quidem; quod suum alienumque  
 17 est, pariter effundunt. » Sed quamuis hoc soleat accidere, ita et illud solet, ut cum his, quos sciamus libentius bibere, 15 de rebus necessariis deliberemus. Falsum ergo est hoc, quod patrocinii loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum. Quanto || satius est aperte accusare ebrietatem et uitia eius exponere, quae etiam tolerabilis homo uitauerit, nedum perfectus ac sapiens, cui satis est sitim extingue, 20 qui, etiam si quando hortata est hilaritas aliena causa  
 fol. 94<sup>r</sup>  
 18 producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo uidebimus, an sapientis animus nimio uino turbetur et faciat ebrius solita: interim, si hoc colligere uis uirum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? Dic, 25 quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse mensuram, quam multa ebrii faciant, quibus sobrii erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam uolun-

---

I s. mersum et uino et madentem *sed prius et exp.* Q V, mersum uino et madentem q, mersum et uino madentem (emad- P) P Par.b qua scriptura insignitus exemplum schematis ex communi praeberi putat Bachrens beitr. p. 270 || 3 inexcitabili Q sed in supra vers. || 4 tibe/rius multasua manu Q cum V Par.b, multa t. manu sua P | quem sed m exp. Q || 8 aebritate Q || 9 in imo Q P, et sic mox, recte || 10 uir Q pr. || 13 alienum quae Q et pr. V || 15 his Q P Par.b M || 17 aebr- Q || 24 faciet Q || 25 aebrum Q

tariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor, sed brevior. Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum, carissimum sibi ac fidelissimum, inter epulas transfodit et intellecto facinore mori uoluit, certe debuit. Omne uitium ebrietas et incendit et detegit, obstantem malis conatibus uerecundiam remouet: plures enim pudore peccandi quam bona uoluntate prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia uis uini, quicquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas uitia, sed protractit: tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierunt sine dilatione permittit: tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas saeuo, malignitas liuido: omne uitium laxatur et prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta, cuin efferuescit merum ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi uis sua est: quid, cum somno uitiatur et quae ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita, quas clades ediderit publica ebrietas: haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit, haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium, haec inuictos acie mero domuit. Alexandrum,

<sup>1</sup> extendi *Q P Par.b* || 4 kar- *Q* || 6 deruit *Q V P Par.b*, decuit *nonnulli* *s*; debuit *Lipsius*, meruit *Gruterus*, mori uoluit. Certe eruit omne uitium ebrietas *Fickert*. *An* deruit *retineri potest intransitive usurpatum* (*scil.* in voluntariae mortis speciem)? | incendit *Q cum vulg.*: intendit *q* et *supra al* incendit: intendit *Muretus* || 11 necubiculo *Q* || 15 credelitas sed u supra e priorem ead. m. *Q* | libido *Q* || 16 taxatur *Q V P*: corr. *Lipsius* || 17 explanata *Q V Par.b vulg.* || 18 uelut *Q Par.b recte* || 21 ui *Q* | quid (*ex quod corr.* *Q*) cum sic *Q V* || 22 ebrietas *Q* || 25 pti/nacia *Q cum V P* (-tia *V P*) *Par.b*: pertinacia [bello] coni. *Buecheler* || 27 acie *Q*

cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot proelia, tot  
 hiemes, per quas uicta temporum locorumque difficultate  
 transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria  
 tutum dimiserunt: intemperantia bibendi et ille Hercu-  
 laneus ac fatalis scyphus condidit. Quae gloria est capere 5  
 fol. 94<sup>v</sup> multum? cum penes te palma || fuerit et propinaciones  
 tuas strati somno ac uomitantes recusauerint, cum superstes  
 toti conuiuio fueris, cum omnes uiceris uirtute magnifica  
 25 et nemo uini tam capax fuerit, uinceris a dolio. M. Anto-  
 nium, magnum uirum et ingenii nobilis, quae alia res 10  
 perdidit et in externos mores ac uitia non Romana traiecit  
 quam ebrietas nec minor uino Cleopatrae amor? Haec illum  
 res hostem rei publicae, haec hostibus suis imparem reddi-  
 dit; haec crudelem fecit, cum capita principum ciuitatis  
 cenanti referrentur, cum inter apparatissimas epulas lu-  
 xusque regales ora ac manus proscriptorum recognosce-  
 ret, cum uino grauis sitiret tamen sanguinem. Intolera-  
 bile erat, quod ebrius siebat, cum haec faceret: quanto  
 6 intolerabilius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat! Fere  
 uiolentiam crudelitas sequitur: uitiatur enim exaspera-  
 turque sanitas mentis. Quemadmodum morosos difficilesque  
 faciunt diutini morbi et ad minimam rabidos offensionem,  
 ita ebrietates continuae efferant animos. Nam cum saepe

<sup>1</sup> feci *ex -cit radendo* Q | itenera Q || <sup>2</sup> uicta Q sed c supra vers.  
 || <sup>3</sup> flumina Q sed a supra vers. | ignotu Q || <sup>7</sup> sup/estes (estes  
*ex corr.*) Q || <sup>8</sup> uirtute *ex -tes radendo* Q || <sup>10</sup> nobilisq; aliares Q  
 || <sup>12</sup> ebr- Q | minor uino Q V Par.b cum vulg. | cleopatre Q  
 || <sup>13</sup> publice Q | impar est reddit Q || <sup>15</sup> referentur Q | apar- Q  
 || <sup>16</sup> hac Q | pscript- Q pr. || <sup>19</sup> aeblet- Q || <sup>20</sup> credelitas sed u  
 supra e priorem Q | uillatur Q pr. cum V P, uiolatur Q<sup>2</sup> cum  
 vulg., uitiatur Par.b Haupt, Madvig, Hense, quos sequor | exaspera  
 iraturq; sed ira punct. Q || <sup>21</sup> quem difficilesque Q, pr. V, P Par.b,  
 item q sed admodum super add. ead. m. unde quemadmodum *ut*  
 alii s: quemadmodum morosos difficilesque *coni*. Hense, Buecheler  
*recte annuente* (*vel* iniquos Hense): querulos difficilesque Haupt,  
*ut* querulos d. Madvig, vementis quomodo d. Rossbach || <sup>22</sup> radios  
 Q V P Par.b, rabidos (*ut coniecit Haupt*) q || <sup>23</sup> aebr- Q

apud se non sint, consuetudo insaniae durat ac uitia uino  
concepta etiam sine illo ualent. Dic ergo, quare sapiens <sup>27</sup>  
non debeat ebrius fieri: deformitatem rei et importuni-  
tatem ostende rebus, non uerbis. Quod facillimum est,  
5 proba istas, quae uoluptates uocantur, ubi transcederunt  
modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis, sapien-  
tem multo uino non ineibriari et retinere rectum tenorem,  
etiam si temulentus sit: licet colligas nec ueneno poto  
moriturum nec sopore sumpto dormiturum nec elleboro  
10 accepto, quicquid in uisceribus haerebit, eiecturum deie-  
turumque. Sed si temptantur pedes, lingua non constat:  
quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in  
parte ebrium? VALE.

EXPLICIT LIBER X.

---

I sunt Q V P Par.b | durata Q V Par.b, durat ac cod. Palat,  
IV Gruteri: durat et Wolters || 2 ullo Q pr. || 5 que Q || 6 argu-  
mentaueris Q V P Par.b || 7 uino non ineibriari Q, uino ineibriari  
rell. libb. mss. et edd.: Quirini scripturam praefero, cum quae  
adduntur et retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit eandem  
explicant sententiam per chiasmum (non ineibriari = retinere rectum  
tenorem et multo vino = etiam si temulentus sit) || 10 her- Q



INCIPIT LIBER XI

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

I tinera ista, quae segnitiam mihi excutiunt, et ualitudini meae prodesse iudico et studiis. Quare ualitudinem adiuuent, uides: cum pigrum me et neglegentem corporis litterarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studio quare prosint, indicabo: a lectionibus recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariae, primum ne sim me uno contentus; deinde ut, cum ab aliis quaesita cognovero, tum et de inuentis iudicem et cogitem de inuenientis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit. Nec scribere tantum nec tantum || le-

fol. 95<sup>r</sup>

EXPLICIT liber (liber compendiose super addidit ead. m.) x.  
INCIPIT LIBER XI. SENECA LVCILIO SVO SAL Q: om. V P Par.b, in  
V reliquam paginam vacuam esse et fol. III<sup>r</sup> incipere ab Itinera, sed  
ut duo versus scriptura careant, adnotat Hense idemque recte suscipitur  
libri inscriptionem paucioribus quam soleat verbis enuntiatam  
et salutationis formulam Veneti codicis scriptori esse obversatas  
(Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 126). Proximorum autem li-  
borum XII et XIII initia in Q, sicut in V P Par.b, signala non  
sunt nec ullius indicii vestigium exstat || 3 s. ualet- Q V, et sic  
infra || 5 uiae Q V P Par.b, uie q, me alii 5 || 7 studio Q V  
O, studiis 5 | recessi Q V P Par.b, non (nō supra vers. q) r. q et  
alii 5: nihil r. Hense ex Buecheleri conjectura. Particula negans  
ineptia quadammodo est; huius loci sententia multis interversa obser-  
vationibus haec est: 'itinera ista studio meo profuerunt, cum me  
a lectionum labore ad alterum et eum quidem utiliorem transferrent,  
ut, quae legeram, animo concoquerem, scribendo tractarem nullius  
libri praesentia ad alia legenda allectus' || 10 tunc Q || 12 si scri-  
bere Q

gere debemus: altera res contrastabit uires et exhaustiet,  
de stilo dico, altera soluet ac diluet. Inuicem hoc et illo com-  
meandum est et alterum altero temperandum, ut quic-  
3 quid lectione collectum est, stilus redigat in corpus. Apes,  
ut aiunt, debemus imitari, quae uagantur et flores ad 5  
mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulere,  
disponunt ac per fauos digerunt et, ut Vergilius noster ait,  
«liquentia mella || stipant et dulci distendunt nectare cel-  
4 las ». De illis non satis constat, utrum sucum ex floribus  
ducant, qui protinus mel sit, an quae collegent, in hunc 10  
saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mu-  
tent. Quibusdam enim placet non faciendi mellis scien-  
tiam esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos  
mel in arundinum foliis, quod aut ros illius caeli aut  
ipsius arundinis umor dulcis et pinguior gignat: in nostris 15  
quoque herbis uim eandem, sed minus manifestam et no-  
tabilem poni, quam persequatur et contrahat animal huic  
rei genitum. Quidam existimant conditura et dispositione in  
hanc qualitatem uerti, quae ex tenerrimis uirentium floren-  
tiumque decerpserint, non sine quodam, ut ita dicam, fer-  
5 mento, quo in unum diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud  
quam de quo agitur, abducatur, nos quoque has apes debemus  
imitari et quaecumque ex diuersa lectione concessimus, se-  
parare, — melius enim distincta seruantur; — deinde adhi-  
bita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem uaria 20  
illa libamenta confundere, ut etiam si apparuerit, unde  
sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum est,

---

I s. contrastauit (*sic etiam V pr.*)... exhaustiet... soluet... diluet  
*Q pr.*, contrastat... exhaustit... soluit... diluit *Q<sup>2</sup>* || 2 hac *Q*  
|| 3 et (*ante quicquid*) sed *u supra e ead. m. Q* || 5 immitari *Q*  
|| 7 diger *Q cum rell. codd.*: diuidunt *Macrobius, Saturnal. praef. 5*  
| uirg- *Q P Par. b* || 10 anq; *Q* || 14 arundinem *sed u supra e puncti.*  
*ead. m. Q* || 15 har- *Q V* | humor *Q V P Par. b* || 18 existimet sed  
ant *supra et puncti. ead. m. Q* || 22 adducatur *Q V P Par. b*, abdu-  
cat *q.* abducatur *cod. Velzensis, Erasmus<sup>2</sup>* || 24 s. adhibita *Q Par. b*  
*recte* || 26 etiamsi quid apparuerit *Macr. ibid. 6*

appareat. Quod in corpore nostro uidemus sine ulla opera nostra facere naturam: alimenta, quae accepimus, quam-<sup>6</sup>  
diu in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho,  
onera sunt; at cum ex eo, quod erant, mutata<sup>1</sup> sunt, tum  
5 demum in uires et in sanguinem transeunt. Idem in his,  
quibus aluntur ingenia, praestemus, ut quaecumque hau-  
simus, non patiamur integra esse, ne aliena sint. Con-<sup>7</sup>  
coquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, non in inge-  
nium. Adsentiamur illis fideliter et nostra faciamus, ut  
10 unum quiddam fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex  
singulis, cum minores summas et dissidentes computatio  
una comprehendit. Hoc faciat animus noster: omnia, quibus  
est adiutus, abscondat, ipsum tantum ostendat, quod  
effecit. Etiam si cuius in te comparebit similitudo, quem<sup>8</sup>  
15 admiratio tibi altius fixerit, similem esse te uolo quomodo  
filium, non quomodo imaginem: imago res mortua est.  
«Quid ergo? non intellegetur, cuius imiteris orationem?  
cuius argumentationem? cuius sententias?» Puto aliquando  
ne intelligi quidem posse, || si magni uir ingenii omnibus, fol. 95  
20 quae ex quo uelut exemplari traxit, formam suam impres-  
sit, ut in unitatem illa competant. Non uides, quam mul-<sup>9</sup>

---

<sup>2</sup> accepimus *ex accip-* *Q*, *accip-* *q*, *Macr. ibid.* 7 || 4 tunc *Q*  
*V Par.b* || 5 in uires et sanguinem *Macr. ibid.* || 6 prest- *Q*  
| quec- *Q* || 7 s. con/quoquam *Q* *cum P Par.b* || 8 alioquin  
in sic *Q Par.b Macr.* || 11 disid- *Q* | comp- *sic Q V* || 12 cōphē-  
dit *Q*, comprehendit *P Par.b* | noster animus *Macr. ibid.* 8  
|| 14 cōparebit *Q* || 16 quomo *Q pr.* || 17 intellegetur *Q Par.b*  
|| 19 si magni uiri niceñi *Q cum cod. Guelpherbyt.* 23, 32 (w *Fick-  
kerti*), si magni uiri nec enim (necenii sed n *ex corr. et supra  
nii scriptum ssarii V*) *V P Par.b*, si magni uir ingenii *cod. Ottoboniæ-Romanus* 1579 quae scriptura in *Quiriniano aliquatenus de-  
pravata et iam a Niemeyero, A. I. Kronenbergio et Hensio com-  
mendata ad sententiam apte quadrare videtur. Cf. ep. 114, 4 magni  
vir ingenii (magni uiri ingenii *Q B et pr. A*, i altera in uiri  
punct. *Q*) fuerat. *Rubenius aliisque ex* 5 *si magni uiri ingenium,*  
*Madvig si imago vera sit: haec enim, Hense dubitans si imago*  
*est, nedum si magni vir ingenii* | *omnibusq; Q* || 20 exemplaria  
*Q V P* || 21 etin unitatē illam *Q* | competat *Q Par.b, pr. V:*  
*de huius loci sententia cf. quae monui in Riv. di Filol. cl. XLII*  
(1914), p. 30 | uides (om. non) quam multorum uocibus chorus*

torum uocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus redditur. Aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media: accedunt uiris feminae, interponuntur tibiae: singulorum 10 illic latent uoces, omnium apparent. De choro dico, quem ueteres philosophi nouerant. In commissionibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit: cum omnes uias ordo canentium impleuit et cauea aenatoribus cincta est et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum nostrum esse uolo: multae in illo artes, multa 15 praecepta sint, multarum aetatum exempla, sed in unum conspirata. «Quomodo, inquis, hoc effici poterit?» Adsidua intentione: si nihil egerimus nisi ratione suadente, nihil uitauerimus nisi ratione suadente. Hanc si audire uolueris, dicet tibi: relinque ista iamdudum, ad quae 20 discurritur: relinque diuicias, aut periculum possidentium aut onus: relinque corporis atque animi uoluptates, molliunt et eneruant: relinque ambitum, tumida res est, uana, uentosa, nullum habet terminum, tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne secum, laborat inuidia et 25 quidem dupli. Vides autem, quam miser sit, si is, cui inuidetur, et inuidet. Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent con-

---

constet: una tamen ex omnibus redditur *Macr. l. c. § 9* || 3 feminę Q | tibie Q || 4 omnium ex unum *ead. m.* Q || 5 phil- ex phil- *ead. m.* Q || nō erant (*pro nouerant*) Q || 6 theatris ex theatris *corr.* Q<sup>2</sup> || 7 impl- sic Q P | aeneat- Q V P *Par.b.*: aenat- *Buecheler* || 8 tyb- Q || 10 esse nostrum (*nostrum compend.* Q) Q V *Par.b. vulg.*: nostrum esse *Hense* ex P | multe Q || 11 p̄cepta Q || 13 fusi Q V | suadente. nihil uitaueri/mus nisiratione suadente Q: verba nihil uitauerimus — suadente add. *etiam cod. Palatino-Romanus* 1546 saec. XII, om. rell. Quibus verbis sententiam concinne compleri mihi assensus est *Hense* in 'Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 607' || 17 voluntates Q P *Par.b.* || 20 quā nescum Q, quam ne quem secum O, quam ne se V P *Par.b.*, q. ne post se s (post *supra* vers. q): quam ne quem post se *Hense qui tamen, Quiriniani scriptura cognita, ei assentitur* et quem post se non esse a Seneca iteratum ne minus bene sonaret, recte suspicatur (Berl. philol. Wochenschr., l. c.)

tumeliarum, ut intres, plus, cum intraueris. Praeteri istos gradus diuitum et magno adgestu suspensa uestibula: non in praerupto tantum istic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige tranquillissimasque res eius et simul amplissimas pete. Quaecumque uidentur eminere in rebus humanis, quamuis pusilla sint et comparatione humillimorum exstant, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis uia est: at si conscendere hunc uerticem libet, cui se fortuna summisit, omnia quidem sub te, quae pro excelsissimis habentur, aspicies, sed tamen uenies ad summa per planum.

VALE.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Peperceram tibi et quicquid nodosi adhuc supererat, Ep. LXXXV.  
 15 praeterieram, contentus quasi gustum tibi dare eorum,  
 quae a nostris dicuntur, ut probetur uirtus ad explendam  
 beatam uitam sola satis efficax. Iubes me quicquid est  
 interrogantium aut nostrarum aut ad traductionem no- fol. 96<sup>r</sup>  
 stram excogitarum comprehendere: quod si facere uoluero,  
 20 non erit epistula, sed liber. Illud totiens testor, hoc me  
 argumentorum genere non delectari: pudet in aciem  
 descendere pro dis hominibusque susceptam subula ar-  
 matum.

« Qui prudens est, et temperans est: qui temperans est, 2  
 25 est et constans: qui constans est, imperturbatus est: qui  
 imperturbatus est, sine tristitia est: qui sine tristitia est,

i cum supra vers. Q | pret- Q || istas sed o supra a ead. m. Q  
 || 3 prer- Q | lubrica Q || 4 dirige sic Q V P Par.b | -que Q  
 || 7 exst- sic Q || 10 subteq; Q  
 15 pret- Q || 16 prohibetur Q || 20 aepia Q || 21 Putet Q || 22 -que  
 Q || 25 et constans Q vulg., et constans est q: qui temperans,  
 est et constans Haase, q. t. est, est et constans scribo ex Hensii  
 conjectura valde probabili || 26 sine tristitiae (om. est) sed extr. e

beatus est : ergo prudens beatus est et prudentia ad beatam uitam satis est.»

3 Huic collectioni hoc modo Peripatetici quidam respondent, ut imperturbatum et constantem et sine tristitia sic interpretentur, tamquam imperturbatus dicatur qui raro 5 perturbatur et modice, non qui numquam. Item sine tristitia eum dici aiunt, qui non est obnoxius tristitiae nec frequens nimiusue in hoc uitio; illud enim humanam naturam negare, alicuius animum inmunem esse tristitia : sapientem non uinci maerore, ceterum tangi : et cetera 10 4 in hunc modum sectae suae respondentia. Non his tollunt affectus sed temperant. Quantulum autem sapienti damus, si inbecillissimis fortior est et maestissimis laetior et effrenatissimis moderatior et humillimis maior? Quid, si miretur uelocitatem suam Ladas ad claudos debilesque respiciens? «Illa uel intactae segetis per summa uolarell gramina nec cursu teneras laesisset aristas, || uel mare per medium fluctu suspensa tumenti || ferret iter celeres nec tingueret aequore plantas». Haec est pernitas per se aestimata, non quae tardissimorum conlatione laudatur. Quid, si sanum uoces leuiter febricitantem? non est 15 5 bona ualitudo mediocritas morbi. «Sic, inquit, sapiens imperturbatus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor.» Falsum est. Non enim deminutionem malorum in bo- 20 no uiro intellego, sed uacationem; nulla debent esse, non parua: nam si ulla sunt, crescent et interim impedient. Quomodo oculos maior et perfecta suffusio excaecat, sic 25

---

punct. Q: licet suspicari fuisse tristitia ē, quamquam mox sine tristitia (e extr. punct.) est Q || 3 quidem Q || 4 sine tristitiā sed lineola exp. Q || 8 nimius uae Q || 10 mer- Q V P || 11 mundum Q | sectę Q || 12 aff- sic Q || 13 mest- Q | letitior Q || 15 laudans Q cum plerisque codd.: corr. Lipsius | -que Q || 16 illam Q || 17 lesis et Q || 22 inquid Q || 23 aprina Q V P Par.b || 25 dimin- Q P Par.b || 26 uagat- Q || 27 imp- sic Q P || 28 oculos ex -lus ead. m. Q | exec- Q

modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar 6  
 illis erit ratio et uelut torrente quodam auferetur, pares-  
 tim cum illi non unum affectum des, cum quo conluctetur,  
 sed omnis. Plus potest quamvis mediocrum turba quam  
<sup>5</sup> posset unius magni uiolentia. Habet pecuniae cupidita- 7  
 tem, sed modicam: habet ambitionem, sed non concita-  
 tam: habet iracundiam, sed placabilem: habet incon-  
 stantiam, sed minus uagam ac mobilem: habet libidinem,  
 sed non insanam. Melius cum illo ageretur, qui unum ||  
<sup>10</sup> uitium integrum haberet, quam cum eo, qui leuiora qui- fol. 96v  
 dem, sed omnia. Deinde nihil interest, quam magnus sit 8  
 adfectus: quantuscumque est, parere nescit, consilium  
 non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal optem-  
 perat, non ferum, non domesticum et mite, — natura enim  
<sup>15</sup> illorum est surda suadenti: — sic non secuntur, non audiunt  
 affectus, quantulicumque sunt. Tigres leonesque numquam  
 feritatem exuunt, aliquando summittunt, et cum minime  
 expectaueris, exasperatur toruitas mitigata. Numquam  
 bona fide uitia mansuescunt. Deinde, si ratio proficit, ne 9  
<sup>20</sup> incipient quidem affectus: si inuita ratione coeperint,  
 inuita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum pro-  
 hibere quam impetum regere. Falsa est itaque ista me-  
 diocritas et inutilis, eodem loco habenda, quo si quis  
 diceret modice insaniendum, modice aegrotandum. Sola 10  
<sup>25</sup> uirtus habet, non recipiunt animi mala temperamentum:  
 facilius sustuleris illa quam rexeris. Numquid dubium est,  
 quin uitia mentis humanae inueterata et dura, quae mor-

---

<sup>1</sup> modica ex modo corr. ead. m. Q | aff- sic Q P et hic et  
 mox v. 3 | imp- sic Q || 2 s. pres- Q || 3 sed Q P Par.b pr. V,  
 des unus <sup>5</sup>: unum des affectum com. Gruterus || 5 pecunie Q  
 || 8 s. libidinem sed nonsanam Q cum cod. Ambian. Opsopoei, sed  
 om. V P Par.b M: Quiriniani scriptura commendatur orationis  
 concinnitate || 12 adf- sic Q || 14 mitem Q || 15 sequuntur Q || 16  
 aff- Q | Triges leones/quae Q || 21 separabunt (pro perseuerabunt)  
 Q || 24 egrot- Q || 26 illa corr. ex illam radendo Q || 27 hu-  
 mana Q

bos uocamus, immoderata sint, ut auaritia, ut crudelitas, ]  
 ut inpotentia [impietas]? Ergo inmoderati sunt et adfec-  
 tus: ab his enim ad illa transitur. Deinde si das aliquid  
 iuris tristitiae, timori, cupiditati, ceteris motibus prauis,  
 non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, 5  
 quibus inritantur: itaque crescent, prout magnas habuerint  
 minoresue causas, quibus concitentur. Maior erit timor,  
 si plus, quo exterreatur, aut propius aspexerit, acrior  
 12 cupiditas, quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in  
 nostra potestate non est, an sint adfectus, ne illud quidem 10  
 est, quanti sint: si ipsis permisisti incipere, cum causis  
 suis crescent tantique erunt, quanti fient. Adice nunc,  
 quod ista, quamuis exigua sint, in maius excedunt: num-  
 quam perniciosa seruant modum. Quamuis leuia initia  
 morborum serpunt et aegra corpora minima interdum mer- 15  
 git accessio. Illud uero cuius dementiae est, credere qua-  
 rum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt,  
 earum nostri esse arbitrii terminos? Quomodo ad id  
 finiendum satis ualeo, ad quod prohibendum parum ualui,  
 cum facilius sit excludere quam admissa comprimere? 2  
 14 Quidam ita distinxerunt, ut dicerent: «temperans ac pru-  
 dens positione quidem mentis et habitu tranquillus est,  
 fol. 97<sup>r</sup> euentu non est. || Nam, quantum ad habitum mentis  
 suae, non perturbatur, nec contrastatur nec timet, sed  
 multae extrinsecus causae incidunt, quae illi perturba- 25

---

1. immod- sic Q | ut crudelitas (crud- ex cred- ead. m.) / utno-  
 centia impietas Q, ut crudelitas ut innocentia impietas V P Par.b,  
 ut cr. ut inpotentia impietas s vulg., ut impietas Erasmus<sup>9</sup>: im-  
 pietas ut glossema exp. Madvig et Hense recte. Quod ad scriptu-  
 ram nocentia attinet, cf. quae scripsi in 'Riv. di Filol. cl., l. c.'  
 et quae animadvertisit Hense in 'Berl. philol. Wochenschr. 1914,  
 p. 638', cuius argumentis moveor || 4 ceteris Q P V (caet- V),  
 ceterisque alii | moribus Q V P Par.b || 6 habuerit Q P, -erunt  
 V Par.b, -erint s || 7 minoresuae Q | Manor Q pr., Minor Q<sup>2</sup> de-  
 terius || 9 spes ex specus ead. m. Q || 11 permisisti sed si supra  
 vers. Q || 12 quanto Q P Par.b || 15 serpunt ex aegra Q || 20 compr-  
 sic Q || 25 multe Q | cause Q

tionem afferant.» Tale est, quod uolunt dicere: iracundum <sup>15</sup> quidem illum non esse, irasci tamen aliquando; et timidum quidem non esse, timere tamen aliquando, id est, uitio timoris carere, affectu non carere. Quod si recipitur, usu <sup>5</sup> frequenti timor transbit in uitium et ira in animum admissa habitum illum ira carentis animi retexet. Praeterea <sup>16</sup> si non contemnit uenientes extrinsecus causas et aliquid timet, cum fortiter eundum erit aduersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctanter exibit et animo <sup>10</sup> recedente. Non cadit autem in sapientem haec diuersitas mentis. Illud praeterea iudico obseruandum, ne duo, quae <sup>17</sup> separatim probanda sunt, misceamus: per se enim colligitur unum bonum esse, quod honestum, per se rursus, ad uitam beatam satis esse uirtutem. Si unum bonum est, <sup>15</sup> quod honestum, omnes concedunt ad beate uiuendum sufficere uirtutem: e contrario non remittetur, si beatum sola uirtus facit, unum bonum esse, quod honestum est. Xeno-<sup>18</sup> crates et Speusippus putant beatum uel sola uirtute fieri posse, non tamen unum bonum esse, quod honestum est. <sup>20</sup> Epicurus quoque iudicat, cum uirtutem habeat, beatum esse, sed ipsam uirtutem non satis esse ad beatam uitam, quia beatum efficiat uoluptas, quae ex uirtute est, non ipsa uirtus. Inepta distinctio: idem enim negat umquam uirtutem esse sine uoluptate. Ita si ei iuncta semper <sup>est</sup> atque inseparabilis, et sola satis est: habet enim secum uoluptatem, sine qua non est, etiam cum sola est. Illud <sup>19</sup> autem absurdum est, quod dicitur beatum quidem futurum uel sola uirtute, non futurum autem perfecte beatum:

---

<sup>4</sup> recipit *Q* *V pr. P Par.b Arg.b* || <sup>6</sup> Pret. *Q* || <sup>7</sup> con-  
tēpnit *Q* || <sup>8</sup> eundem *Q* || <sup>9</sup> exibit *Q* *cum rell. codd.*: ibit Koch  
|| <sup>11</sup> pret. *Q* || <sup>15</sup> beatē *Q* || <sup>18</sup> putabant *Q parum latine* | beatā  
*Q* || <sup>20</sup> cum *Q et vulg.*, cum qui aliquot s: eum qui coni. Koch,  
qui Hense. At cum uirtutem habeat (*subaudi quis ut saepe apud*  
*seioris latinitatis scriptores*) *idem valet atque virtutem habentem:*  
*quare ratione grammatica nihil amplius desideratur* || <sup>22</sup> beatū *Q V P*  
*Par.b*, beatam s

quod quemadmodum fieri possit, non reperio. Beata enim uita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile : quod si est, perfecte beata est. Si deorum uita nihil habet maius aut melius, beata autem uita diuina est: nihil habet, in quo<sup>5</sup> amplius possit attolli. Praeterea si beata uita nullius est indigens, omnis beata uita perfecta est eademque est et beata et beatissima. Numquid dubitas, quin beata uita summum bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum bonum adiectionem non recipit, — quid enim supra summum erit? — ita ne beata quidem uita, quae sine summo bono non est. ||

fol. 97<sup>v</sup> Quod si aliquem magis beatum induxeris, induces et multo magis : innumerabilia discrimina summi boni facies, cum summum bonum intellegam, quod supra se gradum non<sup>15</sup> habet. Si est aliquis minus beatus quam aliis, sequitur, ut hic alterius uitam beatioris magis concupiscat quam suam : beatus autem nihil suae praefert. Vtrumlibet ex his incredibile est : aut aliquid beato restare, quod esse quam quod est malit, aut id illum non malle, quod illo melius est. Utique enim quo prudentior est, hoc magis se<sup>20</sup> ad id, quod est optimum, extendet et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiam nunc potest, immo qui debet? Dicam, quid sit, ex quo ueniat hic error : nesciunt beatam uitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo :<sup>25</sup> itaque in aequo est longa et breuis, diffusa et angustior, in multa loca multasque partes distributa et in unum coacta. Qui illam numero aestimat et mensura et partibus, id illi, quod habet eximum, eripit. Quid autem est in beata uita eximum? quod plena est. Finis, ut puto, edendi biben-<sup>30</sup>

---

<sup>1</sup> repperio *Q P V<sup>2</sup>* || <sup>3</sup> uitā *Q perperam* || <sup>4</sup> aut melius *in marg.*  
*add. ead. m. Q: an supervacaneum?* || <sup>5</sup> Pret- *Q* || <sup>7</sup> Nunquid *Q*  
 || <sup>11</sup> quidem uita *in marg. add. ead. m. Q* || <sup>17</sup> pref- *Q* || <sup>19</sup> illa  
*Q V P Par.b.*, illo <sup>5</sup> || <sup>24</sup> nescium *Q*

dique satietas est. Hic plus edit, ille minus : quid refert ? uterque iam satur est. Hic plus bibit, ille minus : quid refert ? uterque non sitit. Hic pluribus annis uixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum 5 fecerunt quam hunc pauci. Ille, quem tu minus beatum uocas, non est beatus: non potest hoc nomen inminui.

«Qui fortis est, sine timore est : qui sine timore est, 24  
sine tristitia est : qui sine tristitia est, beatus est.»

Nostrorum haec interrogatio est. Aduersus hanc sic 10 respondere conantur : falsam nos rem et controuersiam pro confessa uindicare, eum, qui fortis est, sine timore esse. «Quid ergo ? inquit, fortis inminentia mala non timebit ? istuc dementis alienatique, non fortis est. Ille uero, inquit, moderatissime timet, sed in totum extra me- 15 tum non est.» Qui hoc dicunt, rursus in idem reuoluuntur, 25 ut illis uirtutum loco sint minora uitia : nam qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed leuiore uexatur. «At enim dementem puto, qui mala inminentia non extimescit.» Verum est, quod dicis, si mala sunt : 20 sed si scit mala illa non esse et unam tantum turpitudinem malum iudicat, debebit secure pericula aspicere et aliis timenda contemnere. Aut si stulti et amentis est mala non timere, quo quis prudentior est, hoc timebit magis. «Vt 26 uobis, inquit, uidetur, praebebit se periculis fortis.» Mi- 25 nime : non timebit illa, sed uitabit : cautio illum decet, timor non decet. «Quid ergo ? inquit, mortem, uincula, || ignes, alia tela fortunae non timebit ?» Non : scit enim illa fol. 98<sup>r</sup> non esse mala, sed uideri; omnia ista humanae uitiae formi-

<sup>4</sup> tam Q pr., tam Q<sup>2</sup> || 6 hoc ante nomen add. Q non inepte ut videtur || 13 istuc sic Q P || 18 inmin- Q sicut supra, ubi imminentiam Hense<sup>3</sup> || 19 non om. Q || 22 contēpnere Q || 23 prudentio- rem Q pr., prudentior ē corr. m. rec. || 24 preb- Q || 26 uincula sic Q V P || 27 ignis Q | fortune Q | nonsicit Q || 28 s. humanae vanas v. f. coni. Io. Mueller: humanae vitae formidines inanes vel hu- manae inanes vitae form. Hense. Additamento opus non esse vide- tur: quamquam enim in ep. 76, 33 Seneca scribit uanas humanarum

- 27 dines putat. Describe captiuitatem, uerbera, catenas, egestatem et membrorum lacerationes uel per morbum uel per iniuriam et quicquid aliud adulteris: inter lymphatos metus numerat. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nobis nostra sponte uenient, 5
- 28 dum est? Quaeris quid sit malum? cedere his, quae mala uocantur, et illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt: perit libertas, nisi illa contemnimus, quae nobis iugum imponunt. Non dubitarent, quid conueniret forti uiro, si scirent, quid esset fortitudo. Non est enim 10 inconsulta temeritas nec periculorum amor nec formidabilium adpetitio: scientia est distinguendi, quid sit malum et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est et eadem patientissima eorum, quibus falsa species ma- 15 lorum est. « Quid ergo? si ferrum intentatur ceruicibus uiri fortis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si uiscera sua in sinu suo uidit, si ex interuallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur et per adsiccata uiscera recens demittitur sanguis: non timet? istum tu dices nec dolere? » Iste uero dolet, — sensum enim hominis nulla exuit uirtus, 20 — sed non timet: inuictus ex alto dolores suos spectat. Quaeris quis tunc animus illi sit? qui aegrum amicum adhortantibus.
- 30 « Quod malum est, nocet: quod nocet, deteriorem facit: dolor et paupertas, deteriorem [non faciunt: ergo 25 mala non sunt.] »

---

formidines mentium, *ad vim tamen verbi* formidines *ea quoque sententia pertinet, quae adiectivo uanas vel inanes continetur* || 1 uerbera *Q pr.* | catbenas *Q* | aegest- *Q* || 3 transtuleris *Q* | lymphatos *Q V P Par.b* (*limph- Par.b*), *lymphaticos vulgo edd. ante Hensium* || 5 s. uiuendūest *Q* || 6 qd<sup>r</sup> *Q*, quod *V* | his quae *Q* || 8 contēpn- *Q* || 9 imp- sic *Q* || 10 essent compend. *Q pr.* || 12 qd<sup>r</sup> *Q*, quod *V* et sic mor || 13 intuta telaui *Q*, in tutela ui *V P Par.b*, in t. sui ε || 17 interualla *Q pr.* || 18 uiscera *Q cum rell. codd.*: *vulnera coni. Gronovius* || 19 non/timet. *Q V*, non timet *P Par.b*, non timet? *Arg.b* et aliquot ε ei *edd. vett. fide Fickeri*: non timere *vulg.* | dicis *Q Arg.b* | dolore *Q pr.* || 22 scit *Q*

« Falsum est, inquit, quod proponitis: non enim, si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas et procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit. » Quidam e Stoicis ita aduersus hoc respondent: deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id, quod proposuit, efficere nec tenere cursum suum: deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri. Quibus Peripateticus « ergo, inquit, et sapientem deteriorem faciet paupertas, dolor et quicquid aliud tale fuerit: uirtutem enim illi non eripiet, sed opera eius impediet. » Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset gubernatoris condicio et sapientis. Huic enim propositum est in uita agenda non utique, quod temptat, efficere, sed omnia recte facere: gubernatori propositum est utique nauem in portum perducere. Artes ministrae sunt, praestare debent quod promittunt, sapientia domina rectrixque est: artes seruiunt uitiae, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico: nec artem gubernatoris deteriorem ulla tempestate fieri|| nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi fol. 98<sup>r</sup>

non felicitatem promisit, sed utilem operam et nauis regendae scientiam: haec eo magis appetet, quo illi magis aliqua fortuita uis obstitit. Qui hoc potuit dicere « Neptune, numquam hanc nauem nisi rectam [obrues]», arti satis fecit: tempestas non opus gubernatoris impedit,

---

i est Q V Par.b vulg., est ergo P || 3 nocet... facit Q V P (faciunt P) Par.b, nocent... faciunt vulg. || 4 stoici Q Par.b, vulgo edd. ante Hensium || 10 imp- sic Q || 11 conditio Q || 15 ministrae (e ex corr.) Q | prest- Q || 18 ne Q || 21 quod Q P Par.b et pr. V || 23 rectam obrues Q, rectam V P Par.b vulg., rectam videbis aliquot s. Vocem obrues, quam Q addit, iam Haasius suspicatus erat in p[ro]p[ter]a. p. XXVII, et verbo obruere utitur Seneca in Consol. ad Marc. 6,3 ubi idem fuctum his verbis significat at ille (scil. navigii rector) vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clavum tenentem et obnixum: cf. etiam [Aristid.] or. Rhod. II p. 75 Keil. Aposiopesin contra servandam putat coll. Teletis rel.<sup>2</sup> p. 62,2 (Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 638 s.) Hense, cui assentior, cum illa invocandi genere commendetur | artis sed s punct. Q

- 34 sed successum. « Quid ergo ? inquit, non nocet gubernatori ea res, quae illum tenere portum uetat, quae conatus eius irritos efficit, quae aut refert illum aut detinet et exar- mat ? » Non tamquam gubernatori, sed tamquam nauiganti nocet : alioqui gubernatoris artem adeo non impedit, 5 ut ostendat : tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt, non rectori eius, qua rector 35 est. Duas personas habet gubernator : alteram communem cum omnibus, qui eandem conscenderunt nauem, ipse quoque uestor est ; alteram propriam, gubernator est. 10 Tempestas tamquam uestori nocet, non tamquam gubernator. Deinde gubernatoris ars alienum bonum est : ad eos, 36 quos uehit, pertinet, quomodo medici ad eos, quos curat : commune bonum est et eorum, cum quibus uiuit, et proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse noceatur, cuius 15 37 ministerium aliis promissum tempestate impeditur : sapienti non nocetur a paupertate, non a dolore, non ab aliis tempestatibus uitae. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia ; ipse semper in actu est, in effectu tunc maximus, cum illi fortuna se 20 opposuit : tunc enim ipsius sapientiae negotium agit, 38 quam diximus et alienum bonum esse et suum. Praeterea ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum

---

3 irr- sic Q || 5 alioqui gubernatoris Q, alioqui vel alioquin gubernatoris vulg. : alioqui gubernator ille non est, gubernatoris suppl. Hense. At alioquin hic idem valeat atque ceterum, ceteroquin ut saepe apud Livium, Quintilianum, alios | imp- sic Q V || 6 s. gubernatorem (perferam pro gubernator ē) Q || 7 quia Q || 13 cu- rant Q || 14 est sapientis addidit Hense ante est et eorum: in- serit sapientia ante commune vulg. ex nonnullis 5. Additamentum supervacaneum videtur: hic enim Seneca distingui commune bo- num ab eo quod alienum est, tamquam dicat 'alienum gubernatoris ars bonum est, non commune; quia commune est et proprium eorum cum quibus quis vivit, et proprium ipsius (quis vel aliquis saepi- sime subauditur a Seneca)' || 15 noceat Q cum rell. codd. (scil. tem- pestas): noceatur corr. Schweighaeuser | cuius Q cum rell. codd.: cum eius Haase || 16 ab his Q Par.b, ab eo aliis corr. ex ab his q, aliis s | imp- sic Q || 17 a om. Q || 21 Tunc/eni Q V M, tunc P Par.b vulg. || 22 s. Pret- Q || 23 nec diis Q, plane ex nec aliis

aliquae necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere, quemadmodum tractanda res publica sit, at illud docet, quemadmodum sit tractanda paupertas: per totam uitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna, 5 nulla res actus sapientis excludit: id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad utrosque casus aptus est: bonorum rector est, malorum uictor. Sic, inquam, se exercit, ut uirtutem tam in secundis quam in aduersis exhiberet uicem materiam eius, sed ipsam intueretur. Itaque 10 nec paupertas illum nec dolor nec quicquid aliud imperitos auertit et praecipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? utitur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra; faciebat ex aere. Si marmor illi, si adhuc uiliorem materiam obtulisses, fecisset, || quale fol. 99<sup>r</sup> 15 ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens uirtutem, si licet, in diuitiis explicabit, si minus, in paupertate; si poterit, in patria, si minus, in exilio; si poterit, imperator, si minus, miles; si poterit, integer, si minus, debilis. Quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi 20 sunt domitores ferarum, qui saeuissima animalia et ad occursum expauescenda hominem pati subigunt nec asperitatem excussisse contenti usque in contubernium mitigant: leonibus magister manum insertat, osculatur tigrim suus custos, elephantum minimus Aethiops iubet subsidere 25 in genua et ambulare per funem: sic sapiens artifex est domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium ubique horrenda, cum ad hunc peruenere, mansueta sunt.  
VALE.

---

i aliquę Q | pmunt Q || 3 adillud Q || 6 aptatus Q V || 8 s. exhiberet Q || 11 p̄cip- Q || 12 malus Q || 13 et ex Rossbach || 18 debiles Q pr. || 20 seu- Q || 21 expauescentia (ex expaue- Q) Q V P Par.b: corr. Gertz | sub iugum Q V P Par.b: subigunt L. de Ian || 24 suus Q cum vell. codd.: seruus coni. Rossbach | minimus ex-mum ead. m. Q | eth- Q || 25 ambulare Q sed re supra vers. || 26 mala ex -lo ead. m. Q

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

Ep. LXXXVI. 1 In ipsa Scipionis Africani uilla iacens haec tibi scribo adoratis manibus eius et <sup>3</sup>ara, quam <sup>4</sup>sepulchrum esse tanti uiri suspicor. Animum quidem eius in caelum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit, — hos enim et Cambyses furiosus ac furore feliciter usus habuit, — sed ob egregiam moderationem pietatemque, quam magis in illo admirabilem iudico, cum reliquit patriam, quam cum defendit: aut Scipio Romae esse 2 debebat aut Roma <sup>5</sup>in libertate. « Nihil, inquit, uolo derogare legibus, nihil institutis. Aequum inter omnes ciues ius sit: utere sine me beneficio meo, patria. Causa tibi libertatis fui, ero et argumentum: exeo, si plus quam tibi expedit, 3 creui. » Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua in exilium uoluntarium secessit et ciuitatem exoneravit? Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat: itaque locum dedit legibus et se Liternum recepit tam suum exilium rei publicae imputaturus quam Hannibal. Vidi uillam extrectam lapide quadrato, murum circumdate <sup>20</sup> siluae, turres quoque in propugnaculum uillae utrimque subrectas, cisternam aedificiis ac uiridibus subditam, quae sufficere in usum uel exercitus posset, balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua: non ui- 4 debatur maioribus nostris caldum nisi obscurum. Magna ergo me uoluptas subiit contemplantem mores Scipionis ac nostros: in hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma 5

---

3 ara Q: pr., arcā ut videtur corr. m. rec. || 5 exercitos Q pr.  
 || 6 fur. ex fer. Q || 8 iudico Q V M, om. P Par.b || 9 esse  
 (compend. Q) Q V M, deesse P Par.b || 10 debeat Q | derogari Q  
 || 13 fuero Q P | quā/tibi Q cum V Par.b, tibi quam P || 15 quia Q  
 || 19 imput- sic Q P || 20 extrectā Q cum V, structam vulg.  
 || 22 edif. Q || 24 ex Q P Par.b, et V

debet, quod tantum semel capta est, abluebat corpus || fol. 99<sup>r</sup>, 27  
 laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se terram- fol. 101<sup>r</sup>, 7  
 que, ut mos fuit priscis, ipse subigebat. Sub hoc ille tecto  
 tam sordido stetit, hoc illum pavimentum tam uile susti- 6  
 5 nuit: at nunc quis est, qui sic lauari sustineat? Pauper  
 sibi uidetur ac sordidus, nisi paries magnis et pre-  
 tiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora  
 Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa  
 et in picturae modum uariata circumlitio praetexitur, nisi  
 10 uitro absconditur camera, nisi Thasius lapis, quondam  
 rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras  
 circundedit, in quas multa sudatione corpora exaniata  
 demittimus, nisi aquam argentea epitonia fuderunt. Et 7  
 adhuc plebeias fistulas loquor: quid, cum ad balnea li-  
 15 bertinorum peruenero? quantum statuarum, quantum  
 columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum  
 positarum impensa causa! quantum aquarum per gradus  
 cum fragore labentium! Eo deliciarum peruenimus, ut  
 nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis mi- 8  
 20 nimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo ex-  
 sectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent: at  
 nunc blattaria uocant balnea, si qua non ita aptata  
 sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipient,  
 nisi et lauantur simul et colorantur, nisi ex solio agros  
 25 ac maria prospiciunt. Itaque quae concursum et admiratio-  
 nem habuerant, cum dedicarentur, haec in antiquorum

*2 inde a verbis laboribus rusticis usque ad non nascitur itaque (ep. 87,25) totus hic locus in Q perperam transpositus est in ep. 88,4 post verba ad musicen (fol. 101<sup>r</sup>, 7 — fol. 104<sup>r</sup>, 22) || 6 s. ptiosis Q || 9 pretex- Q || 10 camara Q pr. V Par.b | thasius Q pr., thassius m. rec. || 11 aliqui Q pr., bus compend. super add. Q<sup>2</sup> || 12 exani- sic Q Par.b || 13 dim- Q Par.b | epitonia Q P V pr. recte || 14 circum sed cir punct. Q || 19 s. minimę Q || 20 fan- Q pr. | exsecte Q || 22 apta Q || 25 ac Q V P Par.b, et 5 || 26 dedica- rentur etin Q cum V (sed et exp. V) P Par.b Arg.b; et prave scriptum ex ec (= hec vel hęc) puto, ut in ep. 75,11, cum prae-*

numerum reiciuntur, cum aliquid noui luxuria commenta  
 9 est, quo ipsa se obrueret. At olim et pauca erant balnea  
 nec ullo cultu exornata : cur enim exornaretur res quadranta-  
 ria et in usum, non in oblectamentum reperta ? Non  
 suffundebatur aqua nec recens semper uelut ex calido 5  
 fol. 101<sup>v</sup> fonte currebat, nec referre credebant, || in quam perlucida  
 10 sordes deponerent. Sed, di boni, quam iuuat illa balinea  
 intrare obscura et gregali tectorio inducta, quae scires  
 Catonem tibi aedilem aut Fabium Maximum aut ex Cor-  
 neliis aliquem manu sua temperasse ? Nam hoc quoque 10  
 nobilissimi aediles fungebantur officio intrandi ea loca,  
 quae populum receptabant, exigendique munditias et  
 utilem ac salubrem temperaturam, non hanc, quae nuper  
 inuenta est similis incendio, adeo quidem, ut conuictum  
 in aliquo scelere seruum uiuum lauari oporteat. Nihil 15  
 mihi uidetur iam interesse, ardeat balineum an caleat.  
 11 Quantae nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem,  
 quod non in caldarium suum latis specularibus diem ad-  
 miserat, quod non in multa luce decoquebatur et exspec-  
 tabat, ut in balneo concoqueret ! O hominem calamito- 20  
 sum ! nesciit uiuere. Non saccata aqua lauabatur, sed  
 saepe turbida et, cum plueret uehementius, paene lutu-  
 lenta. Nec multum eius intererat, an sic lauaretur : ue-  
 niebat enim ut sudorem illic ablueret, non ut unguentum.  
 12 Quas nunc quorundam uoces futuras credis ? «Non inuideo 25  
     Scipioni : uere in exilio uixit, qui sic lauabatur. » Immo,

---

sertim haec habeant cod. Guelferbyt. (Gud. 10) et aliquot edd.: de-  
 dicarentur, devitantur (*vel declinantur*) et in *coni.* Hense, iam fa-  
 stidiuntur Buecheler, dedecora videntur Rossbach || 2 quod ipsa  
 Q P Par.b et pr. V || 3 exortata sed n supra t priorem punct. Q  
 || 7 balinea Q V sed i punct. Q, i erasa V || 8 sires Q || 16 bali-  
 neum nulla emendatione Q || 17 Quante Q | aliquis Q P Par.b  
 pr. V | damnant Q V P, damnat alii | scipionem Q sed i altera  
 supra vers. || 19 s. spectabat Q V P Par.b || 20 balneo Q V  
 || 21 nescit Q cum r Ell. codd.: corr. Goihfredus. An nescit ? || 22 pene  
 Q || 23 ac Q V P Par.b, an q

si scias, non cotidie lauabatur : nam, ut aiunt qui priscos mores urbis tradiderunt, brachia et crura cotidie abluebant, quae scilicet sordes opere collegerant, ceterum toti nundinis lauabantur. Hoc loco dicet *aliquis* : « aliquotiens li-  
 5 quet mihi inmundissimos fuisse ». Quid putas illos oluisse ? militiam, laborem, uirum. Postquam munda balnea in-  
 uenta sunt, spurciores sunt. Descripturus infamem et <sup>13</sup> nimiis notabilem deliciis Horatius Flaccus quid ait ? « pastillos Buccillus olet. » Dares nunc Buccillum : proinde  
 10 esset ac si hircum oleret, Gargonii loco esset, quem idem Horatius Buccillo opposuit. Parum est sumere unguentum, nisi bis die terque renouatur, ne euanescat in corpore. Quid,  
 15 quod hoc odore tamquam suo gloriantur ? Haec si tibi <sup>14</sup> nimium tristia uidebuntur, uillae inputabis, in qua dici ab Aegialo, diligentissimo patre familiae, — is enim nunc huius agri possessor est, — quamuis uetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alteri ponit : quod uidi illi arborum trimum et quadrum fastidienti fructus  
 20 *fructus* autumno deponere. Te quoque proteget illa, quae <sup>15</sup>

---

<sup>3</sup> toti *Q pr.*, totis *Q<sup>2</sup>* || <sup>4</sup> aliquoties *Q* sed lineolam add. *Q<sup>2</sup>*, ali-  
 quis *V corr.*, *q vulg.*, aliquotis vel aliquo *alii* : *aliquis*: 'olim *Hense*.  
*Malo supplere* *aliquis post* dicet, *retento ex Q* aliquotiens *ante quod*  
*similis vox facile excidit* : aliquotiens *autem pertinet ad* fuisse  
 || <sup>5</sup> inmundissimas (*corr. ex inund-*) *Q* || <sup>7</sup> spurciores *Q* || <sup>8</sup> nimis  
*Q V P Par.b* : nimiis *Lipsius*, nimiis *Rossbach* || <sup>9</sup> buccilos *Q pr.*  
*cum V, corr.* buccillus et supra scr. t rufillus *Q<sup>2</sup>* : cf. *Hor. serm. I 2, 27 et 4,92* || <sup>10</sup> hyrcum *Q* || <sup>12</sup> ne euanescat *Q Par.b et corr. V recte* || <sup>14</sup> tristitia *Q* | uille *Q* || <sup>15</sup> patrefamiliae sic *Q V Par.b*  
 (-ie *V Par.b*) | His *Q q* || <sup>18</sup> ponitur (tur compend.) *Q* | quid *ante*  
*quod supplei Rossbach* (cf. *Berl. philol. Wochenschr. 1914, p. 495*)  
 || <sup>19</sup> illud *Q V P Par.b*, illum *vulg.* | arborū *Q cum rell. codd.* :  
 arboretum *Lipsius* | non excidisse ante fastidiendi putat *Madvig*  
 || <sup>20</sup> autdeponere *Q*, aut d. *P Par.b et pr. V*, causa d. *V<sup>2</sup>*, autopno d.  
 (opno supra vers.) *q*, autumno d. *vulg.* : avide ponere *Madvig*, *Totum*  
*hunc locum a doctis viris varie temptatum ita restituere audeo* quod  
 uidi illi (scil. arbusto, arboreto) arborum trimum et quadrum  
 (gen. qual.) fastidienti (scil. antea) fructus autumno depo-  
 nere (scil. cum translatum esset). *Dativus autem relationis illi....*  
 fastidienti *ex liberiore Senecae consuetudine est* | protegit *Q*

«tarda uenit seris factura nepotibus umbram», ut ait Vergilius noster, qui non quid uerissime, sed quid decentissime diceretur aspexit nec agricolas docere uoluit, sed legentes 16 delectare. Nam, ut alia omnia transeam, hoc quod mihi fol. 102<sup>r</sup> hodie necesse fuit || deprehendere, adscribam: «uere fabis satio est: tunc te quoque, medica, putres | accipiunt sulci, et milio uenit annua cura. » An uno tempore ista ponenda sint et an utriusque uerna sit satio, hinc aestimes licet: Iunius mensis est, quo tibi scribo, iam procliuis in Iulium: 17 eodem die uidi fabam metentes, milium serentes. Ad 10 oliuetum reuertar, quod uidi duobus modis depositum: magnarum arborum trunco circumcisio ramis et ad unum redactis pedem cum rapo suo transtulit amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illae pependerant. Hoc fimo tinctum in scrobem demisit, deinde terram non 15 18 adgessit tantum, sed calcauit et pressit. Negat quicquam esse hac, ut ait, pisatione efficacius: uidelicet frigus excludit et uentum, minus praeterea mouetur et ob hoc nascentes radices prodire patitur ac solum adprendere, quas necesse est teneras adhuc et precario haerentes 20 leuis quoque reuellat agitatio. Rapum autem arboris, antequama obruat, radit: ex omni enim materia, quae nudata est, ut ait, radices exeunt nouae. Non plures autem super terram eminere debet truncus quam tres aut quatuor pedes: statim enim ab imo uestietur nec magna pars 25 eius quemadmodum in oliuetis ueteribus arida et retrorri-

---

<sup>2</sup> Quid nonquid, d prior punct. Q || 4 Non compend. (pro Nam) Q | mihi (compend.) hodie Q cum V Par.b, hodie mihi P || 6 satio; tum Verg. georg. I 215 || 7 Annuo Q cum V P Par.b, an uno ex Añuo q || 11 dispositum Q cum rell. codd.: corr. Gronovius || 14 ex ipso sed ex punct. Q | ille Q || 17 pisatione Q V, spissatione s || 19 prode/re Q || 20 ceteras Q Par.b, caeteras V P, teneras q (ut Erasmus<sup>3</sup>) et supra cereas m. recentior ut alii s | herentis Q || 21 reuelat Q V P Par.b | parum Q cum rell. codd.: corr. L. de Ian || 22 radix Q cum rell. codd.: corr. Pin-cianus || 24 aut supra vers. Q || 25 s. pars eius Q, pars rell. libb. mss. et edd.: pronomen ad sententiam optime quadrat

da erit. Alter ponendi modus hic fuit: ramos fortes nec <sup>19</sup>  
corticis duri, quales esse nouellarum arborum solent, eo-  
dem genere depositum. Hi paulo tardius surgunt, sed cum  
tamquam a planta processerint, nihil habent in se abhor-  
ridum aut triste. Illud etiamnunc uidi, uitem ex arbusto <sup>20</sup>  
suo annosam transferri; huius capillamenta quoque, si  
fieri potest, colligenda sunt, deinde liberalius sternenda  
uitis, ut etiam ex corpore radicescat. Et uidi non tantum  
mense Februario positas, sed etiam Martio exacto: te-  
nent et complexae sunt non suas ulmos. Omnes autem <sup>21</sup>  
istas arbores, quae, ut ita dicam, grandiscapiae sunt, ait  
aqua adiuuandas cisternina, quae si prodest, habemus  
pluuiam in nostra potestate. Plura te docere non cogito,  
ne quemadmodum Aegialus me sibi aduersarium parauit,  
<sup>25</sup> sic ego parem te mihi. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

**N**aufragium, antequam nauem ascenderem, feci: quo-  
modo acciderit, non adicio, ne et hoc putas inter Stoica  
paradoxa ponendum, quorum nullum esse falsum nec tam <sup>1 Ep. LXXXVII.</sup>  
<sup>20</sup> mirabile quam prima facie uidetur, cum uolueris, adpro-  
bablo, immo <sup>1</sup> etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, fol. 102<sup>v</sup>  
quam multa haberemus superuacua et quam facile iudi-  
cio possemus deponere, quae, si quando necessitas abstu-  
lit, non sentimus ablata. Cum paucissimis seruis, quos <sup>2</sup>

<sup>2</sup> corticis *ex* corticos Q || 4 adplanta Q P | abhorridū  
Q (ab *punct. m. rec.*) cum V P Par.b, *recepit Hense coll. Charis.*  
p. 57,5 K. abhorride: q *cum aliis* s aut horridum (horid- q)  
|| 5 triste Q | arbusto Q || 8 radicescat Q pr., item V || 9 iam Q V  
|| 10 complexe Q || 11 grandes capite Q, grandis capite cod. Urbino-  
Romanus 219, quae depravatio vulgatae grandiscapiae facilior fuit  
propter vocabuli novitatem | aut (*pro* ait) Q || 12 Quaesit Q  
|| 15 ual Q  
17 ascend- sic Q V || 18 aditione (*pro* adicio ne) Q

unum capere uehiculum potuit, sine ulla rebus, nisi quae  
corpo nostro continebantur, ego et Maximus meus bi-  
duum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet,  
ego in culcita: ex duabus paenulis altera stragulum, al-  
3 tera opertorum facta est. De prandio nihil detrahi po- 5  
tuit: paratum fuit non magis hora, nusquam sine cari-  
cis, numquam sine pugillaribus: illae, si panem habeo, pro  
pulmentario sunt, si non habeo, pro pane. Cotidie mihi  
annum nouum faciunt, quem ego faustum et felicem reddo  
bonis cogitationibus et animi magnitudine, qui numquam 10  
maior est, quam ubi aliena se posuit et fecit sibi pacem  
4 nihil timendo, fecit sibi diuitias nihil concupiscendo. Vehi-  
culum, in quod impositus sum, rusticum est; mulae uiuere  
se ambulando testantur; mulio excalceatus, non propter  
aestatem. Vix a me obtineo, ut hoc uehiculum uelim ui- 15  
deri meum: durat adhuc peruersa recti uercundia, et quo-  
tiens in aliquem comitatum lautiorem incidimus, inuitus  
erubesco, quod argumentum est ista, quae probo, quae  
laudo, nondum habere certam sedem et immobilem. Qui  
5 sordido uehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. Parum 20  
adhuc profeci: nondum audeo frugalitatem palam ferre;  
etiamnunc curo opiniones uiatorum. Contra totius gene-  
ris humani opiniones mittenda uox erat: « insanitis, erra-  
tis, stupetis ad superuacua, neminem aestimatis suo. Cum  
ad patrimonium uentum est, diligentissimi computato- 25  
res sic rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam

4 penulis Q alii || 5 s. potui/ Q || 6 Non magis ora Q cum P  
(hora P) Par.b, pr. V M, i. non longiore tempore quam hora est:  
coni. sine magiro Muretus, non magidis ora Hense | nusquam sine  
caricis Q V P Par.b vulg. || 7 Nūquā (ex Nusquā corr. Q') sine  
pugillaribus Q cum V P Par.b, nusquam s. p. alii. Intellecerim  
paratum fuit non magis hora: caricis enim constitut, quae ubique  
sunt, ut numquam ego sum sine pugillaribus | ille Q || 13 Mule Q  
|| 15 nolim Q P Par.b, pr. V, alii: ut ne — nolim Ed. Schwartz  
|| 16 mecum Q || 19 certā sed & (& supra scr. Q') immobilem Q,  
fidē supra sed scr. m. rec. || 20 p̄tioso Q || 21 profici Q pr. || 22 opion-  
sed o punct. Q || 23 insanitis ex -itas ead. m. Q

credituri estis aut beneficia, — nam haec quoque iam expensa fertis : — late possidet, sed multum debet ; habet domum for- 6 mosam, sed alienis nummis paratam ; familiam nemo cito speciosiorem producet, sed nominibus non respondet ; 5 si creditoribus soluerit, nihil illi supererit. Idem in reli- quis quoque facere debebitis et excutere quantum proprii quisque habeat. » Diuitem illum putas, quia aurea su- 7 pellex etiam in uia sequitur, quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus calendarii liber uoluitur, quia tantum 10 suburbani agri possidet, quantum inuidiose in desertis Apuliae possideret : cum omnia dixeris, pauper est. Quare ? quia debet. « Quantum ? » inquis. Omnia : nisi forte iudicas interesse, utrum aliquis ab homine an a fortuna mu- 15 tuum || sumpserit. Quid ad rem pertinent mulae saginatae 8 unius omnes coloris ? quid ista uehicula caelata ? « Instra- fol. 103<sup>r</sup>  
tos ostro alipedes pictisque tapetis, | aurea pectoribus de- missa monilia pendent, | tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum. » Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam. M. Cato Censorius, quem tam e re p. 9 20 fuit nasci quam Scipionem, — alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit, — cantherio uehebatur et hippoperis quidem impositis, ut secum u- 25 tillia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in uia diuitibus cursores et Numidas et multum ante se pulueris agentem ! Hic sine dubio cultior

---

1 ad Q V P, aut Par.b || 2 habet (pro debet). Habet Q || 3 in-  
alienis sed in exp. Q || 6 etexcutere Q cum V, et om. edd. : particula  
apte coniungit duo enuntiata, quorum posterius epexegesis est  
|| 7 quia sed a erasa Q | suppellex Q || 9 calendarii liber Q P Par.b  
|| 14 Cum (pro Quid) Q | saginate Q || 15 celata Q || 17 fuluum  
Q cum rell. codd. (u ante m in ras. V) : fulvom Hense | mundunt  
Q pr. || 19 mulum Q | Magister cato censorius/quae tam erepoeta  
fuit Q || 21 chanterio Q Par.b || 22 hypp. Q | imp- sic Q P  
|| 24 diuitibus Q cum rell. codd. : suspectum habuit Lipsius et secl.  
Haase et Hense, defendit Rossbach (cf. Berl. philol. Wochenschr.  
1914, p. 495 s.) cui assentior scripturam in uia diuitibus apte fa-  
cere | numudas Q pr. cum V pr. et P

comitatiorque quam M. Cato uideretur, hic, qui inter illos apparatus delicatos cum maxime dubitat, utrum se ad 10 gladium locet an ad cultrum. O quantum erat saeculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, quod super omnia haec est, Catonem uno caballo esse contentum et 5 ne toto quidem ! partem enim sarcinae ab utroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis praeferres unicum illum 11 equum ab ipso Catone defrictum ? Video non futurum finem in ista materia ullum, nisi quem ipse mihi fecero. 10 Hic itaque conticescam, quantum ad ista, quae sine dubio talia diuinavit futura, qualia nunc sunt, qui primus appellauit « impedimenta ». Nunc uolo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere ad uirtutem pertinentes, quam satisfacere uitiae beatae contendimus.

12 « Quod bonum est, bonos facit ; nam et in arte musica quod bonum est, facit musicum : fortuita bonum non faciunt : ergo non sunt bona. »

Aduersus hoc sic respondent Peripatetici, ut quod primum proponimus, falsum esse dicant. « Ab eo, inquiunt, 20 quod est bonum, non utique fiunt boni. In musica est aliquid bonum tamquam tibia aut chorda aut organum aliquod aptatum ad usus canendi : nihil tamen horum 13 facit musicum. » His respondebimus : « non intellegitis, quomodo posuerimus quod bonum est in musica. Non enim id dicimus, quod instruit musicum, sed quod facit : tu ad supellectilem artis, non ad artem uenis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique musicum fa-

1 comitatiorg; Q | magister cato Q || 2 apar- Q | delicatus Q  
 V P || 4 quod Q P Par.b. ex corr. V, et quod 5: quodq. coni. Hense  
 || 7 dependentes Q pr., -tē corr. m. rec. sed lineola postea trans-  
 fixa est || 8 pref. Q || 9 aeq. Q || 11 conticisc- Q pr., item V |  
 istā Q || 13 imp- sic Q P || 22 aliquod Q pr. | cor/da Q P || 24 His Q  
 ut coni. Koch, hic r Ell. libb. mss. et edd. || 25 musicae sed e  
 punct. Q: an musice? cf § 15 in grammaticae || 27 suppell- Q

ciet. » Etiamnunc facere *hoc uel* planius uolo. Bonum in <sup>14</sup>  
arte musica duobus modis dicitur, alterum, quo effectus  
musici adiuuatur, alterum, quo ars: ad effectum|| perti-  
5 nent instrumenta, tibiae et organa et chordae, ad artem  
ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis:  
uti forsitan non potest arte. Hoc non est aequa duplex  
in homine: idem enim est bonum et hominis et uitiae.

« Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo <sup>15</sup>  
potest, bonum non est: opes autem et lenoni et lanistae  
10 contingunt: ergo non sunt bona. »

« Falsum est, inquiunt, quod proponitis: nam et in gram-  
matice et in arte medendi aut gubernandi uidemus bona  
humillimis quibusque contingere. » Sed *istae* artes non <sup>16</sup>  
sunt magnitudinem animi professae, non consurgunt in  
15 altum nec fortuita fastidiunt: uirtus extollit hominem  
et super cara mortalibus conlocat: nec ea, quae bona,  
nec ea, quae mala uocantur, aut cupit nimis aut expau-  
scit. Chelidon, unus ex Cleopatrae mollibus, patrimonium  
grande possedit. Nuper Natalis tam improbae linguae  
20 quam inpurae, in cuius ore feminae purgabantur, et mul-  
torum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo?  
utrum illum pecunia inpurum effecit an ipse pecuniam  
inspurcauit? quae sic in quosdam homines quomodo  
denarius in cloacam cadit. Virtus super ista consistit, suo <sup>17</sup>  
25 aere censemur: nihil ex istis quolibet incurrentibus bonum

<sup>1</sup> hisme *Q* cum *P Par.b M<sup>3</sup>*, hiis me *q*, is me *V M<sup>1</sup>*: istuc *Hense*.  
Malo scribere hoc (his *ex prava compendii interpretatione ortum*  
*esse veri simile est*) *uel* || 2 altero *Q V et sic infra* || 3 musici  
*Q pr., -ce corr. m. rec.* | *affectū Q* || 4 cordae *Q* || 7 idem enī  
ē (*ē supra vers. ead. m.*) *Q cum V*, idem enim *aut* id est enim  
*aut* idem est *e. alii* || 9 laniste *Q* || 10 Ergo *Q sed r supra vers.*  
|| 11 *s. grammatica Q* || 12 artem *sed m exp. Q* | uidemus *Q Par.b*,  
uidebimus *alii* || 13 *istae om. Q* || 14 *ñ Q cum P et vulg.*, nec  
*V Par.b* || 16 sup. cara *Q cum V P Par.b*, super rara *q*, superio-  
rem *alii s* || 18 cleopatre *Q* || 19 impr- *sic Q* | lingue et mox in-  
pure *Q* || 20 *femine Q* || 22 in/purum *Q cum V Par.b*: purum  
*Muretus*

iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admiratione talium rerum: qui non est uir bonus, potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam mehercules quam cocus. Cui contingit habere rem non quamlibet, hunc non quemlibet dixeris: qualia 5  
 18 quisque habet, talis est. Fiscus tanti est, quantum habet: immo in accessionem eius uenit, quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit nisi quod pecuniae in eo conditae numerus efficit? Idem euenit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones illorum et appendices 10 sunt. Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse. Itaque indolentiam numquam<sup>2</sup> bonum dicam: habet illam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem et molestia uacare bonum dicam: quid est otiosius uerme? Quaeris, quae res sapientem faciat? quae deum. Des oportet illi diuinum aliquid, caeleste, magnificum: non in omnes bonum cadit nec quemlibet possesso-  
 19 20 rem patitur. Vide « et quid quaeque ferat regio et quid fol. 104<sup>r</sup> quaeque recuset: | hic segetes, | illic ueniuunt felicius uuae, | arborei fetus alibi, atque iniussa uirescunt | gramina. Nonne 20 uides, croceos ut Tmolus odores, | India mittit ebur, molles 21 sua tura Sabaei, | at Chalybes nudi ferrum? » Ista in regiones discripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alias aliquid ab alio peteret. 25 Summum illud bonum habet et ipsum suam sedem: non

<sup>2</sup> admiratione Q pr., admirationē Q<sup>2</sup> || 4 contingit Q cum veit. codd., contigit 5 || 5 inter non et quē libet dueae litterae erasae Q || 6 Fiscus Q sed s prior supra vers. || 8 p̄tium Q || 9 conditę Q || 14 illum Q pr. | quietem Q || 17 diuinū aliquid/ caeleste Q cum V, aliquid diuinum aliquid coeleste Par.b || 21 fatus Q pr. | Nonne Q sed ne supra vers. || 22 utimolos Q | mittit Q ut Verg. georg. I, 57, a super i alteram punct. scripsera ead. m. sed postea et a ei punctum sunt erasa, mittat alii codd. et recentiores edd. || 23 thura Q || 24 descripta Q V Par.b || 25 commertium Q | peteret ex pat- Q<sup>1</sup>

nascitur, ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus quaeris? animus: hic nisi purus ac sanctus est, deum non capit.

« Bonum ex malo non fit: diuitiae autem fiunt, — fiunt 22  
5 enim ex auaritia: — diuitiae ergo non sunt bonum. »

« Non est, inquit, uerum, bonum ex malo non nasci: ex sacrilegio enim et furto pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium et furtum, sed ideo, quia plura mala facit quam bona: dat enim lucrum, sed cum 10 metu, sollicitudine, tormentis et animi et corporis. » Quisquis 23  
hoc dicit, necesse est recipiat sacrilegium, sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentuosius potest? Quamquam sacrilegium, furtum, adulterium 15 inter bona haberi prorsus persuasimus. Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio gloriantur! nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc, quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte 24  
bonum est, etiam honestum erit et recte factum uocabi-  
tur, [nostra enim actio est.] quod nullius mortalium co-  
gitatio recipit. Ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicit iste, ob hoc unum sacrilegium malum

4 s. Diuitiae autem fiunt autem ex auaritia *Q unde levi mutatione conieci* diuitiae autem fiunt (*scil. ex malo*), fiunt enim (*particularum* autem et enim *permutat* *quam frequens fuerit, neminem fugit*) ex auaritia (cf. *Riv. di Filol. cl.*, *XLII* 1914, p. 31). Ceterum recte monet Hense *aptum sensum erui posse etiam e scriptura codicum V Par.b M* diuitiae fiunt autem ex auaritia priore fiunt non expuncto (cf. *Berl. philol. Wochenschr.* 1914 p. 608)  
|| 13 aliquid etiam coni. Hense *ex V ubi aliquit et dein quinque litt. rasae* | portentuosius sic *Q V Par.b Arg.b q* (portet- *q*)  
|| 14 quā *Q cum V Par.b q, quamquam Gruterus vulg.*: fortasse cogitari potest quam esse scriptum pro quoniam, quae particula cum sententia hoc modo cohaereat 'admiratio sit eorum qui, cum sacrilegium cet. inter bona numeraverint, eadem scelera qua bona qua mala putant' || 16 s. sacrilegia ex-gio *Q* || 20 Nostra (compend.) eni actio est *Q cum vulg.*: secundo cum Gemollio, qui (op. cit. p. 15) recte admonet ne correctione quidem per se facili honesta pro nostra contextum iuvari, quod tautologia inde oriatur || 22 si ut *Q et cod. Rehdigeranus II saec. XIV recte*, sic ut *rell.* | dicitis

est, quia multum mali adfert, si remiseris illi supplicia, si securitatem spoponderis, ex toto bonum erit. Atqui ma-  
 25 ximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si  
 illa ad carnificem aut carcerem differs: statim puniuntur,  
 fol. 104<sup>r</sup>, 22 cum facta sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque|| 5  
 fol. 99<sup>r</sup>, 27 ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea: ad semen  
 nata respondent, bona degenerare non possunt. Quemad-  
 modum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo  
 26 quidem bonum: nam idem est honestum et bonum. Qui-  
 dam ex nostris aduersus hoc sic respondent: « putemus || 10  
 fol. 99<sup>v</sup> pecuniam bonum esse undecumque sumptam: non ta-  
 men ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam si ex sacrilegio  
 sumitur. Hoc sic intellege. In eadem urna et aurum est  
 et uipera: si aurum ex urna sustuleris, non ideo sustu-  
 leris, quia illic et uipera est: non ideo, inquam, mihi urna 15  
 aurum dat, quia uiperam habet, sed aurum dat, cum et  
 uiperam habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit,  
 non quia turpe et sceleratum est sacrilegium, sed quia et  
 lucrum habet. Quemadmodum in illa urna uipera malum  
 est, non aurum, quod cum uipera iacet, sic in sacrilegio 20  
 27 malum est scelus, non lucrum. » A quibus *dissentio*: dis-  
 simillima enim utriusque rei condicio est. Illic aurum pos-  
 sum sine uipera tollere, hic lucrum sine sacrilegio facere

---

*Q V Par.b.* dicis 5: dicit iste *Hense*<sup>1</sup> *recte* || 1 s. si remise/ris —  
 spoponderis *Q V*, si stremis erit — spoponderit *Par.b unde* si re-  
 miserit — spoponderit *Hense*<sup>1</sup>, sed secunda persona apte facit: si  
 remiserit — spoponderitis aliquot 5 || 6 ex bono malum *Q Par.b*  
*alii* | *oleo Q pr.* || 9 bonom sed u *supra o alteram Q* || 14 s. su-  
 stuleris. non ideo sustuleris. quia *Q, v.* non ideo sustuleris *om.*  
*rell. libb. mss. et edd.*: *Quiriniani scriptura sententiam pleniorum*  
*efficit et cum verba* quia illic et uipera est (*quae Gemoll removenda*  
*putavera*) tum inquam *in contextum apte cadere ostendit* || 17 sa-  
 crilegio *Q* sed i *altera supra vers.* || 18 quia & *Q* sed & *supra vers.*  
*ead. m.* || 21 s. Aquib; dissimillima enī *Q* cum q et plerisque codd.,  
 a quibus dissentio dissim. enim *pauci* 5: atqui dissimillima [enī]  
*prop. Rossbach*, dissideo vel dissimulatur aliiquid coni. *Hense qui*  
*tamen* dissentio *probabilius putat recte* || 22 conditio *Q* || 23 hic  
*Q V M*, illic *alii*

non possum: lucrum istud non est adpositum sceleri, sed inmixtum.

« Quod dum consequi uolumus, in multa mala incidimus, id bonum non est: dum diuitias autem consequi uolumus, in multa mala incidimus: ergo diuitiae bonum non sunt. »

« Duas, inquit, significaciones habet propositio uestra, unam: dum diuitias consequi uolumus, in multa nos mala incidere. In multa autem mala incidimus et dum uirtutem consequi uolumus: aliquis dum nauigat studii causa, naufragium fecit, aliquis captus est. Altera significatio talis est: per quod in mala incidimus, bonum non est. Huic propositioni non erit consequens per diuitias nos aut per uoluptates in mala incidere: aut si per diuitias in multa mala incidimus, non tantum bonum non sunt diuitiae, sed malum sunt: uos autem illas dicitis tantum bonum non esse. Praeterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid usus: inter commoda illas numeratis. Atqui eadem ratione *ne* commodum quidem erunt: per illas enim multa nobis incommoda eueniunt. » His quidam hoc respondent: « erratis, qui incommoda diuitiis imputatis. Illae neminem laedunt. aut sua nocet cuique stultitia aut aliena nequicia, sic quemadmodum gladius neminem occidit: occidentis

1 istud *Q V M*, illud *Par.b* *alii* || 12 bonum *Q* primo cum *V Par.b*, sed in super addidit ead. m.: id bonum *q* et *alii* 5 || 13 propositioni n̄ *Q* recte || 15 bonū non sunt diuitiae *Q V M*, bonum diuitiae non sunt *Par.b* *q* *alii* || 16 illas (sed s add. supra vers.) dicitis tantū *Q*, *idem* verbōrum ordo in *V Par.b* *q*, tantum illas dicitis *vulgo* || 17 pret- *Q* || 18 atq; *Q* || 19 Commodum quidem *Q* cum *V Par.b* *alii*, incommodum quidem *q* et *alii* 5, ne commodum quidem *vulg.*, ne commoda quidem cod. Rehdiger. I teste Fickerto qui particulam in plerisque codd. excidisse propter similem syllabam in ratione et a nonnullis librariis ex arbitrio suppletam adnotat (I p 427) | multa mala sed mala punct. *Q*, plane interpolatum ex praeced. in multa mala incid. || 20 incommodo eueniunt *Q* || 21 qui incōmoda *Q* cum 5, qui commoda *V Par.b* imp- sic *Q* | Ille *Q* || 23 gladius neminem *Q q* cum vett. codd., gl. qui neminem *vulg.* | occidit occidentis *Q q vulg.*, occidit et occidentis 5 pauci

telum est. Non ideo diuitiae tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur. » Posidonius, ut ego existimo, melius, qui ait diuitias esse causam malorum, non quia ipsae faciunt aliquid, sed quia facturos irritant. Alia est enim causa efficiens, quae protinus necesse est noceat, alia praecedens.<sup>5</sup>

Hanc praecedentem causam diuitiae habent: inflant animal. <sup>100<sup>r</sup></sup> mos, superbiam pariunt, || inuidiam contrahunt et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet. Bona autem omnia carere culpa decet: pura sunt, non corrumput animos, non sollicitant; extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciam faciunt, diuitiae audaciam: quae bona sunt, magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa. « Isto modo, inquit, etiam malum sunt diuitiae, non tantum bonum <sup>15</sup> non sunt.» Essent malum, si ipsae nocerent, si, ut dixi, haberent efficientem causam: nunc praecedentem habent et quidem non irritantem tantum animos, sed adtrahentem. Speciem enim boni offundunt ueri similem ac plerisque credibilem. Habet uirtus quoque praecedentem causam, addit inuidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur. Sed nec ex se hanc causam habet nec ueri similem: contra enim ueri similius illa species hominum animis obicitur a uirtute, quae illos in amorem et admirationem uocet.<sup>20</sup>

<sup>25</sup> 35 Posidonius sic interrogandum ait: « quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem, non sunt bona: diuitiae autem et bona ualitudo et similia his

<sup>2</sup> Possid- *Q cum V* || <sup>4</sup> irrit- *sic Q* || <sup>5</sup> necesse nocet *Q*, nocet etiam *P Par.b* et *pr. V* | prec- *Q* || <sup>6</sup> pcedentē *Q* || <sup>11</sup> ti- more sed u *supra* i *ead. m. Q* || <sup>14</sup> falsae *Q V*, false *Par.b q* || <sup>16</sup> ipse *Q P Par.b* || <sup>17</sup> preced- *Q* || <sup>18</sup> irrit- *sic Q* || <sup>21</sup> ad inuidiā *Q cum plerisque codd.*, addinuidiam *P unde* addit inuidiam *conicio*: adducit inuidiam *Haase* || <sup>22</sup> necesse *Q V P Par.b*, nec ex se <sup>5</sup> || <sup>26</sup> Possid- *Q V* || <sup>27</sup> animo fidant *Q cum P Par.b* || <sup>28</sup> ualit- *sic Q Par.b*

nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. » Hanc interrogationem magis etiamnunc hoc modo intendit: « quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, adrogantiam creant, s mala sunt: a fortuitis autem *in haec impellimur*: ergo non sunt bona. »

« Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. » 36

Alia est commodorum condicio, alia bonorum: commodum est, quod plus usus habet quam molestiae: bonum 10 sincerum esse debet et ab omni parte innoxium. Non est id bonum, quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Praeterea commodum et ad animalia pertinet et ad imperfектos homines et ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum, sed commodum dicitur a maiore sui parte 15 aestimatuum: bonum ad unum sapientem pertinet; inuiolatum esse oportet.

Bonum animum habere: unus tibi nodus, sed Herculeus restat: « ex malis bonum non fit: ex multis paupertibus diuitiae fiunt: ergo diuitiae bonum non sunt. »

20 Hanc interrogationem nostri non agnoscent, Peripatetici et fingunt illam et soluunt. Ait autem Posidonius hoc sophisma, per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab Antipatro refelli: « paupertas non per possessionem 39 dicitur, sed per detractionem » uel, ut antiqui dixerunt, 25 orationem, Graeci κατὰ στέρησιν dicunt; non quod habeat dicit, || sed quod non habeat. « Itaque ex multis fol. 100v

<sup>1</sup> horunt *Q prave propter seq. faciunt* || 4 -*tia Q | adrog- sic Q*  
*| hereant (pro creant) Q || 5 haec (om. in) Q | imp- sic Q*  
*|| 8 conditio Q || 12 pret- Q || 15 aestimantū Q || 17 habere Q V P*  
*Par.b, habe 'velut lecio' Pinciani et vulg.: illud receperat Hense<sup>2</sup>*  
*Baehrensiū secutus, sed in Add. et Corrig. p. 633 habe denuo*  
*praeferre videtur coll. ep. 108,2. Infinitivus pro imperativo ex*  
*Graecorum consuetudine popularē in cohortando locutionem exhibet*  
*| se herculaneus Q || 21 possid- Q || 22 scolas Q || 23 possionē*  
*Q pr. cum Par.b et pr. M, posessionē Q<sup>3</sup>, positionem Erasmus<sup>4</sup>*  
*|| 24 dixer Q cum vett. codd. et q, dixerunt per s vulg. || 25 kata*  
*si- pro kata st- graecis litteris Q || 26 dicit Q V P Par.b q alii,*

inanibus nihil impleri potest: diuitias multae res faciunt, non multae inopiae. Aliter, inquit, quam debes, paupertatem intellegis. Paupertas enim est non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet: ita non ab eo dicitur, quod 40 habet, sed ab eo, quod ei deest. » Facilius, quod uolo, ex-  
 primerem, si Latinum uerbum esset, quo ἀνυπαράξια signi-  
 ficaretur. Hanc paupertati Antipater adsignat: ego non  
 video, quid aliud sit paupertas quam parui possessio. De  
 isto uidebimus, si quando ualde uacabit, quae sit diuitia-  
 rum, quae paupertatis substantia: sed tunc quoque con-  
 siderabimus, numquid satius sit paupertatem permulcere,  
 diutiis demere supercilium quam litigare de uerbis, quasi  
 41 iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad contionem  
 uocatos: lex de abolendis diutiis fertur. His interrogatio-  
 nibus suasuri aut dissuasuri sumus? his effecturi, ut po-  
 pulus Romanus paupertatem, fundamentum et causam  
 imperii sui, requirat ac laudet, diuitias autem suas ti-  
 meat, ut cogitet has se apud uictos repperisse, hinc am-  
 bitum et largitiones et tumultus in urbem sanctissimam  
 temperantissimam inrupisse, nimis luxuriose ostentari gen-  
 tium spolia, quod unus populus eripuerit omnibus, fa-  
 cilius ab omnibus uni eripi posse? Hanc satius est suadere  
 20

---

dicitur *vulg.*: illud praefero cum Hensio, subaudio tamen Antipater, non paupertas. Idem doctus vir dubitat num v. non quod — non habeat genuina sint, cum infra sententia alius verbis iteretur. Sed inferiore loco Antipatri verba afferuntur, hic Seneca explicatio-  
 nem quandam praecedentis v. detractionem addit, si recte video  
 || 1 impl. sic Q P | multe Q || 4 non ab Q sed ab supra vers.  
 || 6 annityarxia graecis litteris Q | significaretur Q ut scr. Haase  
 et legitur iam in ed. Veneta a. 1492, f. XXXVI<sup>r</sup>, significatur  
 rell. mss. ut videtus, et *vulg.*: consiunctivus sententiam concinniores  
 efficit || 10 tunc hoc quoque Haase || 17 laudes Q V P Par.b.  
 laudet s || 18 uictores Q P, pr. V, q || 20 temperatissimā Q cum  
 pr. V q | luxor- Q || 21 eripuerit Q sed er supra vers. ead. m.,  
 eripuit aliquot s et edd. Rom. a. 1475 et Ven. a. 1492 || 22 omni Q  
 | Hanc Q cum P, pr. V M, q, haec Par.b *vulg.*, hac vel hinc  
 vel hoc s: hanc (scil. legem de abolendis diu.) probant Buecheler  
 et Hense, quibus assentior | re add. Hense post suadere. Supple-  
 mento opus esse negat Rosshach cui assentior: profecto enim suadere  
 et expugnare adfectus idem est atque suadere expugnando adfectus

et expugnare affectus, non circumscribere. Si possumus,  
fortius loquamur: si minus, apertius. VALE.

## SENECA LVCILIO SVO SALVTEM.

De liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras: <sup>1</sup> Ep. LXXXVIII.  
 5 nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad aes  
exit. Meritoria artifia sunt, hactenus utilia, si praeparant  
ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis inmorandum  
est, quamdui nihil animus agere maius potest: rudimenta  
sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sint, <sup>2</sup>  
 10 uides: quia homine libero digna sunt. Ceterum unum stu-  
dium uere liberale est, quod liberum facit: hoc est sa-  
pientiae, sublime, forte, magnanimum. Cetera pusilla et  
puerilia sunt: an tu quicquam in istis esse credis boni,  
quorum professores turpissimos omnium ac flagitosissimos  
 15 cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam  
illud de liberalibus studiis quaerendum iudicauerunt, an  
uirum bonum || facerent: ne promittunt quidem nec huius fol. 10r  
rei scientiam affectant. Grammaticus circa curam sermo- <sup>3</sup>  
nis uersatur et, si latius euagari uult, circa historias, iam  
 20 ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid  
horum ad uirtutem uiam sternit? syllabarum enarratio et  
uerborum diligentia et fabularum memoria et uersuum  
lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem  
eximit, libidinem frenat? Ad geometriam transeamus <sup>4</sup>  
 25 ad musicen: || nihil apud illas inuenies, quod uetet timere, fol. 10r, 7  
fol. 104r, 23

---

<sup>1</sup> possimus *Q* et cod. *Guelferbyt.* 23,32 (*w Fickeri*)  
 5 suscipio, alt. ci punct. *Q* | ad eas exit *Q* perperam || 6 acte-  
 nus *Q* | p̄parant *Q* et m. rec. *V* cum vulg., praeparent *V* pr. *P*  
*Par.b* (prep- *Par.b*) praetulit Hense<sup>2</sup> || 11 s. hoc est sapientia su-  
 blimem fortē magnanimum *Q* || 16 quar. *Q* pr. || 18 aff- sic *Q* ||  
 20 proferet sed a supra e alteram punct. *Q* || 21 ennarr- sed n prior  
 punct. *Q* || 24 ss. verba Ad geometriam — uetet cupere uncis in-  
 clusit Haase, et haec et seqq. quisquis — scit expungenda putat

uetet cupere. Quae quisquis ignorat, alia frustra scit.  
*Videndum*, utrum doceant isti uirtutem an non: si non  
 docent, ne tradunt quidem; si docent, philosophi sunt.  
 Vis scire, quam non ad docendam uirtutem conserderint?  
 aspice, quam dissimilia inter se omnium studia sint: atqui 5  
 5 similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum  
 philosophum fuisse persuadent, cum his ipsis, quibus col-  
 ligunt, negent: nam modo Stoicum illum faciunt, uirtutem  
 solam probantem et uoluptates refugientem et ab honesto  
 fol. 104<sup>v</sup> ne inmortalitatis quidem pretio recedentem, || modo Epi- 10  
 cureum, laudantem statum quietae ciuitatis et inter con-  
 uiuia cantusque uitam exigentis, modo Peripateticum,  
 tria bonorum genera inducentem, modo Academicum, om-  
 nia incerta dicentem. Apparet nihil horum esse in illo,  
 quia omnia sunt: ista enim inter se dissident. Demus illis 15  
 Homerum philosophum fuisse: nempe sapiens factus est,  
 antequam carmina ulla cognosceret: ergo illa discamus,  
 6 quae Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quae-  
 rere, uter maior aetate fuerit, Homerus an Hesiodus, non  
 magis ad rem pertinet quam scire, cum minor Hecuba 20  
 fuerit quam Helena, quare tam male tulerit aetatem.  
 Quid? inquam, annos Patrocli et Achillis inquirere ad

---

*Hense Bartschio et Hilgenfeldio assentiens et hoc ipso emblemate expulsum esse suspicatur genuini aliquid ante utrum, ubi vulg. scr. videndum ex nonnullis 5. Hoc supplementum ego quoque recipio, retentis superioribus verbis, quae cur tollantur nullam video causam; nam aptissime cohaerent et cum eis quae praecedunt et cum eis quae secuntur. Ante quisquis scribo quae (scil. sternentia ad virtutem viam, metum dementia, cupiditatem eximentia) ex Q et duobus 5: quae quisquis aut quisquis haec strum edd. ante Hensium, quae si quis P Hauck || 3 phyl- Q et sic infra || 5 aspice sed s prior punct. Q || 7 s. colligent Q || 11 quiete Q || 13 tria om. Q P Par. b q | achad- Q || 14 App- sic Q cum V || 15 qui Q, quia vulg.: cui omnia sunt (vel insunt) s || 16 phyl- Q || 20 cum Q pr., cum exp. et an supra scr. m. rec., an etiam pauci 5 (an sed supra at cum q) et edd. ante Fickertum: num m. H. f. q. Helena. Quare tam male uti vis aetate? comi. Gemoll. At emendatione opus non est: hic Seneca quaestionem iocose attingit, cur Hecuba, cum minor fuerit quam Helena, tam proiecta aetate apparuerit | haecuba Q V*

rem existimas pertinere? Quaeris, Vlixes ubi errauerit, 7  
 potius quam efficias, ne nos semper erremus? Non uacat  
 audire, utrum inter Italiam et Siciliam iactatus sit an  
 extra notum nobis orbem, — neque enim potuit in tam  
 5 angusto error esse tam longus: — tempestates nos animi  
 cotidie iactant et nequitia in omnia Vlixis mala impellit.  
 Non deest forma, quae sollicitet oculos; non hostis; hinc  
 monstra efferat humano crux gaudentia, hinc insidiosa  
 blandimenta aurium, hinc naufragia et tot uarietates  
 10 malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quo-  
 modo uxorem, quomodo patrem, quomodo ad haec tam  
 honesta uel naufragus nauigem. Quid inquiris, an Pe- 8  
 nelopa inpudica fuerit, an uerba saeculo suo dederit?  
 an Vlixem illum esse, quem uidebat, antequam sciret,  
 15 suspicata sit? Doce me, quid sit pudicitia et quantum  
 in ea bonum, in corpore an in animo posita sit. Ad mu- 9  
 sicum transeo: doces me, quomodo inter se acutae ac  
 graues consonent, quomodo neruorum disparem reddent-  
 tium sonum fiat concordia: fac potius, quomodo animus  
 20 secum meus consonet nec consilia mea discrepent. Mon-  
 stras mihi, qui sint modi flebiles: monstra potius, quo-  
 modo inter aduersa non emittam flebilem uocem. Metiri me 10  
 geometres docet latifundia potius quam doceat, quomodo  
 metiar, quantum homini satis sit: numerare docet me et  
 25 auaritiae commodat digitos potius quam doceat nihil ad

3 siliciam *Q* || 6 nequitiae sed e punct. *Q* | impellitur *Q pr.*, impellūt  
 corr. *m. rec.* || 12 naufragius sed i punct. *Q* | enatem pro nauigem  
*coni.* *Madvig* sed, ut *Hense* adnotat p. 364,26, ‘obtundit acumen’  
 || 13 inpudica *Q* *V P Par.b q* (*imp- q*), pudica duo 5 *Hense*. *Pene-*  
*lopae pudicitiam testatur Homerus: de impudicitia tantum quaestio*  
*esse poterat. Quod si sententiae inter se contrariae fuissent, utrum —*  
*an exspectabas* || 17 s. acute acgraues (*s supra vers.*) *Q*, uoces om.  
*etiam V P Par.b Arg.b q* (*s. uoces supra scr. q<sup>1</sup>*) alii plerique,  
*add. vulg.* || 19 fac *Q* cum rell. codd.: doce vel potius dic *Gemoll.*  
*Malo subaudire sciām* || 20 s. monstras *Q* sed tras *supra vers.*  
 || 23 docet... doceat *Q pr.*, docēt... doceat *m. rec. perperam* || 24 me-  
 docet *Q* || 25 auaritiae sed a prima et tertia punct. *Q* | quomodat *Q*

rem pertinere istas computationes, non esse feliciorem,  
 cuius partimonium tabularios lassat, immo quam super-  
 uacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quan-  
 tum habeat per se computare cogetur. Quid mihi || pro-  
 fol. 105<sup>r</sup> dest scire agellum in partes diuidere, si nescio cum fratre 5  
 diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri  
 et comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si  
 tristem me facit uicinus inpotens et aliquid ex meo abra-  
 dens? Docet quomodo nihil perdam ex finibus meis: at  
 12 ego discere uolo, quomodo totos hilaris amittam. « Paterno 10  
 agro et aucto, inquit, expellor. » Quid? ante auum tuum  
 quis istum agrum tenuit? cuius, non dico hominis, sed  
 populi fuerit, potes expedire? Non dominus isto, sed col-  
 onus intrasti. Cuius colonus es? si bene tecum agitur, he-  
 redis. Negant iurisconsulti quicquam usu capi publicum: 15  
 hoc, quod tenes, quod tuum dicis, publicum est et  
 13 quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda  
 metiri, in quadratum redigis quamcumque acceperis for-  
 mam, interualla siderum dicis, nihil est, quod in mensuram  
 tuam non cadat: si artifex es, metire hominis animum, dic 20  
 quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis, quae recta  
 sit linea: quid tibi prodest, si, quid in uita rectum sit,  
 14 ignoras? Venio nunc ad illum, qui caelestium notitia glo-  
 riatur: « frigida Saturni sese quo stella receptet, | quos ignis

---

<sup>1</sup> comp- sic *Q* hic et mox || <sup>2</sup> tabularius *Q V P Par.b*  
 || <sup>7</sup> comp̄hendere sic *Q Par.b* (compre- *Par.b*) | decimum pedem *Q*  
 || <sup>8</sup> inpotens *Q pr.* sed in postea eras., potens pauci 5 ed. *Ven.*  
*a.* 1492 f. *XXXVII* || <sup>10</sup> discere *Q V Par.b q.* doceri aliquot 5  
 || <sup>11</sup> inquid *Q* | Num quid *Q* || <sup>13</sup> potes expedire? *Q*, quem  
 verborum ordinem vulgato expedire potes *praefero*, cum ad emphasi-  
 sin conferat || <sup>15-17</sup> usu capi publicum. hocqđ tenes. qđ tuū dicis  
 publicum est./etquidem generis humani *Q cum codd. Vatic.-Rom.*  
 2205 et 2208, *Palat. - Rom.* 1542 et *Ottobon. - Rom.* 1579: verba  
 publicum — dicis om. *V P Par.b q alii.* At haec, quae senten-  
 tiā apie complent, adhuc varie edita ex 5 et ab *Hensio* invito  
 admissa (cf. *Hensii proecdosis praeſ. p. XXIII*) *Quirinianus* nunc  
 confirmat || <sup>18</sup> metyri *Q* | accip- *Q* et *V pr.* || <sup>24</sup> saturnis *Q*  
 | sesequo ex seseoco *Q<sup>1</sup>* | Quos *Q* sed s ex corr.

caeli Cyllenius erret in orbes. » Hoc scire quid proderit? ut  
 sollicitus sim, cum Saturnus et Mars ex contrario stabunt  
 aut cum Mercurius uesternum faciet occasum uidente Sa-  
 turno, potius quam hoc discam, ubicumque sunt ista, pro-  
 pitia esse nec posse mutari? Agit illa continuus ordo 15  
 fatorum et ineuitabilis cursus: per statas uices remeant et  
 effectus rerum omnium aut mouent aut notant. Sed siue  
 quicquid euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia profi-  
 ciet? siue significant, quid refert prouidere quod effugere  
 non possis? Scias ista, nescias: fient. « Si uero solem ad ra- 16  
 pidum stellasque sequentes | ordine respicies, numquam  
 te crastina fallet | hora nec insidiis noctis capiere serenae. »  
 Satis abundeque prouisum est, ut ab insidiis tutus essem.  
 « Numquid me crastina non fallit hora? fallit enim quod 17  
 nescienti euenit. » Ego quid futurum sit, nescio: quid fieri  
 possit, scio. Ex hoc nihil desperabo, totum exspecto: si quid  
 remittitur, boni consulo. Fallit me hora, si parcit, sed ne *sic*  
 quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere  
 posse, sic scio et non utique casura: utique secunda exspec-  
 to, malis paratus sum. In illo feras me necesse est non per 18  
 praescriptum euntem: non enim adducor, ut in numerum  
 liberalium artium pictores recipiam, non magis quam sta-  
 tuarios aut marmorarios || aut ceteros luxuriae ministros. fol. 105v  
 Aeque luctatores et totam oleo ac luto constantem scien-  
 tiam expello ex his studiis liberalibus: aut et unguentarios  
 recipiam et cocos et ceteros uoluptatibus nostris ingenia

---

1 erret *Q* ex corr. | quod *Q* || 4 s. propicia *Q* || 5 nec *Q* *P Par.b.*,  
 non *V M* || 6 prestatas (*pro per statas*) *Q* || 9 quid ex quod *Q*:  
 | puidere *Q* || 10 fiant *Q* || 11 lunasque *Verg. georg. I* 424 || 12 fal-  
 lat *Q* | neque *Verg. ibid.* 426 | serenae *Q V* *cum vulg.*, serante  
*P Par.b.*, serenae. sed ante *nonnulli* 5 || 16 desperabo *Q cum rell.*  
*codd.*: detraho *coni.* Bonnet, deprecor *Maeby*, illud *Hense defendit*  
*recte* | exsp- *sic Q*, item *infra* || 17 premittitur *Q* | nequidem  
 (om. *sic*) *Q* || 20 in illo *Q cum plerisque codd.* (*scil.* in hoc, in  
 hac re *ex argenteae latinitatis usu*) || 21 prescr- *Q* || 23 luxoriae *Q*  
 || 25 & unguentarios *Q* sed & *supra* vers. || 26 ce/teris *Q cum V*  
 (*caet-* *V*) *P Par.b.*, ceteros *q et alii* 5 | uoluptati *Q pr.*

19 accommodantes sua. Quid enim, oro te, liberale habent isti  
ieiuni uomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie  
et ueterno sunt? An liberale studium istuc esse iuentuti  
nostrae credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt  
hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma trac-  
tare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset ia-  
centibus. Sed nec hae nec illae docent aluntue uirtutem: quid  
enim prodest equum regere et cursum eius freno temperare,  
adfectibus effrenatissimis abstrahi? quid prodest multos  
20 uincere luctatione uel caestu, ab iracundia uinci? «Quid 10  
ergo? nihil nobis liberalia conferunt studia?» Ad alia  
multum, ad uirtutem nihil: nam et hae uiles ex professo  
artes, quae manu constant, ad instrumenta uitiae plurimum  
conferunt, tamen ad uirtutem non pertinent. «Quare ergo  
liberalibus studiis filios erudimus?» Non quia uirtutem 15  
dare possunt, sed quia animum ad accipiendam uirtutem  
praeparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui uocabant,  
litteratura, per quam pueris elementa traduntur, non do-  
cet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat, sic  
liberales artes non perducunt animum ad uirtutem, sed 20  
expedient. Quattuor ait esse artium Posidonius genera:  
sunt uulgares et sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles,  
sunt liberales. Vulgares opificum, quae manu constant et  
ad instruendam uitam occupatae sunt, in quibus nul-  
la decoris, nulla honesti simulatio est. Ludicrae sunt, 25  
quaes ad uoluptatem oculorum atque aurium tendunt.  
His adnumeres licet machinatores, qui pegmata per se

---

1 accommodantes *Q* *rell.*: commodantes *Mureto tribuit Gruterus,*  
*praeferit etiam Koch* || 2 iejunii i *extr. punct.* *Q* | maciae sed  
a altera *punct.* *Q* || 5 ast- *Q* | sedem *Q* *pr.* | acq- *Q* et sic  
*infra* || 7 hae *Q* *V Parb.* *pr. P* (*scil. artes*): haec - illa *alii*  
| ille docent *Q* | alunt ne *Q* *pr.* || 9 adfect- (*f prior. punct.*) ex  
adfect- *Q* | abstr- *Q* sed s *supra vers.* || 10 cestu *Q* *P* || 11 Nihil  
*supra vers.* add. *Q* || 17 ppar- *Q* || 18 s. docet *Q* *recte* || 21 possid- *Q*  
|| 22 sordide *Q* *pr.* | ludicra ex ludicare radendo *Q* | pueriles *Q*  
sed ri *supra vers.* || 23 Vulg- sic *Q* cum *V* || 24 occupate *Q* ||  
27 quia sed a *erasa* *Q* | pecmata *Q*

surgentia excogitant et tabulata tacite in sublime crescentia et alias ex inopinato uarietates aut dehiscentibus, quae cohaerebant, aut his, quae distabant, sua sponte coeuntibus aut his, quae eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum feriuntur oculi omnia subita, quia causas non nouere, mirantium. Pueriles sunt et aliquid habentes liberalibus simile hae artes, quas ἔγκυροις Graeci, nostri autem liberales uocant. Solae autem liberales sunt, immo, ut dicam uerius, liberae, quibus curae uirtus est. «Quemadmodum, inquit, est aliqua pars philosophiae naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic et haec quoque liberalium artium turba locum sibi in philosophia vindicat. || Cum uentum est ad natu- fol. 106<sup>r</sup> rales quaestiones, geometriae testimonio statur: ergo eius, quam adiuuat, pars est. » Multa adiuuant nos nec ideo partes nostri sunt: immo si partes essent, non adiuuarent. Cibus adiutorium corporis nec tamen pars est. Aliquod nobis praestat geometria ministerium: sic philosophiae necessaria est, quomodo ipsi faber, sed nec hic geometriae pars est nec illa philosophiae. Praeterea utraque fines suos habet: sapiens enim causas naturalium et quaerit et nouit, quorum numeros mensurasque geometres persequitur et supputat. Qua ratione constant caelestia, quae illis sit uis quaeue natura, sapiens scit: cursus et recursus et quasdam obuersationes, per quas descendunt et adle-

2 s. dehiscentibusq; Q || 3 coher- Q || 7 similes (*ex simel-* Q) Q P  
*Par.b* | hac Q || 8 enki/kaious graecis litteris Q | autem compend.  
*Q V*, his *vel* has *alii*, *om. vulg.* || 9 libere Q || 11 phyl- Q et sic  
*infra* || 13 Cumuentum *ex Cumicumtum ead. m. Q* || 14 quest- Q |  
 Ergo eius quā Q cum V<sup>1</sup> O (*scil. philosophiae naturalis*) ||  
 16 nostrae compend. Q cum V P vulg.: corr. Madvig || 17 s. Ali-  
 quod/nobis prestat geometria ministerium Q, item cod. Guelfer-  
 byt. 23, 32 (w Fickeri), aliquod etiam Par.b: praefero vulgatae  
 aliquid n. pr. geometriae m., quia sermonis concinnitas adiuuatur ||  
 18 phylosophiq Q et sic *infra* || 19 ipse Q V P Par.b || 20 Pret- Q ||  
 22 geometres Q pr., geomet̄ corr. m. rec. || 23 supp- sic Q V ||  
 24 quaeue Q sed ue supra vers. || 25 et om. ante quasdam Q |  
 obseruationes Q cum rell. codd.: obuersationes Bonnet quem sequor

uantur ac speciem interdum stantium praebent, cum caelestibus stare non liceat, colligit mathematicus. Quae causa  
 27 in speculo imagines exprimat, sciet sapiens: illud tibi geometres potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine et qualis *forma* speculi quales imagines reddat. 5  
 Magnum esse solem philosophus probabit: quantus sit, mathematicus, qui usu quodam et exercitatione procedit: sed ut procedat, impetranda illi quaedam principia sunt.  
 Non est autem ars sui iuris, cui precarium fundamentum  
 28 est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo ex- 10  
 citat: mathematice, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno aedificat: accipit prima, quorum beneficio ad ulte-  
 riora perueniat. Si per se iret ad uerum, si totius mundi  
 naturam posset comprehendere, dicerem multum conlaturam  
 mentibus nostris, quae tractatu caelestium crescunt tra- 15  
 huntque aliquid ex alto. Vna re consummatur animus,  
 scientia bonorum ac malorum immutabili: nihil autem  
 29 ulla ars alia de bonis ac malis quaerit. Singulas lubet  
 circumire uirtutes. Fortitudo contemptrix timendorum  
 est; terribilia et sub iugum libertatem nostram mittentia 20  
 despicit, prouocat, frangit: numquid ergo hanc libera-  
 lia studia corroborant? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur,  
 nullo corrumpitur praemio: «ure, inquit, caede, occide:  
 non prodam, sed quo magis secreta quaeret dolor, *hoc* 25  
 illa altius condam»: numquid liberalia studia hos ani-

---

1 Acspicie *Q* *pr.*, c *prior* et i *posterior* *punct.* *m.* *rec.* *peius* |  
 interdum instantium *Q* cum *V* et fere *Par.b* | p̄bent *Q* || 2 mathe-  
 maticus *Q* || 5 qualis formam speculi *Q* *pr.*, quales formas  
 speculū, corr. *m.* *rec.* || 6 phylosophus *ex -phas* *Q* || 7 mathe-  
 maticus *Q* || 11 mathematica *ex -ce* *Q* || 14 compr-  
 sic *Q* || 15 tractatu *ex -ta* *Q* || trahuntq; *Q* sed h et t altera supra  
 vers. || 16 alio *Q* *V P*: corr. Gruterus || 17 post immutabili vulgata  
 addit *ex* s quae soli philosophiae competit quod supplementum non  
 bonum recte putat Buecheler: om. *Q V P Par.b Arg.b* || 18 habet *Q V*  
*P Par.b q*, al habeo supra scr. q ut coni. Lipsius: lubet Muretus  
 || 20 mittentiā *Q* || 21 disp- *Q* || 24 premio *Q* | cede *Q* | 25 hoc om. *Q*

mos facere possunt? Temperantia uoluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias dispensat et ad sanum modum redigit nec umquam ad illas propter ipsas uenit: scit optimum esse modum cupitorum non quantum uelis,  
 s sed quantum debeas sumere. Humanitas uetat superbum  
 esse || aduersus socios, uetat auarum: uerbis, rebus, adfec-  
 tibus communem se facilemque omnibus praestat: nullum  
 alienum malum putat, bonum autem suum ideo maxime,  
 quod alicui bono futurum est, amat. Numquid liberalia  
 studia hos mores praecipiunt? non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam, non magis quam clementiam, quae alieno sanguini tamquam suo parcit et  
 scit homini non esse hornine prodige utendum. «Cum di-  
 31  
 15 catis, inquit, sine liberalibus studiis ad uirtutem non perueniri, quemadmodum negatis illa nihil conferre uirtuti?» Quia nec sine cibo ad uirtutem peruenitur, cibus tamen ad uirtutem non pertinet. Ligna naui nihil conferunt, quamuis non fiat nauis nisi ex lignis: non est, inquam,  
 20 cur aliquid putas eius adiutorio fieri, sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus stu-  
 diis ueniri ad sapientiam posse: quamuis enim uirtus di-  
 scenda sit, tamen non per haec discitur. Quid est autem,  
 quare existimem non futurum sapientem eum, qui litteras  
 25 nescit, cum sapientia non sit in litteris? Res tradit, non  
 uerba, et nescio an certior memoria sit, quae nullum extra  
 se subsidium habet. Magna et spatiose res est sapientia:  
 uacuo illi loco opus est: de diuinis humanisque descendum  
 est, de praeteritis de futuris, de caducis de aeternis, de  
 30 tempore. De quo uno uide quam multa quaerantur: pri-

---

7 cōmūnē Q cum V P Par.b q, comēm vulg. ex 5 | prest- Q ||  
 8 bonum Q || 10 p̄cip- Q || 12 frugil- Q pr. || 20 aliquit Q pr. | putas  
 eius Q V Par.b q vulg. | adiutoria Q pr. || 21 dicis Q || 23 scit Q ||  
 28 descendumq; sed q; eras. Q || 29 pret- Q || 30 quaerantur Q  
 Par.b recte

mum an per se sit aliquid; deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore; cum mundo cooperit an etiam ante  
 34 mundum quia fuerit aliquid, fuerit et tempus. Innumerabiles quaestiones sunt de animo tantum: unde sit qualis sit, quando esse incipiat quamdiu sit; aliunde alio trans-  
 eat et domicilia mutet in alias animalium formas aliasque coniectus, an non amplius quam semel seruiat et emissus  
 uagetur in toto; utrum corpus sit an non sit; quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit, quomodo  
 libertate sua usurus, cum ex hac effugerit cauea; an obliu-  
 scatur priorum et illinc nosse se incipiat, unde corpori  
 35 abductus in sublime secessit. Quamcumque partem rerum  
 humanarum diuinorumque comprehendenteris, ingenti copia  
 quaerendorum ac discendorum fatigaberis. Haec tam  
 multa, tam magna ut habere possint liberum hospitium,  
 superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has  
 angustias uirtus: laxum spatium res magna desiderat.  
 36 Expellantur || omnia, totum pectus illi uacet. « At enim  
 fol. 107 delectat artium notitia multarum. » Tantum itaque ex  
 illis retineamus, quantum necessarium est. An tu existi-  
 mas reprendendum, qui superuacua usibus comparat et  
 pretiosarum rerum pompam in domo explicat: non putas  
 eum, qui occupatus est in superuacua litterarum supel-  
 lectile? Plus scire uelle quam sit satis, intemperantiae  
 37 genus est. Quid? quod ista liberalium artium consecratio  
 molestos, uerbosos, intempestiuos, sibi placentes facit et  
 ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt.

---

1 an supra vers. add. Q<sup>2</sup> || 4 quest- Q || 6 At Q pr., Ad ut vide-  
 tur corr. m. rec., ad rel. codd.: in Koch || 11 illi ne Q pr. V M:  
 illinc Hense | unde Q V Par.b Arg.b M: 'illinc cum non agnovis-  
 sent, genuino unde substituerunt ubi aut cum aut postquam' adnotat  
 Hense<sup>2</sup> p. 372, 17 cui assentior et utriusque adverbio temporalem vim tri-  
 buo || 14 fatigaueris Q V Par.b || 16 Nam (pro Non) Q || 19 de-  
 lectet Q || 21 reprenden/tiū Q pr. | usibus Q V q, usu ibi Par.b,  
 usus P, usibus sibi vel usu sibi vel usui s | comp- sic Q V ||  
 22 p̄tios- Q || 24 scit (pro sit) Q

Quattuor milia librorum Didimus grammaticus scripsit: misererer, si tam multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre uera, in his libidinosior Anacreon an ebriosior uixerit, in his an  
 s Sappho publica fuerit, et alia, quae erant dediscenda, si scires: i nunc et longam esse uitam nega. Sed ad nostros 38 quoque cum peruerteris, ostendam multa securibus reci-  
 denda. Magno inpendio temporum, magna alienarum au-  
 rium molestia laudatio haec constat: o hominem littera-  
 tum! Simus hoc titulo rusticiore contenti: o uirum bo-  
 num! Itane est? annales euoluam omnium gentium et 39 quis primus carmina scripserit, *quaeram?* quantum tem-  
 poris inter Orpheus intersit et Homerum, cum fastos non habeam, computabo? et Aristarchi ineptias, quibus  
 15 aliena carmina compunxit, recognoscam et aetatem in syl-  
 labis conteram? Itane in geometriae puluere haerebo?  
 adeo mihi praeceptum illud salutare excidit: « tempori  
 parce »? Haec sciām? et quid ignorem? Apion gramma- 40  
 ticus, qui sub C. Caesare tota circulatus est Graecia  
 20 et in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat Homerum utraque materia consummata, et Odys-  
 sia et Iliade, principium adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius *rei* argumentum adfe-  
 rebat, quod duas litteras in primo uersu posuisset ex

I didimus Q || 3 aenea (a prior punct. Q) Q V pr., aenaea Par.b || 5 sapho Q | publica Q | aliquae (e punct.) Q || 6 in hunc Q || 8 magnum Q | in p- sic Q || 10 rustiōre Q || 12 quaeram om. Q. Quamquam in eo persistere non audeo quod suspicatus sum hoc verbum subaudiri posse ex praeced. annales euoluam (cf. Riv. di Filol. cl. XLII 1914, p. 32), et quaeram retineo, tamen dubi-  
 tatio aliqua non me relinquit, num Quiriniāni scriptura probari possit, et omissa ante quis || 14 computabō Q | aristarchi notas Q q, aristarchi notas V, Aristarchii neptis Par.b, aristarchi ineptias alii. Glossema esse notas Rossbachio et Hensio assentior: Hauck vero notas recipit et in commentario (p. III) declarat || 15 con-  
 puncxit Q || 16 her. Q || 17 p̄ceptū Q || 19 c. Q pr., Gaio suppl. m. rec. | totam Q | circumlatus Q | gretia Q pr., gretiā m. rec. || 22 eliade Q pr. || 23 cōpl- Q V | rei om. Q

41 industria librorum suorum numerum continent. Talia  
 sciat oportet, qui multa uult scire. Non uis cogitare,  
 quantum temporis tibi auferat mala ualitudo, quantum  
 occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum  
 occupatio cotidiana, quantum somnus? Metire aetatem<sup>5</sup>  
 42 tuam: tam multa non capit. De liberalibus studiis lo-  
 quor: philosophi quantum habent superuacui, quantum  
 ab usu recendentis! Ipsi quoque ad syllabarum distinctio-  
 nes et coniunctionum ac praepositionum proprietates de-  
 fol. 107<sup>y</sup> scenderunt || et inuidere grammaticis, inuidere geometris:<sup>10</sup>  
 quicquid in illorum artibus superuacuum erat, transtulere  
 in suam. Sic effectum est, ut diligentius loqui scirent  
 43 quam uiuere. Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas  
 et quam infesta ueritati sit. Protagoras ait de omni re  
 in utramque partem disputari posse ex aequo et de hac<sup>15</sup>  
 ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit.  
 Nausiphanes ait ex his, quae uidentur esse, nihil magis  
 esse quam non esse. Parmenides ait ex his, quae uidentur,  
 44 nihil esse uni diuersum. Zenon Eleates omnia negotia de  
 negotio deiecit: ait nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonei<sup>20</sup>  
 uersantur et Megarici et Eretrici et Academicci, qui nouam  
 45 induxerunt scientiam, nihil scire. Haec omnia in illum

2 non uis cogitare *Q*, uis *om.* *V P Par.b M. Quirinianus* con-  
 firmat scripturam sententiae et *Annaeano* sermoni consentaneam, quam  
 adhuc nonnulli *edd.* admiserunt ex paucis<sup>5</sup>. Sic diluitur etiam  
 dubitatio de pronominis tibi quod codd. *vett. ante vel post temporis*  
*apte* exhibent<sup>||</sup> 3 ualit- *sic Q Par.b* || 5 onus (*pro somnus*) *Q* ||  
 7 phyl- *Q* || 9 ppos- *Q* || 12 loqui scirent *Q*, scirent loqui *vulg. ex 5* ||  
 19 nihil esse (esse compend.) / uniuerso *Q cum Par.b et pr. V.*  
 Varie hunc locum emendare conati sunt: nihil esse nisi universum  
 Gronovius, n. e. ab uno diversum *Schweighaeuser ex adn. marg.*  
 Erasm.<sup>2</sup>, n. e., unum esse *Gertz*, n. e. sed esse universo *Buecheler*,  
 n. e. unius diversum *P Hauck*, n. e. uno excepto universo *Hense<sup>2</sup>* ex  
*Kalbfleischii* conjectura. Ex § 45 si Parmenidi, nihil est praeter  
 unum efficit probabilius esse uni diuersum *ex quo facilis corruptela*  
*projecta est uniuerso* | elagites *Q* || 20 etait *Q*, et ait *V* sed a *ex*  
*corr.*, ait enim *q et alii 5*, ait (*om. et*) *Par.b vulg;* | *pyrronei Q* ||  
 21 cretici *Q pr. cum V Par.b*, eretici *ut videtur corr. m. rec.*:  
 Eretrici *Lipsius* | achad- *Q*

superuacuum studiorum liberalium gregem coice: illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt. Satius est superuacula scire quam nihil. Illi non praeferunt lumen, per quod acies dirigatur ad uerum; hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est nisi dubium; si Nausiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi; si Parmenidi, nihil est praeter unum; si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid <sup>46</sup> ista, quae nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim, utris magis irascar, illis, qui nos nihil scire uoluerunt, an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire.

VALE.

L. ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM MORALIVM  
LIBER TERTIVS DECIMVS EXPLICIT.

---

<sup>1</sup> coice sic *Q* *V M q*, conice *alii* | illam (*m exp. Q*) mihi *Q* *Par.b* (*michi Par.b*) || <sup>2</sup> om̄is *Q* sed s *supra vers.* || <sup>4</sup> profer *Q* | dir-*Q* *P et corr. V* || <sup>7</sup> pret- *Q* || <sup>11</sup> illis *Q* sed s *supra vers.* || <sup>12</sup> relinqueſ *Q* || <sup>14</sup> s. *verbis* ~~ſ~~ (*sic Q*) ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM MORALIVM LIBER TERTIVS DECIMVS EXPLICIT continuatur in *Q* quarti decimi libri inscriptio, ubi ante verba LIBER XIII INCIPIT denuo legitur ~~ſ~~ ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM MORALIVM, ita ut alterum hinc volumen incipere videatur: librorum enim praecedentium inscriptiones titulum operis aut omittunt aut semel exhibent.



INDEX LOCORUM, QUI AB HENSI EDITIONE ALTERA DIFFERUNT (1):

*editio Hensi*

Ep.

- 1. 4 non possum *me* dicere nihil perdere,
- » 5 quid ergo est? non puto pauperem, cui quantumcumque superest, sat est: tu tamen
- 2, 1 Ex iis quae — et ex iis quae
- » 2 iis, qui
- » 6 quaeris.
- 3, 1 ita *in* eadem epistula
- » » proprio illo verbo quasi publico
- » 2 audacter
- » 3 et illi
- » 4 urserit,
- 4, 2 transcripserit,
- » 3 nullum *malum est* magnum,
- » 4 amicae
- 5, 2 et quicquid aliud ambitio nempe *perversa* via sequitur,
- » 5 luxuria est,
- » 7 cupiditatium
- » 8 utrumque futuri exspectatione solliciti.
- 6, 3 animos
- » 6 perspexit, observavit
- 7, 1 quaeris?
- » » ex iis, quae
- » 5 quia occidit ille, meruit
- » 7 et emollit
- » 8 recede in te ipsum,
- » 9 tibi didicisti.
- 8, 1 quod ego tibi videor
- » 7 differtur
- » 10 hunc sensum
- » » dedi de tuo tibi.

*editio haec*

- Non possum dicere nihil perdere,
- « Quid ergo est? non puto pauperem, cui quantumcumque superest. Da hominem moderatum: sat est. » Tu tamen Ex his quae — et ex his quae
- his, qui
- quaeris?
- ita eadem epistula prius illo verbo quasi publico
- audacter
- et alii
- urit,
- transcripseris.
- Nullum magnum,
- amici
- et quicquid aliud ambitionem peruersa uia sequitur,
- luxuria est,
- cupiditatium
- utrumque futuri expectatione sollicitum.
- amicos
- perspexit et obseruauit
- quaeris:
- ex his, quae
- Quia occidit, ille meruit et mollit
- Recede in te ipse,
- si tibi didicisti.
- Quid? *quod* ego tibi uideor differetur
- Hunc uersum
- de tuo tibi.

(1) Quid in orthographia et interpunkione et in librorum inscriptionibus ab Hensi editione discrepet, plerumque omitto: librorum inscriptiones ibi tantum memoro, ubi in Hensi editione desunt.

## editio Hensii

Ep.

- 9, 1 et iis quibus  
 » 6 habet autem non tantum usus amicitiae veteris et certae magnam voluptatem, sed etiam initium et comparatio novae.  
 » 8 male cogitat. quemadmodum coepit, sic desinet: paravit amicum  
 » 9 qui amicus esse coepit, *quia expedit, et desinet, quia expedit.*  
 » 10 in quid amicum paro?  
 » » quae quid  
 » 17 se contentus est et ducit uxorem; se contentus est et liberos tollit;  
 » 19 [id est iustitia, virtus, prudenter,] hoc ipsum est nihil bonum putare,  
 » » transeant  
 » » concrematas  
 » » se enim ipso contentus est.  
 10, 2 exponit,  
 » 5 conticiscent.  
 11, 2 et illo vitio sui etiam robustissimos admonet:  
 » 10 tibi semper  
 12, 1 sed villam veterem esse.  
 » 6 [ex]cludit.  
 » 7 [ex]cepit.  
 » » dixit enim  
 » » plura facit ista, non *alia,...*  
 alias contractior, alias productior.  
 13, 12 si timeatur  
 » 13 habet  
 » » damus nos aurae ferendos.  
 » 14 [con]fecit.  
 14, 4 inopia atque morbus,  
 » 6 ex iis, quae  
 » » aspectu apparatuque  
 » 8 petit  
 » 13 rem p.:  
 » » rei p.  
 » » exportandus  
 » 14 a re p.  
 » 16 cum occidit \*\*\*  
 » 17 'ede'

## editio haec

et his quibus

Habes autem non tantum usum amicitiae ueteris et certe magnam uoluptatem, sed etiam initium et comparationem no- uae.

male cogitat. Parauit amicum

Qui amicus esse coepit, *quia expedit, quemadmodum coe- pit, sic desinet:*

« In quid amicum paras? »  
 quaeque, quid  
 se contentus est et ducit uxo- rem [se contentus] et liberos tollit,

iustitia, uirtus, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare.

transeunt

crematas

Se enim ipse contentus est: exproximit, conticiscent, et illos uitii sui etiam robustis- simos admonet.

semper tibi

sed uillam esse ueterem.

excludit:

excepit.

Dixit enim *alius*

plura facit ista nox alias con- tractior, alias productior.

si timetur

habebit

Damus nos ferendos : confecit.

inopia atque morbi,

ex his, quae

aspectu paratuque petit

rem publicam :

rei publicae

exportantium

a re publica

cum occidit.

« Adde.

*editio Hensii*

- Ep.**
- 15, 1 valere autem  
 » 3 [in]ieiunio  
 » 8 modo vehementius fac vi-  
   ciniis convicium, modo  
   lentius,  
 » » media oris uia abeat  
 » 9 unum graecum  
 » » ingrata est et trepida :  
 » » ex fortuna  
 » 10 te ipse
- 16, 2 tibi apud me pluribus ver-  
   bis aut adfirmatione iam  
   nil opus :  
 » 4 occupavit deus  
 » 9 viam eunti
- 17, 3 quaerit : † ut si  
 » » strepitat  
 » » illum  
 » 5 et parare disce :  
 » 6 ne egestas quidem.  
 » 11 reges Parthorum
- 18, 1 publicae  
 » 4 nec insigniri  
 » 7 dat et irata.
- 19, 2 oblivione  
 » 6 talem esse . . . cupidita-  
   tum :  
 » 10 in aspero et inprobō
- 20, 2 ne orationi vita dissentiat,  
   ut ipsa inter se vita . . .  
   his sit omnium actio †  
   dissertionum color sit.
- » 11 nec ego, Epicure, † angulus  
   si iste pauper
- » 12 multo ante meditatus
- 21, 1 scripseras ?  
 » 5 super nos
- » 10 cum adieris eius hortulos  
   et inscriptum † hortulis
- 22, 11 moderata, honesta, tua sua-  
   debut.
- » 13 alienas sarcinas † adoro :  
 » 16 morietur  
 » 17 † vitae laboramus.
- 23, 3 nascitur,  
 » » super omnia  
 » 7 quid sit istud,  
 » » ex honestis consiliis, ex  
   rectis actionibus,

*editio haec*

- Valere enim  
 in ieiunio  
 modo uehementius fac [uici-  
   nis conuicium] modo lentius,
- media oris *tui* abeat  
 manupretium  
 ingrata est, trepida,  
 ex *re* fortuita  
 Tu te ipse  
 tibi *opus* apud me *non est* plu-  
   ribus uerbis ut adfirmantis  
   nec tam longis :  
 deus occupauit  
 Via eunti  
 quaeritat. Si  
 strepunt  
 illam  
 et parare *te* disce :  
 nec egestas quidem.  
 Reges Parthos  
 publice  
 nec insignire,  
 dabit et irata.  
 et obliuionem  
 talem esse cupiditatum :
- nisi* in aspero et probo  
 ne orationi uita dissentiat *aut*  
   ipsa inter se uita, *ut* unus sit  
   omnium actionum color.
- Nec ego, Epicuree, an gulosus  
 iste pauper  
 multum ante meditatus  
 scripseras :  
 supra nos  
 Cum adieris *huius* hortulos, en  
   inscriptum hortulis  
 moderata et honesta *tibi* sua-  
   debut.
- alienas sarcinas adoro — :  
 morietur  
 uitae laboramus.
- nascetur,  
 supra omnia  
 Quod sit istud,  
 ex honestis consiliis et rectis  
 actionibus,

*editio Hensii*

Ep.

- 24, 4 rei publicae  
 » 9 non in hoc *exempla* nunc  
     congero, ut  
 » 11 nihil timendum sit.  
 » 26 esuriam . . .  
 25, 2 prefecturus  
 » 6 aut talis, cuius  
 » 7 dum tibi tutum non est  
 26, 1 esse me senectutis:  
 » 3 quae nolim, † prodesse ha-  
     biturus. † ad qui si no-  
     lim quidquid non posse  
     me gaudeo.  
 » 4 est ictus et  
 » 8 conficienda sunt sacra  
 » » ad deos.  
 27, 2 et pudebit *te*  
 » » sint deprehensa  
 » 5 [noverat]  
 28, 3 urgent  
 » 4 istud  
 » 6 ibi quoque  
 29, 3 nec habet apud eos  
 » » ab is, quos  
 » 6 M. Lepidi philosophum Ari-  
     stonem,  
 30, 1 quassum,  
 » » continuavit:  
 » 3 hilarem et  
 » 7 iis dicentibus,  
 » 8 eum, qui in ipsa morte est  
     quam qui circa mortem.  
 » » adtemperat.  
 » 12 illum agere gratias dis  
     omnibus decet,  
 » 14 animi  
 31, 4 adprobabo  
 » 5 ex illo vetere †  
 » 6 elegit,  
 » 11 aut ex iniuria  
 32, 1 ex iis, quae  
 » 3 equitem  
 » 5 simul  
 33, 7 dicat ista,  
 » 9 quid est quare et audiām,  
 34, 1 ex iis, quae  
 » » superieceris.  
 » » iis, qui  
 » 2 quom

*editio haec*

rei p.

Nam in hoc *exempla non con-*  
*gero, ut*  
*nihil ante uerendum sit.*  
*esuriam satiabor,*  
*perfecturus*  
*aut alias, cuius*  
*dum tibi tutum [non] sit*  
*esse me meae senectutis:*  
*quae nolim prodesseabitur.*  
*Atqui, si nolim quicquam, id*  
*non posse me gaudeo.*

ictus est et  
 conficienda sunt aera

ad diuos.

et pudebit  
 sunt deprehensa

nouerat

urguent

istuc

ubi quoque

nec apud eos habet

ab his, quos

lepidum philosophum Aristote-

nem,

quassum et

condonauit:

hilarem esse et

aliis dicentibus,

eum, qui circa mortem est

quam qui in ipsa morte.

adtemptat.

ille agere gratias diis omni-

bus debet,

animae

admirabor

ex illo ueterre uoto

eligit,

aut iniuria

ex his, quae

equitantem

simul ut

Dicat iste,

Quid est quod a te audiām,

ex his, quae

super te egeris.

his, qui

quām

## editio Hensii

## editio haec

Ep.

- 35, 2 percipio  
 » 3 ex iis, quos  
 36, 3 se dabit in  
 » 5 ad illud aes alienum  
 » 11 videbis nihil  
 38, 2 capiat  
 39, 4 nimio onere franguntur,  
 » 6 et amant.  
 40, 1 desiderium [absentiae]  
 » 2 iuveniori oratori  
 » 5 sine dilectu  
 » 6 crederes,  
 » 8 exuit.  
 » 13 reprehendere  
 41, 3 occurrit  
 » » facit. si  
 » 5 [quidem] divina  
 » 9 ratio haec exigat?  
 42, 2 nequitiae est  
 » 4 eadem velle, si † subaudis,  
     cognoscet:  
 » 5 sed pennam. mentitus sum?  
 » 10 in is  
 » » contigit?  
 43, 4 deprendi  
 44, 2 perduxit  
 45, 2 'vellem' inquis 'magis con-  
     silium  
 » 8 ut ne sciat tu illi — per-  
     suaseris.  
 » 9 mutabilia calcantem,  
 » 12 omnibus  
 47, 1 ex is, qui  
 » 5 [quod] cum  
 » 18 'ita inquit prorsus: colant  
 48, 1 tam longam quam ipsum  
     iter fuit,  
 » 8 succurre, quidquid laque †  
     ti res pendentium penis.  
 » 9 ad horum mala levanda va-  
     lere lusoria ista credide-  
     rim, si prius docueris,  
     quam partem eorum le-  
     vatura sint.  
 49, 4 cuius brevitatem aliquando  
     defecturam cogitemus.  
 » 5 eodem loco conloco  
 » 9 nunc impendero  
 » 10 adde aequanimitatem
- praecipio  
 ex his, quos  
 se dabit et in  
 Ad [illud] aes alienum  
 nihil uidebis  
 rapiat  
 onere franguntur,  
 amant.  
 desiderium absentiae  
 iuueni oratori  
 sine delectu  
 credideris,  
 exigit.  
 reprehendere  
 occurrit  
 facit. Et si  
 quaedam diuina  
 haec ratio exigat?  
 nequitiae est  
 Eadem uelle, si subinde audiat  
     istis, cognoscet:  
 sed pennam? Mentitus sum.  
 in his  
 contingit?  
 deprehendi  
 produxit  
 « Velle, inquis, non magis  
     consilium  
 ut nescio tu illi — persuaseris.
- mirabilia calcantem,  
 nobis omnibus  
 ex his, qui  
 quod cum  
 « Ita, inquit, prorsus? colant  
 quae tam longa quam ipsum  
 iter fuit,  
 succurre, quicquid laqueat ti-  
 mor, pendentium poenis.  
 si prius docueris, quae partem  
 malorum leuatura sint.
- cuius breuitatem aliquando [fu-  
 turam] cogitemus.  
 eodem loco loca  
 impendero  
 da aequanimitatem

*editio Hensii*

Ep.

- 50,** 2 auersissimus  
 » 8-9 dediscere est. eo  
 » 9 hoc proprium  
**51, II** exulabat :  
 » » et C. Caesar  
 » » extruxerunt  
 » 12 mallet,  
**52,** 5 puram aream  
 » » multumque laboris exhaustum est, dum pervenit ad solidum : intuenti ambo quicquid fecit alter, alterius magna pars et difficilior latet.  
 » 10 magnitudine rerum ?  
 » 12 laudandi decentia.  
**53,** 6 etiam talaria.  
 » » utrosque † dextros pedes fecit,  
 » 7 capit et aliquando  
**54,** 2 animam egerere.  
 » 4 [at] ego  
**55,** 2 erat enim a recenti tempestate spissum : fluctus autem  
 » 4 ille sollicitus  
 » 5 alios  
 » 9 de is, quos  
**56,** 2 deprendum  
 » 6 nisi qua  
 » 9 desit,  
 » 11 contemnimus,  
**57,** 8 urgetur :  
 » » effligi,  
**58,** 7 cum ecce id  
 » 10 sed quaedam [quae] animam habent  
 » 18 quae sint, interrogas.  
 » 22 ex iis, quae  
 » 31 non dubito, quin † parat auset  
**59,** 7 iis, quos  
**61,** 3 [in] volenti necessitas non est.  
 » 4 faciunt,  
**63, ro** de iis  
 » 14 hodie autem  
 » 15 cogita  
**64,** 3 clarum habentium nomen

*editio haec*

- auarissimus  
 dediscere est. Sed eo  
 hoc primum  
 exulabit :  
 et Caesar  
 struxerunt  
 malit,  
 pura area  
 multumque laboris exhaustum  
 est, dum peruenit ad solidum, inueniendo : quicquid  
 fecit, alterius magna pars  
 et difficilior latet.  
 rerum magnitudine ?  
 laudandi licentia.  
 uel talaria  
 utrosque distortos pedes fecit,  
 capit, aliquando  
 animam agere.  
 at ego  
 Erat autem e recenti tempestate spissum : fluctus enim  
 ille sollicitus  
 alias res  
 de his, quos  
 deprehensum  
 nisi quam  
 desit,  
 contempsimus,  
 urgetur :  
 affligi,  
 cum ecce hoc  
 Sed sunt quaedam quae animam habent  
 Quae sint, interrogas ?  
 ex his, quae  
 non dubito quin paratus esset  
 his, quos  
 id uolenti necessitas non est.  
 facient,  
 de his  
 Hodie tamen  
 cogito  
 clarum habent tantum nomen,

*editio Hensii**editio haec*

Ep.

- 64,** 8 novum erit,  
**65,** 2 format et  
 » » versat.  
 » 15 † peiora illa  
 » 16 urgetur,  
 » » in vinculis  
 » 19 interdicis mihi inspectione  
 » 22 ducet.  
**66,** 7 species sunt. pro vitae va-  
 rietate — explicantur :  
 » 12 minuuntur, cadunt,  
 » » remissa et laeta,  
 » » pugnax  
 » 15 in utraque enim  
 » 16 quod coactum fit.  
 » 18 . . . alterius inter tor-  
 menta fortissime stantis,  
 » 23 si corpus illi tuum inte-  
 grum fortuna praestite-  
 rit  
 » » mutilatum :  
 » » fluida,  
 » 32 ergo et virtus *virtuti. virtus*  
 non aliud quam recta  
 ratio est.  
 » 34 iuvenior ;  
 » 43 per quae desinunt,  
 » 44 plana et molli via  
 » » idem finis omnium est :  
 » 47 beatum autem agere,  
 » 50 exercita et fortia  
 » 51 ego dubitem, quin  
**67,** 4 in iis  
 » 5 bonum est, omne bonum  
 optabile est. deinde  
 » 13 parum alte demissa  
 » 14 incursionibus  
 » 16 putem ?  
**68,** 2 quam quom  
 » 3 philosophiam aut quietem :  
 » » voca  
 » 4 semper sequantur.  
 » 7 ii, quorum  
 » » balineo  
 » 9 malo, cum discesseris, di-  
 cas :  
 » 11 † cui in turba  
 » 14 non est tamen quod

- nouum illi erit,  
 format,  
 uersat et  
 priora illa  
 urguetur,  
 in uinculis  
 Interdicis mihi inspectionem  
 uindicet :  
 species sunt, quae pro uitiae  
 uarietate — explicantur :  
 muniuntur cadunt,  
 remissa et laxa,  
 pugnans  
 In utraque enim re  
 quod a coacto fit.  
*alterius in gaudio positi*, alte-  
 riuss inter tormenta fortissime  
 stantis,  
 si corpus illaesum *tibi et inte-*  
*grum fortuna praestiterit*  
 mutilatum mulcatum :  
 fluida,  
 ergo et uirtus uirtuti : nihil  
 enim aliud est uirtus quam  
 recta ratio.  
 iunior ;  
 Per quae ueniunt,  
 plane molli  
 Idem enim finis omnium est :  
 Beatum autem diem agere,  
 et exercita et fortia  
 Egone dubitem, quin  
 in his  
 bonum, et omne bonum opta-  
 bile est; deinde  
 parum ante demissa  
 excursionibus  
 sit ?  
 quam cum  
 philosophiam et quietem :  
 uocato  
 persequantur.  
 Hi, quorum  
 balneo  
 Malo illa, cum discesseris, di-  
 cas :  
 cuius turbae  
 Non est tamen ut

## editio Hensii

## editio haec

Ep.

- 69,** 3 ab iis, quae  
 » 5 caedimus.  
 » 6 et exerce,  
**70,** 4 vivit,  
 » 5 numquid † illo desinendum  
     sit.  
 » 18 nullius rei meditatio  
 » » exiget  
 » 20 interclusis faucibus  
 » 21 sibi deferret  
 » 28 ut, si licet, moriaris *quemadmodum placet: si minus*, quemadmodum potes
- 71,** 7 Socrates qui  
 » » distinguere, 'sequere' in-  
     quit 'illos,  
 » » si vis' inquit 'beatus esse,  
 » » nisi qui omnia bona exae-  
     quaerit,  
 » 12 ex hoc cursu  
 » 13 inmixti atque inpositi  
 » » dimittit.  
 » 20 fiunt quidem  
 » 21 iacere in convivio malum,  
     in eculeo bonum est,  
 » 22 quod dicam paria bona esse  
     honeste iudicantis *et honeste periclitantis*, quod  
     dicam paria bona esse  
     eius, qui triumphat, et  
     eius, qui  
 » » de virtute ferunt senten-  
     tiam,  
 » 25 existat.  
 » » non mirum est  
 » 26 scit se esse oneri ferendo.  
 » 30 suadeo adhuc mihi ista,  
     quae laudo,  
**72,** 2 damus:  
 » 3 non cum vacaveris, phi-  
     losophandum est: omnia  
     alia neglegenda,  
 » » parum est idoneum  
 » 4 tranquillus est.  
 » 5 est fixum.

ab his, quae  
 discidimus.  
 et exerce te,  
 uiuet,  
 numquid illic desinendum sit.

Nullius meditatio rei  
 exiget  
 ui praeclusis faucibus  
 sibi deberet  
 ut scilicet moriaris quemadmo-  
 dum potes

Socrates [qui]  
 distinguere. Sequere itaque illos,

Si nis, inquam, beatus esse,  
 nisi qui omnia prior ipse con-  
 tempserit, nisi qui omnia  
 bona exaequauerit,  
 de hoc cursu  
 innixi atque inpositi  
 dimitte:  
 quidem fiunt,  
 iacere in conuiuio malum est,  
 iacere in eculeo bonum est,  
 quod dicam paria bona esse ho-  
 neste iudicanti [quod dicam  
 paria bona esse] eius, qui  
 triumphat, et eius, qui

ferunt de uirtute sententiam.

exstet.  
 Non est mirum  
 scit se esse natum oneri fe-  
 rendo.  
 Suadeo adhuc mihiique ista  
 laudo,  
 gignimus:  
 Non cum vacaueris, philoso-  
 phandum est, sed ut philoso-  
 pheris, uacandum est: omnia  
 alia neglegenda,  
 est parum idoneum  
 tranquillum est.  
 fixum est.

*editio Hensii**editio haec*

Ep.

- 72, 6 inter consummatae sapientiae virum et alium procedentis,  
 » 7 dicam, quomodo intellegam sanum : si se ipso contentus est,
- 73, 2 ii, quibus multum ad propositum bene vivendi  
 » 5 ex is, qui  
 » 6 quamvis nihil in meum honorem discripta sint.  
 » 7 nihil iudicat suum magis  
 » 16 iis, ex quibus
- 74, 1 beatae vitae  
 » » est felix.  
 » 5 nos ita  
 » 6 contentum esse.  
 » 12 ex iis, quae — ex iis, quibus  
 » 18 cum iis, inter quae  
 » 19 aut parsimoniam  
 » 20 ex iis esse, quae  
 » 23 in iis, quae  
 » » adficit — perit — subit  
 » 25 adiectio amicorum  
 » 30 sollicitudo,  
 » 31 audacter  
 » 32 urgetur  
 » 33 in corporibus † insignis languoris signa praecurrunt,  
 » » possit.

*Nulla inscriptio libri.*

- 75, 1 sederemus  
 » 6 de iis, quae  
 » 7 quando, quae multa disces ?
- 76, 1 ex iis, quae  
 » 5 tibi ne et ipsi accidat,  
 » » diu non adgressus es,  
 » 10 quid in homine proprium ?  
 » 17 ergo unum id bonum est,  
 » 18 etiam [sine pecunia] si laboriosum erit,  
 » 20 concupita volgo et formidata  
 » » inventus est, qui flammis inponeret manum,

- inter consummatae sapientiae uirum et [alium] procedentis,  
 Dicam, quomodo intellegas sanum : si se ipse contentus est,
- hi, quibus altum ad propositum bene uiuendi  
 ex his, qui  
 quamvis nihil in meum honorem descriptio sit.  
 nihil magis suum iudicat  
 his, ex quibus  
 uite beatae  
 felix est.  
 ita nos  
 esse contentum.  
 ex his, quae — ex his, quibus  
 cum his, inter quae  
 ac parsimoniam  
 ex his esse, quae  
 in his, quae  
 adficit — perit — subit  
 affectio amici  
 sollicitudo et  
 audacter  
 urgetur  
 in corporibus insignia languoris [signa] praecurrunt,
- possis.

*Libri noni inscriptio.*

- desideremus  
 de his, quae  
 quando tam multa disces ?  
 ex his, quae  
 ne tibi accidat,  
 id nunc adgressus es,  
 Quid est in homine proprium ?  
 Ergo id unum bonum est,  
 etiam sine pecunia si laboriosum erit,  
 et concupita vulgo et formidata  
 inuentus est, qui diritas proiceret, inuentus est, qui flammis manum inponeret,

*editio Hensii*

- Ep.**
- 76, 30 inludunt.  
 77, 2 urgetur.  
 » 4 nec eae  
 » 8 iis, qui  
 » 11 tibi videbitur  
 » 17 quid est aliud, quod tibi  
     eripi doleas? *amicos?*  
     *quis enim tibi potest ami-*  
     *cus esse?*
- 78, 3 in remedium  
 » 4 multum mihi  
 » 6 et saluti illis fuit  
 » 8 iis, quae  
 » 9 prima verminatio vexat,  
     impetus mora extingui-  
     tur  
 » 11 cuius fuit aviditas cibi,  
 » 15 urget (§ 19 urgeret)  
 » 18 cum — praebaret,  
 » 27 iis  
 » 28 uaca. ueniet aliquando tem-  
     pus,
- 79, 1 et *ante* omnia  
 » 2 conceptus exaestuat  
 » 5 daturus eras, etiam si nemo  
     mandaret. quid tibi do,  
     ne Aetnam describas in  
     tuo carmine, ne hunc  
     sollemnem omnibus poe-  
     tis locum adtingas?  
 » 9 ex iis  
 » 13 umbra aliquando  
 80, 1 licebit tuto vadere,  
 » 6 at gravis  
 » 11 non licet palam  
 » 7 urgetur

*Nulla inscriptio libri.*

- 81, 3 in iis libris  
 » 8 non omnes grati sciunt  
     debere beneficium: po-  
     test etiam inprudens  
 » » aut . . . tempore aut quo  
     non debet loco  
 » 11 ne nobis fiat invidia,  
 » 14 inter se omnia  
 » » quod derat a se, quod prea-  
     stabat, sumpserit an

*editio haec*

illidunt.  
 urguetur.  
 nec hae  
 his, qui  
 tibi uidetur  
 Quid est aliud, quod tibi eripi  
     doleas? Amicos? scis enim  
     amicus esse?

Et in remedium  
 Multum autem mihi  
 et salus illis fuit  
 his, quae  
 prima uerminatio uexat, lon-  
     gior impetus mora extingui-  
     tur  
 quibus fuit auidentia cibi,  
 urguet (§ 19 urgueret)  
 dum — praebaret,  
 his  
 uacando. Veniet aliquod tem-  
     pus,  
 et omnia  
 conceptus *ignis* exaestuat  
 daturus eras, etiam si nemo  
     quid mandaret tibi, donec  
     Aetnam describas in tuo car-  
     mene et hunc sollemnem  
     omnibus poetis locum adtin-  
     gas.  
 ex his  
 aliquando umbra  
 licebit uni uadere,  
 aut grauis  
 non licet et palam  
 urguetur

*Libri decimi inscriptio.*

in his libris  
 Non omnes esse grati sciunt;  
     debere beneficium potest  
     etiam inprudens  
 aut tempore aut quo non debet  
     loco  
 Nobis fiat inuidia:  
 omnia inter se  
 quod dederat a se [quod prea-  
     stabat] sumpserit an

*editio Hensii***Ep**

- 81, 19 iis, qui  
 » 21 maiori  
 » » urget: nemo si ingratus  
 est, miser erit.

- 82, 2 male nunc sic excipe,  
 » 10 nec bona nec mala,  
 » 11 laudatur non exilium, ....  
 iit quam misisset.

- » 14 id est virtus  
 » 15 utrum capillos pares *an inparis* habeas:

- » 21 o efficacem contionem!  
 83, 2 quid facturi simus cogitamus. atqui consilium futuri ex praeterito venit.

- » 11 voluit,  
 » 12 locutus est ipse:  
 » 13 non semper confugiamus  
 » 15 quia illi bene  
 » » mersum et vino madentem,  
 » 17 cum iis, quos  
 » 26 quem \* \* difficilesque  
 » » durat et  
 » 27 ineibriari

*Nulla inscriptio libri.*

- 84, 1 a lectionibus nihil recessi.  
 » 8 si magni viri \* \* \* nec enim  
 » 11 si nihil egerimus nisi ratione suadente.

- » » quam ne quem post se.  
 85, 2 qui temperans est, et constans.  
 » 7 habet libidinem non insanam.  
 » 23 nomen  
 » 28 iis, quae  
 » 34 alioqui *gubernator ille non est.* gubernatoris artem adeo non impedit,

*editio haec*

his, qui  
 maiore  
 urguet: nemo sibi gratus est,  
 qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere: qui ingratus est, miser erit?

*hoc sic excipe,*  
*nec mala nec bona,*  
*laudatur non exilium, sed ille Rutilius, qui fortiore uultu*  
*in exilium iit quam misisset.*

*est id uirtus*  
*utrum capillos pares habeas:*

O efficacem contentionem!  
 Quid facturi simus cogitamus,  
 et id raro; quid fecerimus,  
 non cogitamus: atqui consilium futuri ex praeterito uenit.

noluit,  
 iocatus est ipse:  
 nec semper confugiamus  
 quia bene illi  
 mersum uino et madentem,  
 cum his, quos  
*Quemadmodum morosos difficilest*  
 durat ac  
 non ineibriari

*Libri undecimi inscriptio.*

a lectionibus recessi.  
 si magni uir ingenii  
 si nihil egerimus nisi ratione suadente, nihil uitauerimus nisi ratione suadente.

quam ne secum,  
 qui temperans est, est et constans:  
 habet libidinem, sed non insanam.  
 hoc nomen  
 his, quae  
 alioqui gubernatoris artem adeo non impedit,

## editio Hensii

- Ep.
- 85, 36 commune bonum est sapientis : est et eorum,  
86, 8 cum dedicarentur, devitantes  
» 12 dicet aliquis : 'olim liquet mihi inmundissimos fuisse'.  
» 14 quod vidi illud † arborum  
trium et quadrum fastidiendi fructus aut †  
deponere.  
» 18 cereas  
» » nec magna pars  
87, 6 debitis,  
» 9 ex his trossulis in uia  
[diuitibus]  
» 13 hic respondebimus :  
» 14 istuc planius  
» 20 mittat  
» » Sabaei ? at Chalybes nudi  
ferrum.  
» 22 diuitiae [fiunt.] fiunt autem  
ex avaritia :  
» 24 † nostra enim actio est.  
» » ut dicitis,  
» 26 si aurum ex urna sustuleris,  
quia illic et vipera est,  
non ideo, inquam,  
» 27 a quibus . . . dissimilima  
enim  
» 34 adducit invidiam,  
» 39 sed per detractionem vel,  
ut  
» » sed quod non habeat. itaque  
» 40 significatur.  
» 41 suadere re  
88, I praeparent  
» 4 [ad geometriam — cupere.  
quisquis ignorat, alia fru-  
stra scit.] . . . utrum  
» 8 [in] pudica  
» 11 comprehendere  
» 12 expedire potes ?  
» 14 propitia esse, non  
» 25 aliquid nobis praestat geo-  
metriae ministerium :  
» 26 observationes,

## editio haec

- commune bonum est et eo-  
rum,  
cum dedicarentur, haec  
dicet aliquis : « aliquotiens li-  
quet mihi inmundissimos  
fuisse ».  
quod vidi illi arborum trium  
et quadrum fastidiensi  
fructus fructus autumno de-  
ponere.  
teneras  
nec magna pars eius  
debitis et  
ex his trossulis in uia diuiti-  
bus  
His respondebimus :  
hoc uel planius  
mittat  
Sabaei, at Chalybes nudi fer-  
rum ?  
diuitiae autem fiunt, — fiunt  
enim ex avaritia : —  
[nostra enim actio est.]  
ut dicit iste,  
si aurum ex urna sustuleris,  
non ideo sustuleris, quia illic  
et vipera est : non ideo, in-  
quam,  
A quibus dissentio : dissimil-  
lima enim  
addit inuidiam :  
sed per detractionem » uel, ut  
sed quod non habeat : « ita-  
que  
significaretur.  
suadere  
praeparant  
Ad geometriam — cupere. Quae  
quisquis ignorat, alia fru-  
stra scit. Videndum, utrum  
impudica  
comprehendere  
potes expedire ?  
propitia esse nec  
Aliquod nobis praestat geo-  
metria ministerium :  
obuersationes,

*editio Hensii*

Ep.

- 88, 28 scientia bonorum ac malorum inmutabili, quae soli philosophiae competit: nihil autem  
 » 30 comem  
 » 41 talia sciat oportet, qui multa vult scire, non cogitare, quantum temporis tibi auferat — somnus.  
 » 44 nihil esse *uno excepto* universo,

*editio haec*

- scientia bonorum ac malorum inmutabili: nihil autem  
 communem  
 Talia sciat oportet, qui multa vult scire. Non uis cogitare, quantum temporis tibi auferrat — somnus?  
 nihil esse uni diuersum.
-



#### ADDENDA.

- P. 7,3 adn. *adde* : *Q*  
» » 19 adn. » : *Q*  
» 9,4 adn. » : *Q*  
» 19,26 *in mg. excidit numerus 10*  
» 22,16 adn. *adde* quia *expedit post verba* qui amicus esse coepit  
» 99,24 adn. *adde* : *Q*  
» 186,1 *adde virgulam ante res*  
» 283,7 adn. *adde* : *Q*  
» 391 Ind. *adde*: ep. 67,9 *devovit* : (*ed. Hens.*) — *deuouit et* (*ed. haec*)  
» » » : ep. 68,14 *edomuit*, (*ed. Hens.*) — *domuit*, (*ed. haec*)  
» 392 » » : ep. 71,34 *nisi iam* (*ed. Hens.*) — *si iam* (*ed. haec*)  
» 393 » » : ep. 74,25 *quidquid abscesserit*. (*ed. Hens.*) — *si quid abscesserit*. (*ed. haec*)  
» » » : ep. 76,17 *efficietur*. (*ed. Hens.*) — *efficitur*. (*ed. haec*)  
» 394 » » : ep. 80,9 *aliquo* (*ed. Hens.*) — *id aliquo* (*ed. haec*)  
» 395 » » : ep. 81,26 *desinet quidem* (*ed. Hens.*) — *desinit quidem* (*ed. haec*)  
» » » » : ep. 83,9 *satis est enim* (*ed. Hens.*) — *satis enim est* (*ed. haec*)
-

CORRIGENDA (I).

Praef. XXXIV, 20	<i>lege</i>	: Q pr., p,
» XLII	adn.	» : adn. i.
Consp. sign. II		» : (cf. Hense <sup>3</sup> praef., p. XX s.)
P. 8,11	adn.	» : Q
» 12,15	adn.	» : <i>in argum̄tum corr. Q<sup>2</sup></i>
» 16,2	adn.	» : <i>Par.b</i>
» » 12		» : adfricuit:
» 19,13	adn.	» : 13 phylosophyae Q
» 20,3		» : inputo
» 21,3		» : [in] integro
» » 16,18	adn.	» : (m <i>punct.</i> )
» 22,24	s. adn.	» : (sse <i>in ras.</i> )
» 25,21		» : putare, quod eripi possit.
» 26,17	adn.	» : se beatum
» » 19		» : «Quid ergo? inquis,
» 27,9		» : rogo, !!
» 32,6		» : inquit: ego
» 32,15	adn.	» : L pr.
» 33,13	adn.	» : 13 exceptit
» 38,1		» : laboramus.
» » 6		» : numquam
» 43,12	adn.	» : patient̄ Q <sup>2</sup> ,
» 45,13		» : Quid ergo? inquis,
» 47,9	adn.	» : vulg.
» » 10		» : obli-
» » 17	adn.	» : <i>adfirmatur</i>
» 50,2		» : reuocarisque,
» 52,3	<i>traiciendus est numerus 2 ante vers. 2</i>	
» 53,24	<i>lege</i>	: diues. »
» 59,9	adn.	» : <i>eadem corr. in P.</i>
» » II		» : se-
» 61,23	adn.	» : Q pr., p <sup>1</sup> L
» 63,2	adn.	» : mississ& Q
» 67,7		» : se
» 70,13	adn.	» : obitura p L P Par.b

---

(1) Praetermitto si qua codicum nota litteris non cursivis est scripta, vel si quis versuum numerus excidit.

- P. 70,22      *lege* : *quicumque*  
 » 72,18 adn.    » : *quod om.* Q  
 » 79,18 s.     » : *liberare* :  
 » 80,7 adn.    » : *P Par.b*,  
 » 82,9        » : *fortuna*,  
 » 84,13 adn.   » : *contempnait Q*  
 » 86,6 adn.    » : *Q p L P Par.b Hense<sup>1</sup>*,  
 » 90,1 adn.    » : *L pr.*  
 » 91,7 adn.    » : *praefero ictus est et*:  
 » 95,5 adn.    » : *comp-*  
 » 97,25        » : *aliquando*  
 » 100,2 adn.   » : *2 peripatetici ex paripate tici | achademici*  
 » » 17 adn.    » : *LVCILIV Q*  
 » 101,17        » : *laetum-*  
 » 104,2 adn.   » : *cum L*  
 » 106,26 s.    » : *incubuerint*  
 » 108,17 adn.   » : *inpopulis*  
 » » 19 adn.    » : *inpunę*  
 » 111,21 adn.   » : *cum rell.*  
 » 116,10 adn.   » : *experire Q p L*  
 » 120,6 adn.    » : *Veri Q cum p L, P pr., Par.b*  
 » 123,12 adn.   » : *cum rell.*  
 » 126,5 adn.    » : *P ex corr.*  
 » 127,14 adn.   » : *cum rell.*  
 » » 18 adn.    » : *cum vett.*  
 » 129,14 adn.   » : *Eadem de causa*  
 » 136,5 adn.    » : *fort. est Q*  
 » » 13 adn.    » : *aestimas L*  
 » 140,24 adn.   » : *temptet*  
 » 144,3        » : *consuetudo*  
 » 153,22 adn.   » : *punct.*  
 » 157,1 s.     » : *auarissimus ab istis prodigiis*  
 » » 9        » : *sine*  
 » 160,15        » : *abstrahendus.*  
 » 165,1 *in mg.*   » : *fol. 48<sup>r</sup>*  
 » 167,8        » : *fol. 48<sup>v</sup>*  
 » 175,22        » : *felix*  
 » 178,17 *in mg.*   » : *fol. 51<sup>r</sup>*  
 » 186,10        » : *trans/ferri*  
 » 187,14        » : *specialia*  
 » » 19        » : *generale*,  
 » » 20        » : *illo*  
 » 188,10        » : *imaginem*  
 » 203 adn.     » : *LIB.*  
 » 205,15 s.    » : *praetermittam*,  
 » 209,14 s. adn.   » : *sinemoueat Q pr.*,  
 » 220,21        » : *per tristia*.  
 » 230,19        » : *optabo*.  
 » 231,10 adn.   » : *ali'*  
 » » 24        » : *sollemnibus*  
 » 238,4 s.     » : *occupationis*  
 » » 14        » : *te, ut*

P. 262,1	<i>lege</i> : curiam
» 274,8	» : languoris
» » 13	» : angi
» 286,12 s. adn.	» : <i>ex cod.</i>
» 304,18	» : facere,
» » 22 adn.	» : <i>sed d supra vers.</i>
» 305,24 adn.	» : <i>uim Q</i>
» 308,22	» : tanta
» 309,8	» : sine
» 312,8	» : nudari
» 322,14	» : inuidetur :
» 333,9	» : et scordalus.
» 337,1 adn.	» : <i>Palat.</i>
» 341,19 <i>in mg.</i>	» : fol. 95 <sup>v</sup>
» 345,7	» : incon-
» 353,23	» : leonibus
» 355,12	» : circumdedit,
» 396,33 Ind.	» : <i>sed quod non habeat. « Itaque (ed. haec)</i>

---



